B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

2001

Q. CVRTIVS RVFVS

HISTORIAE

EDIDIT

CARLO M. LUCARINI



BEROLINI ET NOVI EBORACI
WALTER DE GRUYTER MMIX

Gedruckt auf säurefreiem Papier,
das die US-ANSI-Norm über Haltbarkeit erfüllt.

ISBN 978-3-11-020116-1

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek

Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in
der Deutschen Nationalbibliografie; detaillierte bibliografische Daten
sind im Internet über http://dnb.d-nb.de abrufbar.

Printed in Germany
Druck und Bindung: Hubert & Co. GmbH & Co. KG, Göttingen

STEPHANO OAKLEYO

MEMORIAE CVRTIANAE SOSPITATORI

SOCIETATI HVMBOLDTIANAE

PRAEFATIO

ANNO Salutis 1908 Edmundus Hedicke, Curtianorum criticorum facile princeps, alteram editionem suam Curti Rufi *Historiarum*[1] publici iuris fecit.[2] Studente bibliopola honestissimo ut post C annos editio Hedickiana rude donaretur, cum iam munus recensendi emendandique scriptoris elegantissimi libenter suscepissem, Pisis Etruscis comperi Stephanum Oakleyum, commentario Liviano absoluto, memoriae Curtianae recognoscendae operam navare. Quatenus recensio Oakleyana progressa esset quove tenderet adhuc ignarus Bonnam migravi, ubi Otto Zwierlein, cum me benigne excepisset, institit ut quam primum editioni Curtianae totus vacarem. Post aliquot menses, cum codices Germanicos Helvetiosque magna ex parte contulissem, quid inde elicuissem Oakleyo significavi, qui, qua est humanitate, dissertationem suam de memoria Curtiana nondum publici iuris factam Bonnam misit. Qua lecta animum adverti Oakleyum, virum magnae eruditionis miraeque subtilitatis, quae necessitudines Curti libros religent cuiusque pretii ipsi sint in universum bene perpendisse.

Haec, optime lector, praemisi ne huius editionis auspicia ignorares neve unde ego Oakleyi pretiosissima inventa (quae nondum edita sunt) hauserim stupefactus quaereres.[3]

[1] Curti opus *Historias*, non *Historias Alexandri Magni*, inscriptum esse bene vidit Bardon (Quinte Curce, *Histoires*, texte établi et traduit par H. Bardon, Paris 1947-1948): cf. inscriptiones subscriptionesque codicum. De similibus inscriptionum variationibus cf. E. Nachmanson, *Der griechische Buchtitel. Einige Beobachtungen*, Göteborgs Högskolas Ärsskrift, 47, 1941, 9, p. 30.

[2] Curtius Rufus, *Historiae Alexandri Magni*, edidit E. Hedicke, Lipsiae 1908; ante multa lustra prodierat Q. Curti Rufi, *Historiarum Alexandri Magni Macedonis libri qui supersunt*, E. Hedicke recensuit, Berolini 1867.

[3] Memento igitur me, ubicumque scripsero 'Oakleyum', eius dissertationem nondum publici iuris factam respicere.

Cum Q. Curtium Rufum saeculo I aetatis nostrae suas de Alexandro historias conscripsisse pro comperto exploratoque habere possimus, quales autem hae historiae usque ad saec. IX circumlatae quasve vicissitudines perpessae sint, nullo fere testimonio edocemur. Hoc certe minus miraberis, si cogitaveris et alios etiam maioris nominis aetatis Caesareae scriptores a recentioribus grammaticis (quibus fere unis nostra antiquiorum lectionum doctrina papyris exceptis innititur) perraro vel nunquam ad partes vocatos esse. Legit Curtium Hegesippus,[4] legerunt certe et alii,[5] sed nihil inde ad textus historiam conscribendam lucri facimus. Saeculo V, eadem fere aetate qua ille insignis Vergilius Mediceus confectus est, iisdem atque iste Vergilius litteris, capitalibus scilicet rusticis, aliquod Curti exemplar exaratum est, cuius ut folia nobis fortuna invidit, ita memoria per omnes recentioris aetatis libros manat. Huius exemplaris vestigia primus consectatus est, annos abhinc fere LV, vir de Curtio Rufo optime meritus, Conradus scilicet Müller Bernensis.

Antequam tamen de antiquioribus recentioribusque Curti historiarum vicibus dissero, omnium codicum laterculum conficere videtur, ne, cum testes ad partes vocavero, qua aetate orti sint, quoque loco adservati, lector ignoret. X sunt codices antiquiores, V vel integri vel ex magna parte servati, V quorum frusta tantum praesto sint. Agmen ducit

P Parisinus Latinus 5716, membraneus, foll. 125, formae oblongae (mm. 256 × 180). S. IX in Gallia est conscriptus, fortasse Altisiodori.[6] Desi-

[4] Cf. Heges. 5.19 (pp. 338-340 Ussani) et Curt. 9.4.5: cf. E. Klebs, *Eine antike Benutzung des Curtius Rufus*, «Philologus» 51 (1892), 151-155.

[5] Inter quos, ut videtur, auctor *Epitomae Mettensis* (*Epitoma rerum gestarum Alexandri et liber de morte eius*, edidit P. H. Thomas, Lipsiae 1960).

[6] In principio huius codicis haec leguntur: *Haimus monachus hoc volumen historiarum Alexandri magni in libris VIII domno Chuinrado illustrissimo comiti dedit ut ipse accommodare ei dignetur expositionem Hrabani in librum ecclesiasticum ad transcribendum cuius exordium est: «Omnis sapientia a Domino Deo est»*; de qua inscriptione cf. R. Quadri, *Aimone di Auxerre alla luce dei "Collectanea" di Heiric di Auxerre*, «Italia med. e uman.» 6 (1963), 1-48. Cf. etiam V. von Büren, *Auxerre, lieu de production de manuscrits* in vol. misc. "Études d'exégèse carolingienne. Autour d'Aimon d'Auxerre", ed. S. Shimahara, Turnhout 2007, 167-186.

nit ad 10.8.14-15 (*ponendis. Ig-*); in eodem libro exciderunt folia quae continebant a *poni iussit* (10.2.10) ad *se ipsos* (10.5.8). Curtium solum continet. A quot manibus conscriptus sit difficile est dictu; certe vehementer erravit Bardon, cum scriberet «*Il est écrit par une même main (sauf feuillet 1)*».[7] Etenim et hebetudo mea palaeographica perspicue dignovit folia 1-3 (usque ad f. 3r *Forsitan*) a prima manu characteribus satis minutis exarata esse; exceperunt deinde una vel (quod magis probabile videtur) plures manus, quae usque ad finem perduxerunt. Prima scriptio non semel correcta est, quippe quae primum ab ipsa prima manu emendationes perpessa est;[8] «*deinde saeculo decimo quarto codex plurimis locis ab homine docto, qui codice Bernensi aut eius simillimo utebatur, et corrigendo et inducendo et radendo non tam emendatus quam depravatus est*» (Hedicke, p. VI praef. anni 1908): hinc fit ut saepissime in adnotatione mea legatur: $\mathbf{P}^{corr}\boldsymbol{\Sigma}$.[9] Cave igitur suspiceris **Σ** codicis **P** correctiones respexisse! Hunc codicem, olim Colberti, a viris doctis antea obiter inspectum,[10] primus adhibuit E. Hedicke in editione anni 1867, sed maiore sagacitate uberioreque segete eo usus est C. F. Kinch.[11] Contulit deinde et Bardon.[12] Ego Lutetiae Parisiorum denuo non sine fructu contuli.

Sequuntur IV codices ex eodem fonte, ut infra demonstrabimus, fluentes:

[7] Bardon, *op. cit.*, p. XI.

[8] Quibus correctionibus ii praecipue errores purgati sunt, quos eadem prima manus intulerat et in antigrapho non erant.

[9] De hoc siglo cf. infra.

[10] Vir divini ingenii Richardus Bentleius pretium huius codicis agnoverat, uti nuper monstravi, cf. C. M. Lucarini, *Alcune esegesi dimenticate di Curzio Rufo*, in vol. misc. “Esegesi dimenticate di autori classici” edd. C. Santini et F. Stok, Pisa 2008, 279-283.

[11] C. F. Kinch, *Quaestiones Curtianae criticae*, Hauniae 1883 et C. M. Lucarini, *Per una nuova edizione critica di Curzio Rufo*, (nondum publici iuris factum), in adn. ad 8.8.10.

[12] Contulerant et philologi saeculorum superiorum, sed cum collationes perpetuas non ediderint neque pretium libri clarum esset, notitia codicis satis accurata in editione Hedickiana anni 1867 primum invenitur.

B Bernensis Lat. 451, membraneus, foll. 147, formae quadratae (mm. 205 × 210). Constat e duabus partibus in unum compactis; ff. 1-8 (ad vada Ligeris, ut videtur, exarata) excerpta epistularum Romanorum pontificum praebent; ff. 9-147, saec. IX in Gallia (Bischoffi sententia Ferrerae)[13] conscripta, Curtium (ff. 9-144) et excerpta ex notitia provinciarum Galliae (ff. 144ᵛ-146ʳ) habent. A Servato Lupo fortasse correctus est.[14] Fuit postea Petri Danielis Aurelianensis multisque cum aliis huius viri libris in bibliothecam Bongarsianam migravit ex qua postea thesaurus bibliotheca publicae Bernensium constitit.[15] Contulerunt Hedicke[16] et Bardon. Contuli pleraque per imagines; quaedam Bernae inspexi.

F Florentinus Laurentianus pl. 64.35, membraneus, foll. 124, formae quadratae (mm. 208 × 195). S. IX$^{3/4}$ in Gallia (ut Bischoffio videtur, ad vada Ligeris) a pluribus manis est conscriptus. Praeter Curtium continet (ff. 115ʳ-116ᵛ) carmen *Alexandre* Alberici Brigantiae (cf. *Mostra di codici romanzi delle biblioteche fiorentine*, Firenze 1957, 4-5). Incipit cum *vix gladio* (3.10.6), cum primus quaternio exciderit. Propter marginem abscisum vel alias causas haec perierunt: 3.13.17: alterum *-i-* verbi *proditoris*; 4.2.1: *-o-* verbi *quoque*; 4.3.26: *-i-* (verbi *magis*); 4.14.21-22: *-mus una*; *si spes non subesset*; *-mulare deberet*; *est. Matrem mea*; 5.6.18: *-r-* verbi *frontem*; 8.4.13-14: *Duo milia*; *-is i-*, *est q-*; 8.4.28-8.5.4: *-u osten-*; *-uantu-*; *-odo rex*; *-viva-*; *-xit*; *impe-*; *et epu-*; *sed*; *vu-*; *-tur* (verbi scilicet *adsentiebantur*); *mag-*;

[13] B. Bischoff, *Katalog der festländischen Handschriften des 9. Jh. (mit Ausnahme der Wisigotischen)*, I vol., Wiesbaden 1998.

[14] Cf. V. von Büren, *Auxerre, lieu.. cit.*, sed cf. etiam É. Pellegrin, *Les manuscrits de Loup de Ferrières: à propos du ms. Orléans 162 (139), corrigé de sa main*, «Biblothèque de l'École des chartres» 115 (1957), 5-31 = É. Pellegrin, *Bibliothèques retrouvées*, Paris 1988, 131-157.

[15] Cf. quae nuper scripsit M. Germann (Bibliothecae Bongarsianae olim praefectus), *Die Burgerbibliothek Bern*, Bern 2002, 93-118 necnon praefationem editionis meae Paulinianae (Paulinus Pellaeus, *Carmina*, ed. C. M. Lucarini, Monachii et Lipsiae 2006, XV-XVI).

[16] Primum editioni anni 1908.

-riti; *dice-*; *cete-*; *-min-*; *-cas*; 8.5.15-20: *-re te re-*; *-s est ut*; *-agnis*; *-aies-*; *-o, num-*; *mo-*; *-or-*; *-ne*; *-ctos*; *-tu-*; *-cili-*; *di-*; *est*; *-c*; *-ci-*; *si*; 8.7.4-5: *vivu-*; *et p-*; *ex-*; *-ti*; *ali-*; *est*; 8.8.9: *ad*; *-bat* (verbi scilicet *habebat*); *au-*; *-lia*; 8.10.15: *-ique*; 8.10.35: *-us* (verbi *plus*); 8.13.20: *-am*; 8.14.15 *-que* (verbi *intuensque*); 10.10.2-10.10.20: *iussus*; *-deret*; *hic*; *-cati* (verbi scilicet *precati*); *-re deum*; *est*; *-iti*; *-catum esse*; *-tri inter*; *fratri Iollae.. annis Alenan-*; *-ream translatum.. omnisque*. Contulerat Hedicke.[17] Florentiae contuli.

L Leidensis Lat. BPL 137, memebraneus, foll. 132, formae quadratae (mm. 225 × 165) S. x in Gallia, fortasse Altisiodori, exaratus est.[18] Curtium tantum continet. Desinit cum *dumtaxat patientem* (10.10.16), cum ultimum folium amissum sit. Contulit Hedicke;[19] ego partim Lugduni Batavorum partim Bonnae taeniis photographice expressis adhibitis denuo contuli.

V Leidensis Vossianus Lat. Q. 20, membraneus, foll. 144, formae quadratae (mm. 265 × 222), saec. IX^{I} et ipse in Gallia conscriptus. Vetustissimus Curtianorum codicum, qui aetatem tulerunt, videtur esse. Constat ex duabus partibus in unum compactis, altera (Caesaroduni saec. X exarata) folia I-IX complectente, ubi leguntur fragmenta quaedam historicorum, altera (in eodem coenobio saec. IX^{I} exarata) reliqua, ubi Curtius aliaque fragmenta plerumque ad Alexandrum pertinentia leguntur. Curtius continetur foliis 9^{r}-101^{v}. «Pars inferior f. 10, margo exterior f. 18, margo inferior f. 42 et 95 desecti sunt, f. 28 fere omnino deperditum est parvo fragmento excepto, f.

[17] Primum editioni anni 1908. Quaedam correxit A. Castiglioni (*Osservazioni critiche e grammaticali a Curzio Rufo*, «St. it. di filol. class.» 19, 1912, 121-227) sed gravem errorem intulit: cf. C. M. Lucarini, *Per una nuova edizione.., cit.*, ad 4.3.12 et apparatum huius editionis ad locum.

[18] Cf. B. Bischoff, *Katalog der festländischen Handschriften des 9. Jh. (mit Ausnahme der Wisigotischen)*, II vol., Wiesbaden 2004.

[19] Iam editioni anni 1867. Scito Hedickium hunc codicem (sicut alterum Leidensem **V**) neglegenter contulisse.

142 et 144 valde mutila sunt. F. 95, 142, 144 membr. recentiore, nonnullae rimae et foramina (e. g. f. 141, 143) iam prius restaurata sunt. Textus 210/215 × 150, lin. 33 (9^{r}-42^{v}, 102^{r}-144^{v}), 32 (43^{r}-101^{v}). Tres librarii scripserunt, ut videtur: primus 9^{r}-101^{v} (38^{v}-39^{r} et pars 39^{v} scripta esse videntur alia manu), secundus 102^{r}-141^{v}, tertius 142^{r}-144^{v}. Minuscula Carolina Turonensis («Regular» dicit Rand). Litterae initiales et inscriptiones rubrae» (De Meyier).[20] Ex causis a De Meyierio allatis haec fere perierunt:

3.3.8-3.3.14 *-culum unde*; *agminis erat talis. Ignis, quem i-*; *praeferebatur.. Magos*; *iuvenes.. pares nume-*; *-pe Persis.. Haec vero turba*; 4.1.4-4.1.12: *-s* (verbi scilicet *captivos*); *-em* (verbi scilicet *eundem*); *-m* (verbi scilicet *paratum*); *-e-* (verbi scilicet Graecorum); *-i* (verbi scilicet *vestri*); 4.6.14 *-i-* (verbi *signa*); 4.10.30-4.12.6: *per deos patrios.. notam haberem, non dicerem*; *tempus.. post te relique-*; *-uantum petas.. quod cape-*; *-esne, ut.. ideo tam*; *-miae opes magnae.. vincere*; *-editius manus.. mors uxoris*; *-m misericordiae.. Alexander lega-*; *-et, ad consilium.. sentiret*; *-em Parmenio.. ut capti-*; *-uniam potuisse redigi ex iis, qui*; *-re censere, ut unam anum*; *Opimum regnum.. occupanda praemisit*; *-der corpori uxoris.. intra e-; -menta cum.. duo cornua*; *utrique lateri.. sequebantur*; *cum suis.. Dareus esse-*; *procul.. procedere ni-*; *hinnitumque.. Mazaeus*; *in castra.. hostium nunt-*; *decernere optabat, armari militem*; *equites, mille admodum*; 4.12.22 *-a-* (verbi *Itaque*).

Contulit Hedicke;[21] ego partim Lugduni Batavorum partim Bonnae taeniis photographice expressis adhibitis denuo contuli.

Praeter hos v codices integros exstant haec v fragmenta antiqua:

D fragm. Darmstadtinum 3152, folii unius (mm. 227 × 165), saec. x Lorsaci fortasse conscriptum: exstant tantum *territoque rege.. fere interficiunt* (4.2.14-4.2.24).
Darmstadii contuli.

E fragm. Einsidlense 365, folii unius (mm. 220 × 150), s. x-xi (superest tantum a 7.1.34 [*-cere homo superbissimus*] ad 7.2.8 [*Amyntan*

[20] Cfr. K. A. De Meyier, *Codices Vossiani Latini*, vol. II cod. in quarto, Leiden 1975.
[21] Iam editioni anni 1867. Cf. praeterea adn. 19.

mea sen-]), in Helvetia vel Italia conscriptum. Haec perierunt: 7.1.37-7.2.6 *autem quae*; *-urus* (verbi *dicturus*); *tuae matr-*; *-stulerat.. et haesitantem*; *-rtendi*; *Is tum flere coepit et*; *pro-*; *fratrum*; *iam*; *-nem* (verbi *contionem*).
Einsidlae contuli.

H fragm. Herbipolitanum M. p. misc. f. 22, folii unius (mm. 90 × 140), s. IX Fuldae conscriptum;[22] supersunt tantum 8.1.3-8.1.7 (*ignarus eduxit..Scythas super*) et 8.1.10-8.1.14 (*quae appellantur..repulso et abire*).
Herbipoli contuli.

R excerpta Rhenaugiensia (nunc Turici in bibliotheca publica asservata, Rheinau 95), in Germania vel Helvetia s. X exarata. E 124 foliis constat (mm. 198 × 137), varia opera continentibus, inter quae haec Curtiana leguntur (ff. scilicet 92^{r}-94^{v} et 94^{v}-103^{v}): 7.8.12-7.8.30 (*Igitur unum ex his.. esse, considera*) et 8.7.3-8.10.2 (*Utor-inquit..ducibus usurus*).
Turici contuli.

S fragm. Vindobonense 492, s. X, octo foliorum (mm. 235 × 195). Foliis 1^{r}-3^{v} aliqua Curtiana praebet (a 10.8.22 *id impetratum est* usque ad finem), ceteris Ps. Methodius *De princ. saeculi*.
Vindobonae contuli.

Viri docti, qui a saec. XIX exeunte Curtio recognoscendo operam navarunt, omnes hos testes adhibuerunt. Quos cum et ego vel totos vel magna ex parte contulissem, visum est ad recentiores convertere. Eorum laterculum dedit Oakley, quod repetere non piget[23] (asterisco insigniuntur ii codices, quibus huic editioni parandae usus sum):

[22] Cfr. H. Thurn, *Die Handschriften der Universitätsbibliothek Würzburg*, Wiesbaden 1990, 242.

[23] Aetas codicum, ubi e subscriptione non discitur, a muliere doctissima A. de la Mare vel ab ipso Oakleyo coniectata est. Hebetudinem meam palaeographicam innumerae collationes sublevare non valuerunt.

A Parisinus Lat. 5720, annis 1353-1361 conscriptus, fortasse Mediolani. Ex Francisci Petrarcae, poetae clarissimi, peculio fuit, qui aliqua correxit atque adnotavit.

Ba Baltimorensis, Walters Art Gallery, 465, membraneus, ca. a. 1435, ut videtur, a docto Italico in Helvetia exaratus.

Bb Bernensis, Burgerbibliothek, 282, membraneus, ca. a. 1465 Florentiae, ut videtur, exaratus.

Be Budensis bibliothecae Universitatis Lat. 4, membraneus, s.xv$^{3/3}$, Neapoli, ut videtur, exaratus.

Bi Berolinensis, Staatsbibliothek Lat. fol. 99, membraneus, ca. a. 1465 Florentiae, ut videtur, exaratus. Excerpta tantum continet, de quibus alibi disserui.[24]

Bl Basileensis, Universitätsbibliothek, O II 6, chartaceus, s. XVI ineu. in Helvetia vel Germania, ut videtur, exaratus.

Bn Budensis, Országos Széchenyi Könyvtär, Clmae 160, membraneus, a Petro Cennino Florentiae VII Eid. Apr. a. 1467 confectus.

***Bo** Bononiensis, Biblioteca universitaria, 2418, chartaceus, s. XV medio vel exeu. in Italia, ut videtur, conscriptus. Bononiae contuli.

Bq Brixiensis, Biblioteca Queriniana, B I 4, membraneus, s. XV$^{1/3}$ Florentiae, ut videtur, exaratus.

***Br** Brussellensis, Bibliothèque Royale, 10161, membraneus, in Gallia s. XIII conscriptus. Brucellae inspexi.

Bs Barcinonensis, Biblioteca del Seminario Diocesano, 73, membraneus, a M. Laurentio Domino Laelio de Valle mense Ianuario a. 1466 Romae, ut videtur, confectus.

Bu Budensis, Országos Széchenyi Könyvtär, Clmae 161, membraneus, mense Ian. a. 1444 Mediolani confectus.

Bz Basileensis, Universitätsbibliothek, A Lambda II 23a, chartaceus, s. XV^{2}, in Italia, ut videtur, exaratus. Continet tantum 4.1.6.12-5.6.11.

[24] Cfr. C. M. Lucarini, *Per una nuova.. cit.*

C Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, Cov. soppr. 359, membraneus, s. xiv, in Gallia, ut videtur, conscriptus.

Ce Caesenas, Biblioteca Malatestiana, S. xix. 5, membraneus, a Iohanne a Maguntiaco, ut videtur, Caesenae vel Ferrariae ca. a. 1460 exaratus.

Ch Chapel Hill, Library of the University of North Carolina, 13, chartaceus, a. 1459 in Italia exaratus.

Co Romanus, Biblioteca Corsiniana, 43 F 38, membraneus, a Stefano Guarnerio Romae anno 1461 exaratus.

***Col** Coloniensis deperditus, a Francisco Modio adhibitus: v. infra.

Cp, Cantabrigiensis, Peterhouse, 269, ca. a. 1495 Gandavi exaratus.

Cr Cracoviensis, Biblioteka Jagellionska, 521, chartaceus, s. xv med. in Polonia exaratus.

Cw Cracoviensis, Biblioteka Jagellionska, 1641, chartaceus, s. xv med. in Polonia exaratus. Continet usque ad 3.13.12 *quidem ex fastigio*.

Da Dresdensis, Sächsische Landesbibliothek, Dc 174, membraneus, s. xv medio vel 3/4 Florentiae, ut videtur, ab Agnolo di Jacopo de' Dinuzzi exaratus.

Db Dresdensis, Sächsische Landesbibliothek, Dc 175, chartaceus, s. xv$^{3/4}$ Florentiae, ut videtur, conscriptus.

Dc Dresdensis, Sächsische Landesbibliothek Dc 175a, membraneus, s. xv$^{3/4}$ Florentiae, ut videtur, exaratus.

Du Dublinensis, Trinity College, 602, membraneus, s. xiii^{1} in Britannia exaratus. Excerpta tantum librorum 3-7 continet.

Em Scorialensis, Real Biblioteca di San Lorenzo, M iii 15, membraneus, ca. a. 1455 fortasse Florentiae ab Agnolo de' Dinuzzi exaratus.

Eo Scorialensis, Real Biblioteca di San Lorenzo, O iii 13, membraneus, s. xv fortasse Romae exaratus.

Ez Scorialensis, Real Biblioteca, E III 19, membraneus, s. XV medio in Venetia exaratus.

Fc Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 64.34, membraneus, s. XV$^{3/4}$ Senae vel Romae vel Neapoli, ut videtur, exaratus.

Fd Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 64.33, chartaceus, s. XV$^{2/4}$ vel medio Florentiae a scriba 'Puccini' exaratus.

Fe Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 64.32, membraneus, ca. a. 1455 Florentiae exaratus.

Fl Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 64.31, membraneus, ca. a. 1455 Florentiae exaratus.

Fg Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 64.30, membraneus, ca. 1470-1475 Florentiae exaratus.

Fh Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 64.29, membraneus, s. XV medio exaratus.

Fi Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 64.28, membraneus, s. XV$^{3/4}$ Florentiae, fortasse a Domenico di Cassio Narnensi exaratus.

Fj Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, Acquisti e doni 151, membraneus, ca. a. 1465 Florentiae, ut videtur, exaratus.

*__FlorAng__ Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, Strozzi 75, membraneus, s. XII, vulgo 'Florilegium Angelicum' appellatus. Excerpta tantum continet ex legatione Scytharum libri VII. Florentiae contuli.

Fk Florentinus, Biblioteca Medicea Laurenziana, pl. 47.35, membraneus, a. circ. 1470-1475 Francisco Sassettio exaratus; excerpta tantum continet.

Fr Florentinus, Biblioteca Riccardiana, 625, chartaceus, ca. a. 1460 Florentiae vel Romae, ut videtur, conscriptus.

*__G__ Guelferbytanus, Herzog-August Bibliothek, 163 Extrav., membraneus, s. XII^{2}, vel in Germania vel in Batavia exaratus. Pauca folia sunt (mm. 205 × 125), quae varia excerpta

ad Alexandrum Magnum pertinentia continent, inter quae haec Curtiana (in foliis 6r-9v): ab 10.5.1 *intuentibus lacrimae* ad 10.5.9 *regem invocantes*; 10.5.17; ab 10.5.15 *Babylonii alius* ad 10.5.16 *solliciti ferebantur*; ab 10.5.18 *Nec muris* ad 10.5.25 *superstes erubuit*; ab 10.5.37 *Huic regi* ad 10.6.10 *Haec Perdicca*; ab 10.6.13 *Tum Ptolomaeus* ad 10.6.18 *tollere iubebant*; ab 10.7.1 *in seditionem* ad 10.7.3 *sine eo habuissent*; ab 10.7.6 *Igitur non* ad 10.7.10 *potissimum crederent*; ab 10.7.12 *Pauci vero Perdiccae* ad 10.7.14 *pertinens regnum*; ab 10.7.16 *Igitur Perdicca* ad 10.7.19 *idem fecere*; ab 10.10.1 *Perdicca consilium principum* ad 10.10.4 *regem sequebantur*; ab 10.10.9 *Septimus dies* ad 10.10.20 *honos habetur* (in his ultimis insunt aliqua aliunde petita). Guelferbyti contuli.

Gd Genuensis, Biblioteca Durazzo, A IV 16, membraneus, a Iohanne de Logia d. XVI Mart. a. 1445 Genuae confectus.

Gh Glasgoviensis, University Library, Hunter Collection, 47, membraneus, s. XV$^{3/4}$ Neapoli, ut videtur, exaratus.

Gr Grenoblensis, Bibliothèque Municipale, 354, membraneus, ca. a. 1460 Romae probabiliter a Johanne Hornsenio Monasteriensi exaratus.

Gt Wittembergensis, Universitätsbibliothek, membraneus, s. XV, excerpta tantum continet.

Hh Holkhamensis, Library of the Earls of Leicester, 364, membraneus, Bononiae a. 1465 a scriba Io. Ant. Z. P. exaratus.

Ho Holkhamensis, Library of the Earls of Leicester, 365, membraneus, s. XV$^{3/4}$ Florentiae, ut videtur, ab Ormanno de Erfordia exaratus.

In Aenipontanus, Universitätsbibliothek, 84, membraneus, ca. a. 1460 Florentiae, ut videtur, a Sinibaldo C. conscriptus.

***J** Duacensis bibliothecae publicae 882, membraneus, s. XII exeunte in Gallia exaratus. Constat e 135 ff. (mm. 275 × 195) excerpta varia historica habentibus, inter quae haec

Curtiana (ff. 110^{r}-112^{v}) : a 4.2.2 *Tyros et* ad 4.4.21 *mansuetudinis adquiescit*; a 4.6.7 *praeerat urbi* ad 4.6.30 *periculo regis*. De hoc manuscripto alibi fusius disserui.[25] Duaci contuli.

K Hauniensis KB fr. 21/3182, membraneus, s. XII in Gallia exaratus; haec supersunt: "*decem et trium stadiorum.. rex obsidibus acceptis*" (6.4.6-6.5.21) : et de his in dissertatione nuper memorata disserui.

La Londinensis, British Library, Add. 6794, chartaceus, Sibenici a. 1469 d. 26 mensis Jan. confectus.

Lb Londinensis, British Library, Burney 168, membraneus, ca. a. 1465 partim a Bartolomeo Fontio exaratus.

Lc Londinensis, British Library, Add. 9950, membraneus, d. 23 Aug. a. 1460 Ferrariae, ut videtur, confectus.

Ld Londinensis, British Library, Add. 22819, membraneus, ca. a. 1445 Florentiae, ut videtur, exaratus.

Le Leidensis, Bibliotheek der Rijksuniversiteit, BPL 136 E, chartaceus, VII Eid. Apr. a. 1470 in Italia, ut videtur, confectus.

Lf Londinensis, British Library, Harley, 2727, membraneus, s. XV$^{3/4}$ Florentiae, ut videtur, a scriba M. B. exaratus.

Lg Londinensis, British Library, Harley, 2757, membraneus, ca. a. 1455 conscriptus.

Lh Londinensis, British Library, Harley, 4842, membraneus, a Francisco Caballo Montefortinate d. XXVIII Nov. a. 1464 Romae confectus.

Lv Leidensis, Bibliotheek der Rijksuniversiteit, Vossianus Lat. Q 46, membraneus, s. XV$^{2/4}$ vel medio exaratus Venetiis vel Patavi, ut videtur.

***M** Parisinus Lat. 5717, membraneus, s. XII in Gallia conscriptus: contulit Bardon.

[25] Cf. C. M. Lucarini, *Per una nuova.. cit.*

Ma Matritensis, Biblioteca Nacional, 8827, membraneus, s. xv exaratus.

***Mb** Monacensis, Bayerische Staatsbibliothek, clm 15739, membraneus, continet Curtium usque ad 10.10.18 (*Haec utcumque*); s. xv$^{3/4}$ Patavi, ut videtur, exaratus est.[26] Monachi contuli.

Mo Mutinensis, Biblioteca Estense, Lat. 273, membraneus, s. xv$^{3/4}$ Venetiis vel Ferrariae, ut videtur, exaratus.

Mu Monacensis, Universitätsbibliothek, 2° 547, chartaceus, d. xvii Oct. a. 1462 Florentiae confectus. Fortasse Johannes Tröster, qui certe hunc librum possedit, etiam scripsit.

Mv Matritensis, Biblioteca Nacional, Vit. 22-9, membraneus, ca. a. 1470 Neapoli, ut videtur, exaratus.

Mw Monacensis, Bayerische Staatsbibliothek, clm 14226, s. xvi: de hoc codice diffuse alibi disputavi.[27]

Na Neapolitanus, Biblioteca Nazionale, iv c 47, membraneus, a Tomotheo Lucensi Romae s. xv$^{3/4}$ vel xv$^{3/4}$ conscriptus.

Nb Neapolitanus, Biblioteca Nazionale, iv c 48, membraneus, s. xv$^{3/4}$ vel xv$^{3/3}$ Neapoli, ut videtur, conscriptus.

Nc Neapolitanus, Biblioteca Nazionale, iv c 49, membraneus, s. xv Ferrariae, ut videtur, exaratus.

Nd Neapolitanus, Biblioteca Nazionale, xvi A 2, membraneus, a. 1464 Romae conscriptus.

***O** Oxoniensis, Corpus Christi College, 82, membraneus, s. xii in Gallia, ut videtur, exaratus. Ex foliis 203 constat, quae varia excerpta historica continent: de hoc codice fusius egi in dissertatione saepe memorata. Contuli per imagines.

[26] In fol. 1 legitur: « Q. Curtius historicorum prope limatisimus Alexandri Magni gesta dubium elegantius an verius perscripsit. Hic cum diu sicut et plures ceteri latuisset in Gallia tandem haud multis ante annis ita diminutus repertus est. Nam et in principio aliquot libri desunt et in septimo ac octavo partim fines partim initia mutilata sunt. In ipso etiam textu plurimis in locis fenestrae inveniuntur complures ».

[27] Cf. C. M. Lucarini, *Per una nuova.. cit.*

o Oxoniensis, Bodleian Library, Canon. Class. Lat. 306, membraneus, d. ix Nov. a. 1425 exaratus, Florentiae, ut videtur.

Oa Oxoniensis, Bodleian Library, Auct. F. 2. 25 (2349), membraneus, s. xv$^{3/4}$ ab Ormanno de Erfordia Florentiae fortasse exaratus.

Ob Oxoniensis, Bodleian Library, Auct. F. 6. 28 (28274), membraneus, ca. a. 1420-1430 a Iohanne Andreae Florentiae, ut videtur, conscriptus.

Od Oxoniensis, Bodleian Library, Canon. Class. Lat. 136, membraneus, s. xv$^{3/4}$ Romae, ut videtur, exaratus.

Pa Parisinus, Bibliothèque d'Arsenal, 1092, membraneus, s. xv$^{2/4}$ fortasse a Pagano Raudensi Mediolani conscriptus.

Pb Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 5718, membraneus, ca. a. 1175 Augustobonae Trecassium conscriptus.

Pc Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 5719, membraneus, s. xii in Gallia conscriptus.

Pd Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 5721, membraneus, s. xiv in Gallia conscriptus.

Pf Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat 5722, membraneus, ab Antoni Mari filio Florentiae iii Kal. Nov. a. 1448 confectus.

Pg Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 5723, chartaceus, s. xv^{1} in Italia conscriptus.

Ph Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 6075, chartaceus, Eid. Sext. a. 1470 Ticini exaratus.

Pi Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 6076, chartaceus, s. xv^{med} vel xv$^{3/4}$ certe ante a. 1464 Romae conscriptus.

Pj Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 9677, membraneus, a. 1469 fortasse Romae exaratus.

Pk Princetonensis, Kane 45, membraneus, ca. a. 1465-1470 Florentiae, ut videtur, exaratus.

Pl Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 9678, membraneus, s. xv$^{1/4}$ Florentiae fortasse conscriptus.

Pm Parisinus, Bibliothèque Nationale Lat. 14629, membraneus, s. XV in Gallia, ut videtur, exaratus.

Pn Parisinus, Bibliothèque Nationale, NAL 1119, chartaceus, s. XV$^{3/3}$ Lutetiae Parisiorum a librario in Italia edocto, ut videtur, exaratus.

Pw Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 5742, chartaceus, s. XV; excerpta tantum continet.

Py Parisinus, Bibliothèque Nationale, Lat. 6082, s. XV$^{3/4}$ Florentiae, ut videtur, exaratus. Excerpta tantum continet.

Pz Patavinus, Biblioteca Capitolare, B 45, chartaceus, s. XV^{med} vel XV^{2} in Italia exaratus.

***Q** Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Reginensis Lat. 971, membraneus, s. XII, ff. 88 (mm. 275 × 215), in Gallia conscriptus. Multa desiderantur, inter quae et partes libri X, ut infra dicemus. Contuli per imagines.

Qu Brixiensis, Biblioteca Queriniana, A II 2, membraneus, s. XIV exeu. vel XV ineu. in Gallia Cisalpina, ut videtur, exaratus.

Ra Romanus, Biblioteca Angelica, 2177, chartaceus, s. XV in Italia, ut videtur, exaratus.

Rc Romanus, Biblioteca Casanatense, 1085 (A II 16), membraneus, fortasse a. 1464 in Italia exaratus.

Ro Rotomagensis, Bibliothèque Municipale, 1128, membraneus, s. XIII vel XIV in Gallia, ut videtur, conscriptus.

Sd Sandanielensis, Biblioteca Civica Guarneriana 72, membraneus, s. XV^{med} Patavi fortasse exaratus.

***Sig** Sigeburgensis deperditus, a Francisco Modio adhibitus, v. infra.

***T** Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Ottobon. Lat. 2055, membraneus, s. XIV. Romae contuli usque ad 5.2.3.

Tc Toletanus, Biblioteca des Cabildos, 49-8, membraneus, s. XV^{med} vel XV$^{3/4}$ Florentiae, ut videtur, conscriptus.

To Toletanus, Biblioteca des Cabildos, 49-9, membraneus, s. XV in Italia exaratus.

Tr Tridentinus, Biblioteca Comunale, 1659, membraneus, s. XV ineunte in Italia exaratus.

Ts Taurinensis, Biblioteca Reale, Saluzzo, 9, membraneus, s. XV$^{3/3}$ Romae, ut videtur, exaratus.

Tu Taurinensis, Biblioteca Nazionale, K V 27, membraneus, s. XV in Italia exaratus (maiore ex parte anno 1904 igne combustus est).

Va Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Barber. Lat. 95, membraneus, s. XV$^{5/5}$.

Vb Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Barber. Lat. 96, membraneus, ca. a. 1435 Florentiae, ut videtur, conscriptus.

Vc Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Barber. Lat. 107, membraneus, s. XV medio fortasse Romae exaratus.

Vd Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Barber. Lat. 110, membraneus, s. XV in Italia, ut videtur, exaratus.

Ve Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Barber. Lat. 161, chartaceus, s. XV Florentiae fortasse exaratus.

Vf Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Chigi H VII 227, chartaceus, s. XV$^{3/3}$ Romae conscriptus.

Vg Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Chigi H VII 228, membraneus, ca. a. 1456-1460 a Raphaele Berti Pistoriensi, ut videtur, conscriptus.

Vh Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Chigi H VII 243, chartaceus, s. XV$^{3/4}$ in Italia, fortasse Romae, conscriptus.

Vi Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Ottobon. Lat. 1282, membraneus, ca. a. 1460-1465 Ferrariae, ut videtur, exaratus.

Vj Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Ottobon. Lat. 1678, membraneus, ca. a. 1435 Florentiae, ut videtur, conscriptus.

Vk Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Ottobon. Lat. 1741, membraneus, ca. a. 1475 Romae, ut videtur, exaratus.

Vl Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Ottobon. Lat. 2009, membraneus, ca. a. 1475 in Venetia, ut videtur, exaratus.

Vm Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Ottobon. Lat. 2053, membraneus, ca. a. 1465 Romae, ut videtur, exaratus.

Vo Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Palat. Lat. 914, membraneus, d. x mensis Quint. a. 1459 exaratus, fortasse Ferrariae.

Vp Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Palat. Lat. 915, s. xv$^{3/4}$ Romae, ut videtur, conscriptus.

Vq Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Palat. Lat. 916, membraneus, ca. a. 1455 Florentiae, ut videtur, exaratus.

Vr Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. Lat. 728, membraneus, s. xiv vel xv.

Vs Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. Lat. 885, membraneus, ca. a. 1465 Florentiae, ut videtur, conscriptus.

Vt Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. Lat. 1929, chartaceus, s. xv ineunte conscriptus.

Vu Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Urbin. Lat. 427, membraneus, Urbini a Matthaeo de Contugiis de Volaterris a. 1475-1482, ut videtur, exaratus.

Vv Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Ross. 1045, chartaceus, d. xix Oct. a. 1441 exaratus, fortasse Florentiae.

Vw Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Urbin. Lat. 891, membraneus, ca. a. 1455 Florentiae, ut videtur, conscriptus.

Vx Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 1865, membraneus, ab Antonio de Mario Florentiae xviii Kal. Ian. a. 1419 transcriptus.

Vy Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 1866, membraneus, ca. a. 1450 in Italia, ut videtur, exaratus.

vz Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 5114, excerpta tantum continet.

Vz Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 1867, membraneus, ca. a. 1435 Florentiae, ut videtur, conscriptus.

Wa Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 1868, chartaceus, mensibus Maio et Iunio a. 1458 exaratus in Italia, ut videtur.

Wb Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 1869, membraneus, s. XII^{2}.

Wc Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 1870, membraneus, ca. a. 1440 Romae, ut videtur, conscriptus.

Wd Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 4597, chartaceus, s. XV medio ab Angelo Decembrio exaratus.

We Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 5221.

Wg Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 5293, chartaceus, s. XV$^{3/4}$ Romae, ut videtur, conscriptus.

Wh Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 11430, membraneus, ca. a. 1460 Florentiae, ut videtur, exaratus.

Wi Vindobonensis, Österreichische Nationalbibliothek, Lat. 129, membraneus, s. XV Genuae fortasse exaratus.

Wj Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 11485, membraneus, ca. a. 1475 Florentiae, ut videtur, exaratus a Nicolao Riccio Spinoso.

Wk Vaticanus, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 11567, membraneus, mensibus Maio / Nov. a. 1441 a Iohanne de Logia Genuae scriptus.

Wl Venetus, Biblioteca Nazionale Marciana, Lat. Z 382 (1849), membraneus, ca. a. 1450-1455 Bononiae, ut videtur, exaratus.

Wm Venetus, Biblioteca Nazionale Marciana, Lat. X 86 (3504), membraneus, ca. a. 1455 Bononiae, ut videtur, exaratus.

Wn Venetus, Biblioteca Nazionale Marciana, Lat. X 104 (3531),

membraneus, Antonius Gallus Cristoferi filius annis 1461-1462 Genuae conscripsit.

Wo Veronensis, Biblioteca Capitolare, CL (138), membraneus, ca. a. 1460 Ferrariae, ut videtur, conscriptus.

Wf Washingtonensis, Folger Shakespeare Library, SM 10, membraneus, s. $XV^{3/4}$ fortasse Florentiae exaratus.

Omnes hi recentiores quantum numero antiquioribus praestant, tantum fide atque pretio procul ab illis relinquuntur. Sed de his rebus infra. Nunc potius ea repetenda sunt, quae de exemplari capitalibus characteribus exarato supra obiter attigimus. Monstravit enim C. Müller multa in nostris codicibus inveniri, quae ex litteris capitalibus male intellectis videntur orta; quorum ecce specimen:[28]

3.13.3 *penes*] Zumpt: *tenens* **ω**; 4.2.15 *tam*] Iunius: *iam* **ω**; 4.10.8 *Gordyaeos*] ed. Lugd.: *cordeos* **ω**; 4.11.19 *adeatis*] Hedicke: *adfatis* **ω**; 4.14.22 *reorum*] Cuperus: *regum* **ω**; 5.1.42 *regibus*] Vogel: *regis* **ω**; 5.2.3 *cesserant*] Acidalius: *gesserant* **ω**; 5.3.18 *incidebant*] Bruno: *incedebant* **ω**; 5.9.5 *Sacae*] Bruno: *sacae* **ω**; 5.13.2 *Paraetacene*] ed. Lugd.: *partelac(a)ene* **ω**; 6.4.2 *ea*] Freinsheimius: *ex* **ω**; 6.6.36 *Drangas*] Bruno: *drancas* **ω**; 6.10.28 *inierim*] Jeep: *interim* **ω**; 7.1.38 *Hecataeum*] Bruno: *hegateum* **ω**; 7.6.10 *Maracanda*] Bruno: *marupenta* fere **ω**; 7.8.29 *pacta*] Bongarsius: *facta* **ω**; 7.10.15 *spatiis*] Bruno: *stadiis* **ω**; 8.8.13 *transfundo*] Iunta: *transeundo* **ω**; 8.10.19 *aeque*] Bruno: *atque* **ω**; 9.2.17 *spatio*] Francinus: *statio* **ω**; 9.3.3 (et alibi) *Coenus*] Aldus: *poenus* **ω**; 9.5.9 ib. 12 *tamen*] Jeep et Vogel: *iam* **ω**; 9.6.12 *infecturas*] Zumpt: *iniecturas* **ω**; 9.7.3 *cum iis*] Aldus: *cunctis* **ω**; 9.8.9 *Parapamisadis*] nescio quis: *caracamisadis* fere **ω**; 10.9.8 *alta*] Iunta: *alia* **ω**.


Ex hac indice procul dubio efficitur **ω** ex exemplari capitalibus rusticis exarato (ω^k) descriptum esse.[29] Idem Müller monstravit et errores e litteris Carolinis male dispectis ortos in **ω** extitisse; vide sis:

[28] Siglo **ω** consensus codicum significatur.

[29] Quae litterae pro quibus acceptae sint iam dixit Müller; ego in catalogo horum errorum Mülleri vestigia pressi, nisi quod locos a recentioribus iam restitutos omisi, ne

4.3.11 *navigia*] Heinsius: *navigium* **ω**; 4.13.38 *hortantem*] Bentleius: *hoc tandem* **ω**; 5.3.21 *coniecti*] Bruno: *eiecti* **ω**; 6.2.10 *redacta*] Bruno: *reducta* **ω**; 6.6.25 *occupaverant*] Vindelinus: *occupaverunt* **ω**; 7.2.36 *perlaturis*] Vindelinus: *perlaturus* **ω**; 7.4.32 *Ariorum*] Laetus: *arionum* **ω**; 7.5.7 *praepararant*] Bruno: *praepararunt* **ω**; 7.6.12 *Derdam*] Hedicke: *pendam* **ω**; 8.3.17 *praefecto*] **B**^{corr}: *perfecto* **ω**; 8.8.9 *capimus*] Acidalius: *cupimus* **ω**; 8.10.25 *stadium*] Zumpt: *stadia* **ω**; 9.5.23 *secando*] Bruno: *secundo* **ω**; 10.6.24 *pronuntiatam*] Freinsheimius: *praenuntiantem* **ω**.

Ex his Conradi Mülleri clarissimis inventis duo exemplaria agnoscuntur, ex quibus omnis memoria nostra profluxit, alterum capitalibus (ω^k)[30] alterum minusculis (ω^m) conscriptum litteris. Primum igitur stemmatis nostri membrum sic dimetare licet:



Ut tibi suadeam omnes nostros codices ex uno fonte profluere,[31] volo et hos errores proponere, quos, cum in omnibus fere codicibus inveniantur, primum recentioris aetatis viri docti sustulerunt:[32]

3.1.7 *scire<t>* Jeep; 3.2.9 *ignota<rum>* Nett; 3.3.4 *ad se*] Heinsius: *esse* **ω**; 3.3.16 *alterum Nini, alterum erat Beli*] Zumpt praeeunte Scaligero: *alterinalterutrum*

quis suspicetur aliam ac codicis ω^k memoriam recentioribus praesto fuisse. Nondum enim monstravimus bonas recentiorum lectiones pro coniecturis habendas esse.

[30] Ego iam ω^k vel eius fontem recensionem perpessum esse suspicatus sum; sin minus unde illud absurdum *Poenus* pro *Coenus* ad 8.12.1, 9.3.3; ib. 5; ib. 20 ortum esset, vel illud *Apast(r)is* 9.10.21; ib. 29 pro *Astaspes*, vel *Noritas / Noritarum* (*Mor-*) pro *Horitas / Horitarum* ad 9.10.6; ib. 19? Inconsulte ista menda semel nasci possunt, minime iterari!

[31] Id quod primus, ut vulgo dicitur, contendit J. J. Scaliger.

[32] Adde omnes testes libris I-II et initio terti, item fine quinti et initio sexti necnon multis partibus libri decimi carere.

belli ω; 3.10.8 *deditis. Ab his*] Zumpt: *dedita eis* ω; 3.11.20 <*quam capere possent*> add. Hedicke; 3.12.19 *Si*<*c*>.. *si*<*c*> Schefferus; 3.13.13 *filiusque*] Stangl: *filius cui* ω; 4.1.3 *rectius*] Schüssler: *regius* ω; 4.1.16 <*e*> Gronovius; 4.2.6 *dimissi suos*] Orelli: *demissos* ω; 4.2.23 <*r*>*ex* Gronovius; 4.3.12 *ictas*] Castiglioni: ipsas ω;[33] 4.5.16 <*freti*> add. Lucarini; 4.6.19 *largius*] Heinsius: *longius* ω; 4.7.15 *ducentium*] Hug: *cedentium* ω; 4.9.2 *iam*] Acidalius: *nam* ω; 4.10.32 *inquit*] Walch: *in te* ω; 4.13.1 *ostendebat*<*ur*> Freinsheimius; 4.13.15 *regi[s]* Acidalius ω; 4.13.38 *hortantem*] Bentleius: *hoc tandem* ω; 4.14.7 <*ad*> add. Lucarini; 4.14.21 *mutuo adfectamus, quia*] Lucarini: *quia mutuo adfectamus* ω; 4.14.22 *reorum*] Cuperus: *regum* ω; 4.15.32 *efferebatur*] Heinsius: *referebatur* ω; 5.1.18 *suo*] Damsté: *sui* ω; 5.3.3 *sagittariisque*] Loccenius: *satrianisque* ω; 5.4.5 *hoc dorsum* transposuit Vogel; 5.5.19 *ingenita*] Freinsheimius: *ingentia* ω; 5.6.8 *suos*] Acidalius: *suis* ω; 5.7.7 *ipsi*] Bentleius: *igni* ω; 5.9.16 *rebus*] Bruno: *regis* ω; 5.13.8 *era*<*n*>*t* Bentleius; 6.4.1 *iubentium*] Bruno: *subeuntium* ω; 6.4.2 *[per Parthienen]* del. Lucarini; ib. *ea*] Freinsheimius: *ex* ω; 6.5.6 *se quid*] Iunta: *si quid* ω; 6.7.15 *Iolaum*] Vogel: *Ioceum* ω; 6.8.1 *tum*] Zumpt: *tamen* ω; 6.9.2 *is primus*] Hermann: *spiritus* ω; 6.9.29 *pro spe[re]* Freinsheimius; 6.10.7 *Nicomacho*] Acidalius: *nicomachus* fere ω; 6.10.28 *Hammo, num*] Hedicke: *ammodum* ω; 6.11.20 <*de*> add. Schefferus; 7.1.35 *ius*] Bentleius: *suae* ω; 7.3.1 *Arsame Drangarum*] Hedicke: *arianiorum* **PBL**: *arianorum* **F**: *arrianiorum* **V**; 7.3.8 *[in]* del. Bruno; 7.4.11 *id quemque*] Vogel: *utramque* ω; 7.4.14 *suspenderat*] Palmerius: *sui spem dederat* ω; 7.4.25 *perveniunt*] Lucarini: *perventum* ω; 7.5.1 *Sogdianorum*] Glareanus: *susitanorum* fere ω; 7.5.28 *[Dum Bessus perducitur]* del. Freinsheimius; 7.7.28 *iuss*<*it e*>*um* Mützell; 7.8.28 *Nec tibi.. dubites*] transp. Lucarini; 7.8.29 *pacta*] Bongarsius: *facta* ω; 7.10.12 *Asander*] Schmieder: *alexander* fere ω; 8.1.18 *ne aut*] Mützell: *nam ut* ω; 8.2.30 *id precatus*] Heinsius: *inprecatus* ω; 8.3.17 *Drangarum*] Feinsheimius: *dramearum* ω; 8.6.12 *mutua*] Iunta: *multa* ω; 8.6.28 <*r*>*eos* Heinsius; 8.9.6 *Indus*] Bentleius: *findens* ω; 8.9.30 *noctis*] Watt: *noctium* ω; 8.9.36 *qui*<*a*> Köhler; 8.10.16 *omnes se repente*] Iunta: *homines serpente* fere ω; 8.10.33 *patebat*] Eberhard: *placebat* ω; 8.11.25 *quo[s]* Zumpt; 8.13.27 *ordines*] Acidalius: *ordinem* ω; 8.14.38 *tandem*] Iunta: *tantum* ω; 9.2.3 *Prasios*] Salmasius: *pharrhasios* fere ω; 9.2.13 <*sic*> add. Castiglioni; 9.3.2 *egeri*] Gebhardus: *erigi* ω; 9.4.32 *[telorum]* del. Bruno; 9.6.17 *[m]eo*

[33] De hoc loco cf. C. M. Lucarini, *Per una nuova.. cit.*, ad loc.

Francinus; 9.7.1 *circa Bactra*] Loccenius: *garabactra* **ω**; 9.7.16 *et regi*] Stangl: *a rege* **ω**; 9.7.19 *vis*] Jeep: *hic* **ω**; 9.9.8 *lentius*] Acidalius: *levius* **ω**; 9.10.5 *Arabiton*] Bentleius: *aboriton* **ω**; 9.10.13 *noxii*] Cornelissen: *novi* **ω**; 9.10.29 *Astaspes*] Fuhr: *apastris* **ω**; 10.1.11 *obiectam*] Schefferus: *subiectam* **ω**; 10.1.19 *[ut]* del. Bruno; 10.2.6 *hominumque*] Jeep: *hominum quia* fere **ω**; 10.2.11 *gloriae*] Cornelissen: *victoriae* **ω**; 10.5.12 *<in>* Zumpt; 10.5.20 *retractaba[n]t* Erasmus; 10.6.1 *[eius]* del. Dempsie; 10.6.14 *En*] Bentleius: *est* **ω**; 10.6.24 *pronuntiatam*] Freinsheimius: *praenuntiantem* **ω**; 10.7.5 *incessebat, sed*] Novák: *inpense* **ω**; 10.7.12 *quem spreverant*] Acidalius: *quam speravarant* **ω**; 10.8.9 *ing<ru>ens* Cornelissen; 10.10.11 *refero*] Vogel: *refert* **ω**.

Ut de antiquioribus memoriae nostrae vicibus agamus, id quod iam pridem animum adverterunt viri docti, codices scilicet **BFLV** ex eodem fonte (**Σ** nuncupato) scatere, **P** alteram memoriam redolere, et nos concedimus; cf. hos codicum **BFLV** errores:

3.1.16 *editam*] *editum* **Σ**; 3.2.18 *is ipse*] *ipse* **Σ**; 3.3.5 *inlustria*] *industria* **Σ**; 3.3.23 *quae*] *qui* **Σ**; 3.4.5 *debebat*] *debebant* **Σ**; 3.6.11 *omisso*] *amisso* **Σ**; 3.8.2 *saltem*] *saltim* **Σ**; 3.8.26 *frenabant*] *frenebant* **Σ**; 3.10.2 *quantamcumque*] *quantumcumque* **Σ**; 3.11.23 *dareo*] *cum Dareo* **Σ**; 3.13.1 *satrapam*] *satrapa* **Σ**; 3.13.12 *tres fuere*] *fuere* **Σ**; 4.1.37 *Chium*] *hium* **Σ**; 4.10.29 *exaudiebatur*] *exaudiebantur* **Σ**; 5.12.4 *Patron*] om. **Σ**; 6.2.16 *itineri*] *itineris* **Σ**; 6.5.13 *plana*] *plena* **Σ**; 6.5.31 *custode*] *custodiae* **Σ**; 6.5.32 *ut*] *ac ut* **Σ**; 6.7.34 *semet interemerit*] *interemerit semet* **Σ**; 7.1.18 *peto*] *petito* **Σ**, ut videtur; 7.5.9 *meminisset*] *meminisset sui* **Σ**; 7.11.21 *nunc*] *tunc* **Σ**; 8.1.19 *excusatione*] *excusationis* **Σ**; 8.4.2 *sine minis*] *sine* **Σ**; 8.10.24 *obmolita*] *admolita* **Σ**; 8.11.12 *miserabilis*] om. **Σ**; 9.1.19 *conpelleret*] *compelleretur* **Σ**; 9.7.4 *eiusdem*] *eius* **Σ**; 10.5.10 *donantis*] *donatis* **Σ**; 10.5.13 *civilia*] *civili* **Σ**; 10.7.6 *alium regem*] *alium* **Σ**.

Ex **P** memoriam in **Σ** servatam descendere non posse monstrant hi ipsius **P** errores a **Σ** vitati:[34]

[34] Frustra igitur vir alioquin acutissimus C. F. Kinch, *Quaestiones Curtianae... cit.*, ex **P** universam memoriam superstitem descendere contendit.

3.3.20 *exornatas*] *et ornatas* **P**; 3.5.5 *deiectum*] *iectum* **P**; 3.5.16 *posset*] *possit* **P**; 3.6.16 *vigorem*] *victorem* **P**; 3.8.13 *et Dareus*] *Dareus* **P**; 4.2.3 *ipsos*] *ipso* **P**; 4.4.4 *alto se*] *alto* **P**; 4.9.10 *operiunt*] *operuit* **P**; 4.11.5 *quam tibi*] *tibi* **P**; 4.15.1 *agmen obliquum*] *obliquum* **P**; 4.16.30 *si multitudinem*] *similitudinem* **P**; 5.11.5 *idem*] *quidem* **P**; 5.13.18 *dissipabantur*] *dissipantur* **P**; 6.2.21 *potuissent*] *potuisset* **P**; 6.6.26 *repurgari*] *repugnari* **P**; 7.2.20 *iam ad*] *ad* **P**; 7.5.27 *inter*] *interim* **P**; 7.11.1 *cum XXX milibus*] *XXX milibus* **P**; 8.1.52 *I nunc*] *nunc* **P**; 8.4.3 *internitente luce*] *internitente* **P**; 8.14.36 *proditoris*] *proditorem* **P**; 9.5.17 *icta*] *iacta* **P**; 9.5.19 *perfregere*] *perfringere* **P**; 9.10.5 *dedidit*] *dedit* **P**; 10.1.2 *sed et*] *sed* **P**; 10.2.8 *urbes*] *urbes quas* **P**; 10.5.15 *quisquis*] *quis* **P**; 10.8.1 *quem*] *quam* **P**; 10.8.2 *misitque regis nomine, qui*] *misit regis nomine* **P**.

Quae adhuc de codicum necessitudinibus protulimus satis nota sunt nec de familiae **Σ** cognatione est quod vulgatis non adquiescamus. Etenim haud iniuria hucusque viri docti codices **BFLV** pro fratribus habuerunt. Ecce codicis **B** errores singulares:[35]

3.6.7 *incubabat*] *incumbebat* **B**; 3.6.20 *pariter*] *partem* **B**; 3.12.18 *victoria*] *victori* **B**; 4.1.24 *divitissimus*] *diutissimus* **B**; 4.3.1 *Crateronque*] *cateronque* **B**; 4.13.15 *instructas*] *instructa* **B**; 4.3.18 *casu] causa* **B**; 4.3.24 *funibus*] *funibi* **B**; 4.5.11 *XV*] *XII* **B**; 4.9.10 *ad ea*] om. **B**; 4.12.3 *inpedimenta*] *inpedimento* **B**; 4.12.6 *equitibus*] *equitum* **B**; 4.13.1 *Tum*] *tunc* **B**; 4.15.3 *se*] om. **B**; 4.15.27 *avem*] *autem* **B**: del. **B**^corr^; 4.15.29 *cornu*] om. **B**; 5.3.2 *patiens*] *patens* **B**; 5.5.17 *fortuito*] *fortuite* **B**; 5.11.5 *ex*] om. **B**; 5.12.13 *viderentur*] *videremur* **B**; 6.3.5 *laetitia*] *laetia* **B**; 6.5.19 *ergo*] om. **B**; 6.5.26 *trecentis*] *centis* **B**; 6.7.30 *a*] om. **B**; 6.8.14 *vana*] *una* **B**; 6.8.25 *rebus*] *regibus* **B**; 6.11.23 *actum*] *auctum* **B**; 7.2.16 *alteram*] *alteram a* **B**; 7.9.11 *corpori*] *corpore* **B**; 7.10.6 *viri*] om. **B**; 8.1.11 *ulla*] *illa* **B**; 8.4.25 *potuerat*] *poterat* **B**; 8.5.1 *milia*] om. **B**; 8.8.19 *esset*] *esse* **B**; 8.9.35 *plena*] om. **B**; 9.2.16 *armentorum*] *armatorum* **B**; 9.7.4 *in*] om. **B**; 10.7.16 *conclave*] *conclavem* **B**; 10.8.3 *fugerint*] *fugerent* **B**

[35] Ex uberrima segete errorum singularium codicum **BFLV** eos tantum hic colligo, quos seduli correctores non sustulerunt; etenim loci correcti nihil demonstrant, cum librarius codicis descripti bonam correctionem accipere potuerit.

Ecce codicis **F** errores, quorum in partem **BLV** non veniunt:

4.1.26 *regiam*] *regnam* **F**; 4.4.2 *qua*] *quia* **F**; 4.9.5 *terram*] *terra* **F**; 4.10.13 *ipsa*] *ipsi* **F**; 4.12.19 *quem*] *quam* **F**; 6.10.25 *cur*] *cur non* **F**; 6.11.9 *vesperam*] *vesperum* **F**; 6.11.21 *verone*] *verene* **F**; 7.2.3 *elocuto*] *eo loquuto* **F**; 7.2.11 *dimissa*] *missa* **F**; 7.3.2 *milia Graecorum*] *Graecorum* **F**; 7.5.37 *spectaculum*] *expectaculum* **F**; 7.7.36 *unum omnes*] *omnes unum* **F**; 9.1.5 *ignari*] *gnari* **F**; 9.2.29 *avaritia*] *avaritiae* **F**; 9.4.20 *essent*] *esset* **F**; 9.10.2 *ducturus*] *dicturus* **F**; 9.10.5 *nec*] *ne* **F**; 10.5.3 *audituque*] *auditoque* **F**; 10.5.10 *invidia*] *invidi* **F**; 10.9.9 *vocis*] *voces* **F**; 10.10.11 *ipsis usus*] *ipsi suus* **F**

Vide nunc codicis **L** errores singulares:

3.1.14 *intrat*] *intra* **L**; 3.3.7 *somnum*] *somnium* **L**; 3.11.21 *ornamenta*] *ornatamenta* **L**; 4.5.13 *egregii*] *egregiae* **L**; 4.6.3 *multumque*] *multum quoque* **L**; 4.6.28 *aliud*] om. **L**; 4.10.22 *miserabilis*] *mirabilis* **L**; 4.14.25 *Ite*] *ita* **L**; 4.16.14 *et sicca*] *sicca* **L**; 7.2.4 *aetatis*] *aetatatis* **L**; 7.2.27 *diende*] *inde* **L**; 7.7.30 *inposuerant*] *inposuerunt* **L**; 7.10.5 *laetitiae*] *laetiae* **L**; 8.1.17 *Lysimachum*] *limachum* **L**; 8.2.2 *carnificis*] *carnificus* **L**; 8.5.10 *sermonem*] *sermonum* **L**; 8.13.13 *audacia*] *audacie* **L**; 8.14.18 *terram*] *terra* **L**; 9.7.3 *qui*] *quae* **L**; 9.7.5 *ultro*] *ultra* **L**; 9.9.15 *Ne*] *nec* **L**; 10.2.29 *de fuga*] *dega* **L**; 10.6.4 *conspectum*] *conspectu* **L**; 10.6.5 *imperii*] *imperio* **L**; 10.7.21 *ne*] om. **L**; 10.8.19 *concordiae*] *concordi* **L**; 10.10.4 *maris*] *magis* **L**

Vide nunc errores codicis **V** a **BFL** vitatos:

3.1.12 *amnis*] *annis* **V**; 3.5.8 *misericordia*] *misericordiam* **V**; 3.6.19 *matura*] *natura* **V**; 3.11.15 *moliebantur*] *moriebantur* **V**; 3.12.11 *et coniunx*] *eam iunx* **V**; 4.2.13 *esset*] esse **V**; 4.2.23 *teli*] *teri* **V**; 4.7.24 *argenteis.. latere*] om. **V**; 4.13.38 *adloquebatur*] *adloquebantur* **V**; 4.16.3 *sibi*] *si* **V**; 5.1.5 *sui*] *si* **V**; 5.3.18 *per*] *pro* **V**; 5.5.6 *inustisque*] *inustis* **V**; 5.6.13 *iubebant*] *iugebant* **V**; 5.11.11 *quam*] *non* **V**; 6.5.11 *esset*] *esse* **V**; 6.6.20 *faciendi*] *facienti* **V**; 6.7.17 *esse*] om. **V**; 6.8.11 *Cebalini*] *cebalino* **V**; 6.9.3 *omnibus*] om. **V**; 7.1.10 *ablato*] *oblato* **V**; 7.4.5 *murum*] om. **V**; 7.4.9 *parere*] *parare* **V**; 7.4.35 *suae sortis*] *sues hostis* **V**; 7.6.19 *corona*] *coronam* **V**; 7.7.3 *quidam credidere*] *quidem credere* **V**; 7.8.16 *licetne*] *licet me* **V**; 8.3.9 *tradit*] *tradidit* **V**; 8.5.14

intuentibus] *interventibus*; 8.10.1 *gentium*] *genitum* **V**; 9.1.33 *memoriae*] *memoria* **V**; 9.4.13 *humana*] *humanam* **V**; 9.6.13 *sumus*] om. **V**; 9.6.25 *fuit*] om. **V**; 9.7.18 *deterrere*] *deterre* **V**; 10.1.28 *monitos tum*] *monito ficum* **V**; 10.2.16 *cum*] om. **V**

Ex communi igitur exemplari (**Σ**) **BFLV**, unumquemque sua via, fluere clarum est; qui si exemplar, suis tantum illatis erroribus, sine contaminatione exprimerent, ipsorum errores singulares apparatu critico prohibere potuissem, molesque editori fere immanis amota esset. Attamen natura omnium testium classis **Σ** talis est, ut nonnisi impense et unius codicis lectionis iacturam faceres, cum omni fere loco lectio singularis codicis **B** vel **F** vel **L** vel **V** illam, quae in **Σ** extabat, exprimere possit. Hoc monstrant et loci ubi vel **B** vel **F** vel **L** vel **V** solus codicis **P** errorem participat et errores coniunctivi inter tres vel etiam duo ipsius classis **Σ** testes: etenim hi errores, in quorum scilicet partem tantum duo vel tres classis **Σ** testes veniunt, verisimiliter e **Σ** fluunt, cum hyparchetypon, cui vindicari possint, nullo modo extiterit. Si enim aliquod hyparchetypon inter **Σ** eiusque superstitem prolem extitisset, certa aliqua artior necessitudo duorum vel trium classis **Σ** testium agnosceretur, quod minime evenit, cum errores coniunctivi per hos codices promiscue diffundantur. Unde pro comperto habeo errores, qui duo vel tres classis **Σ** codices inter se vel unum pluresve ipsorum cum **P** coniungunt, omnes e **Σ** manare eosque codices, qui hos errores vitant, vel suo Marte vel alio teste adhibito eos sustulisse.[36]

Vide imprimis errores qui **P** cum uno classis **Σ** teste coniungunt:[37]

[36] Haec foeda contaminatio non solum primam scriptionem codicum **BFLV** turbavit, sed etiam correctores cuiusque classis **Σ** testis ceteros codices adfines necnon **P** adhibuerunt; talem mutuam emendationem Durocortori Remorum factam esse contendit von Büren, *Auxerrre, lieu.. cit.*

[37] Vide sis et hos locos, ubi **PBF** vel **PFL** vel **PFV** contra reliquos menda praebent: 4.14.1 *de qua*] *deque* **P** *a. c.*: *deaque* **FL** *a. c.*; 4.16.24 *iniere*] *iniacere* **P** *a. c.* **F** *a. c.*: *in* **L**; 5.2.22 *inhibui*] *inbui* **PF** *a. c.* **V**; 8.1.47 *conprehendi se*] *conprehendisse* **PF** *a. c.* **L**; 9.3.17 *ob*] *ab* **PBF** *a. c.*

4.9.18 *pedites*] *peditos* **P** *a. c.* **L** *a. c.*; 4.10.34 *rex sit*] *rexit* **P** *a. c.* **F** *a. c.*; 4.11.18 *pecunia*] *pecuniam* **PL** *a. c.*; 4.12.11 *patrii*] *patri* **P** *a. c.* **F** *a. c.*; 4.12.13 *summa*] *summam* **PB**; 4.12.24 *poterant*] *poterat* **P** *a. c.* **F** *a. c.*; 4.14.5 *librare*] *liberare* **P** *a. c.* **V**; 4.14.17 *quem*] *quidem* **P** *a. c.* **V**; 4.15.24 *immemores*] *inimemores* **P** *a. c.* **F**; 4.16.18 *fatigatas*] *fatigatus* **P** *a. c.* **L**; 5.1.32 *summam*] *summa* **PF**; 5.9.11 *iubent*] *iubet* **P** *a. c.* **V**; 6.1.4 *petebatur*] *patebatur* **P** *a. c.* **B** *a. c.*; 6.2.5 *exciverat*] *excitaverat* **P** *a. c.* **B** *a. c.*; 6.4.6 *latitudinem*] *altitudinem* **P** *a. c.* **V**; 6.5.9 *obstiterat*] *obterat* **P** *a. c* **L** *a. c.*; 6.5.20 *adgestaque*] *adgestoque* **P** *a. c.* **V**; 6.9.15 *ignaros*] *ignarus* **P** *a. c.* **V** *a. c.*; 6.10.19 *potui*] *potuit* **P** *a. c.* **L** *a. c.*; 7.1.9 *quin*] *qui in* **PV**; 7.5.12 *tam*] *tamen* **PF** *a. c.*; 7.7.33 *Spitamenes*] *pitamenes* **PV**; 7.8.11 *locutos*] *locutus* **P** *a. c.* **F**; 8.1.2 *attribui*] *adtribu* **PB** *a. c.*; 8.2.10 *offerre*] *offerri* **PV** *a. c.*; 8.8.9 *avaritiae*] *avaritia* **PV**; 8.9.29 *vehunt*] *vehut* **PV**; 9.5.1 *desiliret*] *desileret* **P** *a. c.* **L** *a. c.*; 9.5.3 *libraverat*] *liberaverat* **P** *a. c.* **L** *a. c.*

Vide nunc errores, qui classis **Σ** testes promiscue ac sine discrimine coniungunt:

(**BV**) 6.11.1 *ab*] *ad* **B** *a. c.* **V**; 8.11.7 *via*] om. **BV**

(**BFL**) 4.10.30 *ipsa*] *ipse* **BFL**; 4.13.36 *iactum*] *iectum* **B** *a. c.* **F** *a. c.* **L** *a. c.*; 5.13.10 *iussa*] *ussa* **BFL** *a. c.*; 7.2.20 *ceteris*] *ceteri* **BFL**

(**BFV**) 5.7.5 *regia*] *regiam* **B** *a. c.* **FV**; 7.6.20 *hunc*] *hinc* **BF** *a. c.* **V**; 8.1.11 *quam*] *quem* **B** *a. c.* **F** *a. c.* **V** *a. c.*

(**BLV**) 5.3.15 *res possit*] *responsit* **B** *a. c.* **LV**; 8.1.10 *adiunctis*] *abiunctis* **B** *a. c.* **L** *a. c.* **V**

(**FL**) 3.13.16 II milia] II **FL**; 4.9.5 *orbibus*] *opibus* **F**: *obibus* **V**; 4.9.12 *inhibendam*] *hibendam* **F** *a. c.* **L** *a. c.*; 4.12.1 *petiturus*] *periturus* **FL**; 7.4.7 *debellaturus*] *debellaturis* **FL** *a. c.*; 9.11.28 *proximas*] *proxima* **FL** *a. c.*

(**FV**) 4.10.15 *substitit*] *subsistit* **F** *a. c.* **V**; 4.10.18 *e*] *et* **FV** *a. c.*; 4.12.24 *quin*] *qui in* **FV**; 5.8.17 *qua*] *quam* **FV**; 6.10.23 *ego*] *ergo* **F** *a. c.* **V** *a. c.*; 7.1.31 *quia*] *qua* **F** *a. c.* **V**; 7.4.15 *tutius*] *totius* **FV**; 7.5.17 *laetior*] *laetitior* **FV**

(**LV**) 3.6.16 *expectatione*] *expectationem* **LV**; 3.8.14 saucii] sauui **LV**; 3.9.5 *milia*] om. **LV**; 4.10.5 *perceptam*] *praeceptam* **LV** *a. c.*; 4.15.1 *obliquum*] *obliquam* **LV**; 5.12.13 *inciderent*] *incederent* **LV**; 7.4.24 *invenire*] *inveniri* **LV**

Duobus memoriae rivulis **P** et **Σ** distinctis, antequam de codicis **P** propinquis dissero, utriusque rivuli liquor aestimandus est; quae aestimatio, ut videbimus, magni momenti est ad textum constituendum. Constat enim inter viros doctos **P** fontis communis (**ω**) memoriam fere incontaminatam redolere, **Σ** ab aliquo magistello ita immutatum esse ut, si sola familia **Σ** superstes esset, nos multa fucata pro genuinis accepturos fuisse.

A loco iam celebri incipiam, cuius vicem Conradus Müller luculenter enarravit, ego nuperrime λύσιν τῷ πρώτῳ εὑρετῇ vindicavi.[38] Haec Curtius de muro urbis, cuius regina erat Cleophis, tradit (8.10.25): *XXXV stadium murus urbem complectitur, cuius ima saxo, superiora crudo latere sunt structa.* Verbum *ima* Bentleius (non, ut antea credebatur, Vogel) primus reposuit pro traditis *iam* **P** vel *inferiora* **Σ**. Lege quae de hoc loco scripsit Müller (p. 793):[39]

Diese Worte [i.e. cuius inferiora saxo] *sind durchaus verständlich und ohne Anstoss, und solange **P** unbekannt war, konnte niemand ahnen, dass sie in Wirklichkeit eine mittelalterliche Interpolation enthalten. In **P** steht nämlich « iam » anstatt « inferiora ». Wäre die **Σ**-Lesart « inferiora » echte, aus **ω** übernommene Überlieferung, so müsste « iam » in **P** aus « inferiora » entstanden sein eine paläographische Unmöglichkeit. Es verhält sich vielmehr so: **ω** enthielt die Korruptel « iam », und **P** hat nach seiner Weise den Text der Vorlage mechanisch getreu und ohne absichtliche Änderungen kopiert. Der **Σ**-Diorthot aber, der ein lateinkundiger Mann war, erschloss aus « superiora » den von Zusammenhang geforderten Gegensatz « inferiora » und setzte dieses Wort in den Text.*

Huius generis exempla multiplicari possunt. Lege et haec Mülleri verba (ib.):

[38] C. M. Lucarini, *Alcune esegesi.. cit.*, 280-281.

[39] Sigla Mülleriana ad nostra accommodavi.

*10.2.3 lautet in **Σ** wie folgt: «quod consilium cum clam agitant litterae redduntur». In **P** lesen wir: «quod consilium clam agitant litterae redduntur». Dies führt auf «clam agitanti» als ursprüngliche Lesart. Durch Haplographie war I vor l verloren gegangen. **P** gibt auch hier die verderbte Überlieferung unverändert wieder, während **Σ** durch eine gewaltsame Konjektur den Text notdürftig lesbar macht.*

Ego et multas alias classis **Σ** lectiones ex interpolatione ortas esse suspicor, inter quas:

6.11.7 *Ipsos missuros ad regem, non qui Iovem interrogent, quod ex rege cognoverint, sed qui gratias agant.* Ita locum instauravit Iunta, cum in **P** verbum *non* absit, in **Σ** post *interrogent* legatur; mihi probabilissimum videtur et **ω** verbo *non* caruisse, quod **Σ** suo Marte loco vix apto addidit.

7.8.17 *Dona nobis data sunt, ne Scytharum gentem ignores, iugum boum et aratrum, sagitta, hasta, patera.* Verbum *boum* restituit Vindelinus Spirensis, cum **P** eiusdemque adfines *bovem*, classis **Σ** testes *boves* praebeant. Haec lectio ex coniectura mihi videtur orta, cum *aratrum* par boum requireret: hoc bene animadvertit classis **Σ** corrector, sed remedium sane ineptum protulit, cum accusativum pluralem pro genitivo (quod requirebatur) intulerit.

7.10.8 *Illi numquam se inimicos ei, sed bello lacessitos [se inimicos] hostes fuisse respondent.* Verba molestissima *se inimicos* primi sustulerunt docti saec. XV; pro *hostes* **Σ** praebet *hosti*, quod sine dubio excogitavit ut oratio verbis ineptissime iteratis congrueret.

8.2.32 *Rex, equite praemisso, qui reverti eos iuberet, opperirique praesentiam ipsius, supervenit et, victimis Minervae Victoriae caesis, imperium Sisimithri restituit.* Stangl coniecit *Minervae Victoriae*, cum **P** *minervae avictoriae*, **Σ** *minervae ac victoriae* habeant; quae ultima lectio ex coniectura sine dubio nata est.

8.4.22 *Satrapes etiam eo, qui penes ipsum relinquebatur, tradito, barbara opulentia convivium, quo regem accipiebat, instruxerat.* Verbum *tradito* instauravit Modius pro *tradi* (**P** eiusque adfines) vel *tradit* (**Σ**). Si cogitaveris **Σ** pro *eo* praebere *eum*, colliges *tradit* et *eum* ex coniectura orta esse.

Hucusque de codicibus antiquioribus integris; si ad eorum aequales (vel non multo recentiores), sed mutilos transimus, in primis excerpta Rhenaugiensia (**R**) tractanda sunt, quae et longiora praebent et iam ab editoribus ad partes vocata sunt.

Codicem ab excerptore Rhenaugiensi adhibitum eandem ac **P** memoriam redoluisse iam satis constat; cf. enim:

7.8.22 *credes*] **Σ**: *credis* **PR**; 7.8.23 *proverbiis*] **Σ**: *proverbia* **PR**;[40] 8.7.7 *dicere*] om. **PR**; 8.8.9 *avaritiae*] **Σ**: *avaritia* **PR**; 8.8.22 *quod*] om. **PR**; 8.8.23 *consecuta*] **Σ**: *consecutus* **PR**; 8.9.1 *Indiam*] **Σ**: *invidiam* **PR**; 8.9.2 *spatiosa*] **Σ**: *speciosa* **PR**; 8.9.4 *a*] om. **PR**; 8.9.5 *fluvius*] **Σ**: *ius* **P**: *eius* **R**; 8.9.6 *reverberatur*] **Σ**: *reverebatur* **P**: *reverheratur* **R**; 8.9.12 *propiora*] **Σ**: *propriora* **PR**; 8.9.23 *semet*] Foss: *saene* **P**: *se ne* **R**: *sane* **Σ**; ib. *quod*] **Σ**: *quot* **PR**; 8.9.29 *longior*] **Σ**: *longiora* **PR**; 8.9.32 *dedecore*] **Σ**: *decore* **PR**; ib. *ullus*] **Σ**: *ullius* **PR**.

Quod ad ipsorum **P** et **R** nexum attinet, alterum ex altero pendere non posse[41] hi errores singulares alterutrius demonstrant:

7.8.13 *Asiam*] *Assiam* **R**; 7.8.15 *minimarum*] *minarum* **P**; 7.8.19 *'latro es*] *'latrones* **R**; ib. *Indos*] *Indo* **P**; 7.8.21 *bellare*] *rebellare* **R**; 7.8.26 *autem*] om. **R**; 7.8.27 *non*] om. **R**; 8.7.7 *a rege*] *agere* **R**; 8.7.11 *abuteris*] *abuteri* **P**; ib. *gratuitas*] *gravitas* **P**; 8.8.3 *se*] *sine* **P**; 8.8.8 *vim*] *cum* **R**; 8.8.10 *quos bello*] om. **R**; 8.8.19 *quem*] *quam* **P**; 8.8.22 *perseveraret*] *perseveret* **R**; 8.9.29 *sequitur*] om. **R**; 8.10.1 *memorantes*] om. **R**.


Certum est igitur **P** et **R** ex eodem fonte (Π) utrumque sua via pendere. **R** (vel eius fontem) aliqua pessima e **Σ** hausisse facile monstratur, cf.:

[40] Scito mendum *te protegunt* (8.7.4), quod adnotat Bardon et in **R** inveniri, in solo **P** re vera exstare.

[41] Attende, quaeso, me hoc loco non de ipso **R** loqui, quem patrem codicis **P** esse non posse palam est, sed de ipsius parente.

7.8.20 *te*] om. **RΣ**; 7.8.30 *habebis*] *habes* **RΣ**; 8.7.8 *At*] *et* **RΣ**; 8.7.11 *mihi*] om. **RΣ**; 8.8.8 *non in*] *non* **RΣ**; 8.8.10 *quoque*] om. **RΣ**; 8.9.9 *modo*] *modo uti nilus* **RΣ**.

Potest igitur hoc stemma designari, quod simillimum est illi, quod C. Müller metatus est:[42]



Antequam de ceteris fragmentis antiquioribus agamus (**DEHS**), res satis spinosa adgredienda est, quae scilicet necessitudo inter x testes antiquiores turbamque recentiorum intercedat. Haec quaestio viros doctos ab initio saeculi xix exercuit et sine dubio me quoque diutine detinuisset, nisi vir insignis S. Oakley eam soluisset. Monstravit Oakley omnes

[42] Hoc solo differt hoc stemma a Mülleriano, quod Müller inter **ω** et **Σ** ponit Σ^{I}. Contendit enim Müller virum illum semidoctum, qui recensionis **Σ** auctor fuit, locos, qui in **P** integri sunt (qui ergo et in **ω** integri erant) ex **ω** corrigere potuisse, si ipsi **ω** praesto fuisset; quod cum non fecerit, necesse est, opinatur Müller, praesumamus semidoctum illum correctorem ante oculos aliud exemplar (Σ^{I}) habuisse, id scilicet exemplar quod, cum **ω** describeret, menda illa intulit, quae in **ω** non erant sed in **BFLV** sunt. Haec verisimilia esse infitias non eo. Potest tamen coniectari magistellum istum semidoctum, dum **ω** describit, alia menda tollere conatum esse, alia neglegenter intulisse.

fere recentiores vel ex **B** vel ex **Π** pendere. Codicis **B** progenies nullius utilitatis est, cum pater praesto sit. Longe aliter res se habet de codicum **PR** cognatis. Codices aliquos recentiores eandem atque **P** memoriam redolere inter viros doctos iam satis constabat; sed cum omnes fere hi codices aetate renascentium litterarum conscripti sint et interpolationibus coniecturisque scateant, difficile erat quae necessitudo non tantum inter ipsos, sed etiam inter eos et **P** intercederet, discernere. In primis opus erat eos testes eligere, qui interpolationibus levioribus inquinati essent. Trutinae usu vigilantissimo Oakley e ceteris Sardis venalibus elegit **Bo** et **Mb**, quos ego contuli. **Bo** et **Mb** ex eodem exemplari (**δ**), ut videtur deperdito, pendere hi errores demonstrant:

4.2.14 *ab interiore*] *ex interiore* **δ**; 4.2.19 *modicam opus creverat*] *montis opus excreverat* **δ**; 4.2.21 *paulum moles aqua*] *paululum moles aquae* **δ**; 4.2.21 *eos quoque*] *quoque eos* **δ**; 4.2.22 *expedito esset*] *expedito non esset* **δ**; ib. *absorbebat mare*] *mare absorbebat* **δ**; 4.2.23 *molis*] *montis* **δ**; 4.6.31 *secundis atterebantur*] *satis sibi erat multitudinis* **δ**; 4.7.17 *mira*] *summa* **δ**; 4.9.9 *commeatuum*] *commeantium* **δ**; 4.10.10 *augentur*] *augurantur* **δ**; 4.10.30 *in eam*] *eam* **δ**; 4.13.5 *interdiu*] *per diem* **δ**; 4.13.19 *iniussu*] *sine iussu* **δ**; 4.14.24 *Per ego*] *precor* **δ**; 4.16.30 *esset*] om. **δ**; 5.2.21 *obsecro*] *obsecro ne* **δ**; 5.4.6 *sub*] *supra* **δ**; 5.4.25 *etiam*] om. **δ**; 5.8.5 *hoc*] om. **δ**; 5.12.8 *rogo*] *rege* **δ**; 6.3.1 *quietis et*] *quietis* **δ**; 6.5.9 *At*] om. **δ**; 6.6.17 *fecisse*] *fuisse* **δ**; 6.9.31 *pedes*] *pedes eius* **δ**; 6.11.8 *initium*] *maxime inimicum* **δ**; 7.1.4 *vitia negotio*] *vitio negotia* **δ**; 7.1.16 *Philotan*] *Amintam et suos fratres quod Philotan* fere **δ**; 7.1.18 *"Si nihil – inquit – interest regis, peto ut*] *inquit, peto ut* **δ**; 7.1.26 *eo infitias*] *infitiar* **δ**; 7.1.28 *es causa*] *causa es* **δ**; ib. *vellent tibi*] *tibi vellent* **δ**; ib. *ab illo*] *tibi ab illo* **δ**; 7.1.30 *voluerunt*] *voluerant* **δ**; 7.1.33 *enim crimen est*] *crimen est enim* **δ**; 7.1.38 *tuum imperium*] *imperium tuum* **δ**; 7.2.4 *eum*] *enim* **δ**; 7.2.7 *parceret*] *parceret rex* **δ**; 7.2.8 *revertor*] *revertar* **δ**; 7.4.30 *equorumque*] *et equorum* **δ**; 7.7.9 *considere*] *considerare* **δ**; 7.7.33 *pariter*] om. **δ**; 7.10.16 *nunc*] *nec* **δ**; 7.11.18 *inviis*] *viis* **δ**; 8.1.4 *et erant forte*] *et quae forte* **δ**; ib. *praeda*] om. **δ**; 8.1.9 *si*] *sed si* **δ**; 8.5.5 *quonam modo*] *quomodo* **δ**; 8.5.18 *libet*] om. **δ**; 8.8.13 *isdem*] *illis* **δ**; 8.9.32 *valetudo est*] om. **δ**; 8.11.11 *vir*] *iura* **δ**; 9.2.22 *nunc*] *nusquam* **δ**; 9.2.27 *praemia*] om. **δ**; 9.5.4 *stipiti corpus*] *corpus stipiti* **δ**; 9.8.29 *agrosque populatur*] *agroque populato* **δ**; 9.10.19 *esse*] om. **δ**; 10.1.19 *aes*] *eis* **δ**; 10.1.25 *super*] *sunt* **δ**; 10.1.36 *ab eo*] *aboleo* **δ**; 10.2.12 *ora*]

omnia **δ**; 10.2.27 *hinc*] om. **δ**; 10.5.11 *se*] om. **δ**; 10.7.2 *heres*] om. **δ**; 10.7.15 *quemquam*] *quem* **δ**; 10.8.9 *sua sponte*] om. **δ**; 10.10.11 *Traditum.. refero*] om. **δ**; 10.10.12 *ne*] om. **δ**.

Arta quaedam adfinitas **δ** cum **P** astringit, ut monstrant hi errores, quorum in partem **Σ** non venit:

3.5.5 *deiectum*] *iectum* **Pδ**; 3.5.16 *posset*] *possit* **Pδ**; 3.12.7 *in tabernaculum*] *tabernaculum* **Pδ**; 4.2.3 *ipsos*] *ipso* **Pδ**; 4.10.21 *ipsa*] *ipse* **Pδ**; 4.10.29 *exaudiebantur*] *exaudiebatur* **Pδ**; 4.11.5 *quam*] om. **Pδ**; 4.11.13 *alium*] *aliud* **Pδ**; ib. *quoque*] om. **Pδ**; 4.12.23 *iamque*] *namque* **Pδ**; ib. *impleverat*] *impleverant* **Pδ**; 4.13.8 *praecipitis*] *praeitis* **Pδ**; 4.13.28 *princeps*] om. **Pδ**; 4.14.4 *Macedonas*] *Macedones* **Pδ**; 4.14.7 *eo*] *eos* **Pδ**; 4.15.29 *effusum*] *effusam* **Pδ**; ib. *destituerat*] *destituerant* **Pδ**; 4.16.17 *cumulantis*] *cumulanti* **Pδ**; 5.1.44 *se sequi*] *sequi* **Pδ**; 5.1.45 *duceni*] *ducem* **Pδ**; 5.2.18 *quae*] om. **Pδ**; 5.10.12 *sceleri*] *scelere* **Pδ**; 5.13.18 *dissipabantur*] *dissipantur* **Pδ**; 6.2.7 *neptim*] *neptem* **Pδ**; 6.2.15 *stativa*] *stativam* **Pδ**; 6.5.32 *ac ut*] *ut* **Pδ**; 6.6.9 *aversabantur*] *versabantur* **Pδ**; 6.6.26 *repurgari*] *repugnari* **Pδ**; 6.8.7 *paenitentia*] *potentia* **Pδ**; 6.8.13 *talia*] *alia* **Pδ**; 6.9.2 *coegit*] Bruno: *cogit* **P**[corr] fere **Σ**: om. **Pδ**; 6.9.3 *possint*] *possent* **Pδ**; 7.1.9 *proximi*] *proxime* **Pδ**; 7.2.32 *precantibus*] *pergentibus* **Pδ**; 7.3.11 *extet*] *excitat* **P**: *existat* **δ**; 7.3.13 *quae*] om. **Pδ**; 7.3.16 *ipsorum*] *eorum* **Pδ**; 7.4.6 *non*] om. **Pδ**; 7.4.13 *prudentia*] *prudentiae* **Pδ**; 7.5.24 *e spoliis*] *spoliis* **Pδ**; 7.5.27 *inter*] *interim* **Pδ**; 7.7.11 *dubia fortuna*] *dubie fortunam* **Pδ**; 7.7.17 *accepi*] *accipi* **Pδ**; 7.7.25 *denunitio*] *denuntiat* **Pδ**; 7.8.4 *excuteret*] *excuterent* **Pδ**; 7.9.4 *trahebat*] *trahebant* **Pδ**; 7.9.14 *praecepit*] *praecipit* **Pδ**; ib. *in castra se recepit*] *castra recipit* **P**: *castra recepit* **δ**; 7.10.4 *trahi*] *tradi* **Pδ**; 7.11.1 *cum*] om. **Pδ**; 7.11.21 *verum*] om. **Pδ**; 8.1.48 *orant*] *erant* **Pδ**; 8.2.13 *misit*] *commisit* **Pδ**; 8.2.34 *pudorem*] *pudore* **Pδ**; 8.3.12 *suspectus*] *suspectis* **Pδ**; 8.4.22 *eum*] *eo* **Pδ**; ib. *tradit*] *tradi* **Pδ**; 8.5.17 *credisne*] *credesne* **Pδ**; 8.10.26 *ne*] *non* **Pδ**; 8.11.10 *tam*] *iam* **Pδ**; 8.12.8 *capere et*] om. **Pδ**; 8.13.24 *vixque*] *vix* **Pδ**; 8.14.14 *tandem*] *tantundem* **Pδ**; 8.14.15 *invehimini*] *non invehimini* **Pδ**; 8.14.36 *proditoris*] *proditorem* **Pδ**; 9.2.16 *creditisne*] *creditis ne* **Pδ**; 9.2.25 *sum*] om. **Pδ**; 9.5.11 *accurrit*] *occurrit* **Pδ**; 9.5.19 *perfregere*] *perfringere* **Pδ**; 9.6.17 *praeponitis*] *proponitis* **Pδ**; 9.7.11 *bis*] *bilis* **Pδ**; 9.8.27 *adfirmans. Inventam deinde – quippe a multis simul erat requisita – vulneri imposuit*] *adfir-*

mans. Vulneri imposuit inventam deinde – quippe a multis simul erat requisita – **Pδ**; 9.10.15 *et miles*] *miles* **Pδ**; 10.1.2 *sed et*] *sed* **Pδ**; 10.2.8 *urbes*] *urbes quas* **Pδ**.

Patet igitur **δ** et **P** arta necessitudine adstrictos esse. E **δ** codex **P** pendere non potest, ut monstrant errores sigulares a **δ** exhibiti, quorum supra laterculum dedimus; neque invicem **δ** ex **P** defluxit, ut monstrant innumeri errores singulares qui inveniuntur in **P**, e. g.:

3.8.6 *ad se*] *a se* **P**; 3.8.20 *fortunam*] *fortuna* **P**; 3.11.17 *fuga*] *fugam* **P**; 3.12.16 *habebat*] *habeat* **P**; 4.2.6 *monere*] *movere* **P**; 4.2.9 *e navibus*] *navibus* **P**; 4.3.21 *iactam*] *iam tam* **P**; 4.8.4 *multo*] *multum* **P**; 4.8.4 *prohiberent*] *prohiberet* **P**; 4.9.3 *dimidio*] *dimio* **P**; 4.9.18 *modo*] *modos* **P**; 4.9.20 *accipi*] *ancipi* **P**; 4.10.18 *qui*] *qua* **P**; 4.10.22 *ex*] *et* **P**; 4.11.8 *nimiae*] *nimae* **P**; 4.11.16 *liberaliter*] *liberabiliter* **P**; 4.12.15 *occupaverat tumulo*] *occupaveratu mulo* **P**; 4.13.23 *terribili*] *terribi* **P**; 4.13.11 *equos*] *equo* **P**; 4.13.13 *deos*] *deo* **P**; 4.13.19 *aut*] *haud* **P**; 4.13.28 *agminis*] **δB**: *agmen* **P**: *agmeis* **F**: *agm**is* **L**: *agmeiis* **V**; 4.13.35 *colle*] *ille* **P**; 4.14.36 *credebat*] *credebant* **P**; 4.14.3 *ad*] *a* **P**; 4.14.9 *domini*] **δT**: *do* **P**: *dominis* **P**^{corr}; 4.14.16 *mobile*] *nobile* **P**; 4.14.25 *relinquatis*] *reliquatis* **P**; 4.14.26 *minus*] *minis* **P**; 4.16.4 *causam*] *causa* **P**; 4.16.15 *proximis*] *proxumis* **P**; 4.16.22 *dissimulato*] *dissimilato* **P**; 5.1.4 *opimam*] *opinam* **P**; 5.1.20 *constraverat*] *constaverat* **P**; 5.1.20 *cumulaverat*] *cumululaverat* **P** *cumululaverant* **P**^{corr}; 5.1.31 *terram*] *terra* **P**; 5.2.13 *habitu*] *ibitu* **P**; 5.2.19 *amonerique*] *admoverique* **P**; 5.2.20 *tristem*] *tristim* **P**; 5.2.22 *adnueres*] *adnues* **P**; 5.3.4 *haud*] *au* **P**: *hau* **P**^{corr}; 5.4.26 *poterat*] *porterat* **P**; 5.5.1 *progrediundum*] *praegrediundum* **P**; 5.5.12 *quem*] *quam* **P**; 5.5.23 *aut*] *had* **P**: *aud* **P**^{corr}; 5.6.6 *caedebantur*] *coedebantur* **P**; 5.6.9 *aut de*] *aude* **P**; 5.6.11 *Craterumque*] *Cratarumque* **P**; 5.7.15 *nivibus*] *nubibus* **PV**; 5.7.9 *amnis*] *annis* **P**; 5.8.5 *impedimentorumque*] *impedimentorum* **P**; 5.8.10 *mehercule*] *mehercules* **P**; 5.9.16 *aegre*] *aegere* **P**; 5.11.6 *omnis*] *omnes* **P**; 5.12.1 *tradidisset*] *tradisset* **P**; 5.12.18 *parebant*] *perebant* **P**; 5.13.19 *ad inhibendam*] *adhibendam* **P**; 6.1.18 *Antipatrum*] *Anticipatrum* **PL**; 6.2.20 *leni*] *lieni* **P**; 6.3.7 *expertia*] *experita* **P**: *expercita* **P**^{corr}; 6.3.16 *quod*] *quo* **P**; 6.4.7 *ubi*] *subi* **PV**; 6.4.19 *eodemque*] *edeodemque* **P**; 6.5.2 *exularet*] *exultaret* **P**; 6.5.6 *adduxerat*] *addeixerat* **P**; 6.5.12 *quos*] *quas* **P**; 6.5.16 *duraverant*] *nudaverant* **P**; 6.5.22 *quem*] *quam* **P**; ib. *regia*] *regiae* **P**; 6.5.29 *perlustrans*] *perlustrant* **P**; 6.7.18 *sine*] *fine* **P**; 6.7.28 *eo*] *adeo* **P**; 6.7.31 *ad*] *at* **P**; 6.8.12 *toto*] *tota* **P**; 6.8.18 *itinera*] *itinere*

P; 6.9.3 *obortaeque*] *abortaeque* **P**; 6.9.21 *principibus*] *pricibus* **P**; 6.9.28 *spiritu*] *spiritus* **P**; 6.10.5 *inter*] *iter* **P**; 6.11.2 *admonere*] *admovere* **P**; 6.11.29 *vivo Dareo*] *iurio dare* **P**; 6.11.37 *suspicabantur*] *supplicabantur* **P**; 7.1.5 *adesse*] *abesse* **P**; 7.1.8 *custodia educitur*] *custodie ducitur* **P**; 7.1.28 *effecit*] *efficit* **P**; 7.1.40 *nos*] *non* **P**; 7.2.8 *redite*] *reddit ei* **P**; 7.2.12 *sollicitudienem*] *solitudinem* **P**; 7.2.33 *manu*] *manus* **P**; 7.3.5 *mutuos*] *ut vos* **P**; 7.4.27 *ubi*] *ulli* **P**; 7.4.33 *certamine habiturum*] *certam inhebiturum* **P**; 7.5.12 *tam*] *tamen* **P**; 7.5.37 *tum*] *tunc* **P**; 7.6.20 *a Cyro*] *agro* **P**; 7.7.31 *muris*] *muneris* **P**; 7.10.16 *suae*] *sua* **P**; 8.1.18 *quamquam*] *quam* **P**; 8.1.38 *tamen*] *tam* **P**; 8.5.10 *sermonem*] *sermone* **P**; 8.5.23 *te*] om. **P**; 8.6.27 *autem*] om. **P**; 8.10.18 *perterritus*] *perterritos* **P**; 8.12.15 *esset*] *esse* **P**; 8.13.16 *cuncta*] *coniuncta* **P**; 8.14.18 *ullus*] *nullus* **P**; 8.14.45 *recepit*] *recipit* **P**; 9.1.25 *necari*] *negari* **P**; 9.2.26 *revertemur*] *revertamur* **P**; 9.2.32 *certamen*] *tamen* **P**; 9.4.13 *certamine*] *certamina* **P**; 9.6.18 *optant*] *aptant* **P**; 9.7.13 *se dedere*] *sedere* **P**; 9.8.11 *Indiae gentem*] *indigentem* **P**; 9.8.29 *potitur*] *petitur* **P**; 9.9.19 *qua*] *quas* **P**; 9.10.14 *levius*] *levior* **P**; 10.1.6 *in irae*] *inire* **P**; 10.2.9 *plerisque*] *plerique* **P**; 10.5.9 *maeroris*] *nemoris* **P**.

Patet igitur **P** et **δ** ex eodem fonte (Π) scatere; ex hoc fonte descendit et **R**, sed antequam de his excerptis denuo tractemus, de aliis fragmentis agendum est.

Fragmentum Einsidlense (**E**) ex Π scatere facile demonstratur:

7.1.36 *Quare*] *quae* **PEδ**; 7.1.37 *Agnosces*] *agnosceres* **PEδ**; 7.2.2 *interritus*] *territus* **PEδ**.

Exstitit tamen alius recentior fons (**ρ**), qui memoriam ex Π scatentem recepit eandemque additis novis labeculis emisit. Vide sis quae sequuntur:

7.1.36 *figuraret*] **Σ**: *fugararet* **P**: *figuraretur* **Eδ**; 7.1.37 *meam*] om. **Eδ**; 7.2.1 *est*] om. **Eδ**; 7.2.6 *quoque*] om. **Eδ**.

Pro certo igitur habeo **E** et **δ** ex eodem fonte (**ρ**) scatere. Etenim **δ** ex **E** pendere non potest; cf. sis hos errores a **δ** vitatos:

7.1.35 *huc*] *hinc* **E**; 7.1.38 *mihi*] om. **E**; ib. *bona*] om. **E**; 7.1.40 *mitiges*] *es* **E**; 7.2.2 *potest*] *post* **E**; 7.2.5 *ipsum periclitantium*] *ipsos periclitantes* **E**; 7.2.7 *fatebatur*] *fatebitur* **E**.

Unum in **δ** errorem inveni (7.2.8 *ipsum* pro *ipse*) ab **E** vitatum: utrum hic solus possit monstrare **E** e **δ** non pendere, difficile est dictu.

Exstant et alia fragmenta antiquiora ex **ρ** pendentia quorum amplitudine agmen ducant excerpta Duacensia (**J**). Scito enim **J** in partem errorum singularium familiae **δ**, in laterculo supra prolato transcriptorum, nonnumquam venire (his scilicet locis: 4.2.19; 4.2.21; 4.2.22 *non esset*); vide nunc haec:

4.2.19 *vetere praebente*] *vetere iam olim* **JMb**: *vero iam olim* **Bo**; ib. *ratibus*] *arcibus* **Jδ**; 4.3.10 *conspectu*] *a conspectu* **Jδ**; 4.3.11 *Alexandro nec*] *Alexandroque utrum* **J**: *Alexandro utrumne* **δ**; 4.3.13 *quatit*] *quatiuntur* **JBo**: *quatiunt* **Mb**; 4.3.15 *quadriremes*] *remis* **Jδ**; 4.3.22 *retenturo*] *recenturi* **JBo**: *recepturi* **Mb**; 4.3.24 *necessitas*] *imminens necessitas* **Jδ**; 4.4.4 *super*] *per* **Jδ**; ib. *modo*] om. **Jδ**; 4.6.26 *quaducto*] *est circumductus* **Jδ**; ib. *quidquid*] *quidquid tormentorum* **Jδ**.

Certum est igitur et excerpta Duacensia de classe **ρ** censeri. Excerpta Duacensia ex **δ** non pendere hi errores singulares classis **δ** a **J** vitati demonstrant:

4.2.9 *alia*] om. **δ**; 4.2.22 *absorbebat mare*] *mare absorbebat* **δ**; 4.3.2 *molem*] *mare* **δ**; 4.3.10 *tum levatos*] *tunc levatos* **δ**; 4.3.15 *validis deligatis*] *deligatis validis* **δ**; 4.4.6 *navigiis*] *remigiis* **δ**; 4.4.7 *concitata*] *et concitata* **δ**; 4.6.24 *quod duo*] *duo* **δ**.

Neque invicem res se habet:

4.2.4 *esse*] *se* **J**; 4.2.7 *continenti*] *continenti terra* **J**; 4.2.12 *operibus*] *etiam operibus* **J**; 4.2.17 *iura violata*] *iure violato* **J**; 4.3.7 *rebus*] om. **J**; 4.3.19 *nec de imperio*] *referebant nec de imperio* **J**; 4.4.15 *urbem quidem*] *quidem urbem* **J**; 4.6.8 *occultum*] om. **J**; 4.6.10 *deum*] *a deo* **J**.

De classe ρ et codex aliquis satis antiquus Coloniensis (**Col**), nunc, heu, deperditus, quem in manibus Franciscus Modius habuit, sine dubio censebatur.[43] Cf. sis quae sequuntur:

3.2.5 *equitatum*] *equitum* **Colδ**; 4.1.22 *immo hercule propter quem*] om. **Colδ**; 4.2.19 *ratibus*] *arcibus* **JColδ**; 4.3.5 *mallent*] *malebant* **J**: *voluerunt* **Colδ**

Exstant quaedam, quae artiorem quandam adfinitatem **Col** et **J** religare indicare videantur:

[43] Haec Modius, in epistula sodali suo Ludovico Lautio Coloniae Agrippinae d. VII Kal. Mart. a. S. 1579 data, scripsit: «*Nihil minus quicquam habebam in animo, ut saepe ex me audire potuisti, quam hoc tempore Curtium meum vulgare. Nam etsi non indiligenter eum scriptorem olim cum manu exarato codice, qum abbatiae Thosanae aliquando fuisse liquet, contuleram, et postea ad alteras membranas, summi huius urbis templi, cum earum usus beneficio humanissimi et eruditissimi D. Melchioris Hittorpii mihi hic nuper concessus esset, compararam, tamen et alia insuper ad hanc rem adiumenta exspectanda mihi esse statuebam et habebam, quod et tu quoque non ignoras, quaedam quibus edundis praevertendum mihi esse omnino existimabam. Sed haec salubriter destinata Materni Cholini tempestivae, intempestivae preces discusserunt: quippe hic, ut primum, cupidus alioqui excudendi Curtium, aliquammulta in hoc auctore loca a me notata esse ex clarissimo IC. Hieronymo Berchemio audivit, ita me protinus adortus est ut missum facturus, nisi totum Curtium recognoscendum susciperem, non videretur. Omnes igitur vicinas bibliothecas, sicubi forte alia etiam eius scripta manu exemplaria erui possent, diligenter excutere coepi. Sed frustra. Unum tandem Sigebergensis abbatiae misit ad me C. V. Carolus Uthenovius, Nieulandiae dominus, quo Franciscum Fabritium olim usum esse aiebat. Verum ab hoc uti adiutum me locis aliquot non nego, ita Colonienses membranas bonitate, quae tota fere in antiquitate est, longe illi praestitisse non invitus profiteor. Utinam tamen quemadmodum Sigebergensem codicem, ita et alios, quibus in Curtio emendando idem Fabricius usus fertur, bona aliqua fortuna ad me domum detulisset: fuisset fortasse in eis, quorum nos minime poeniteret. Quare potius fortasse fuerit, eorum cogitatione in illis oblivionum undis deposita, hoc dicere: demonium illud hominis, Ianum Mellerum Palmerium nostrum, correxisse quod aliunde factum est minus et tot loca, partim de collatione Curtii cum nescio quo olim scripto codice, partim de certissimis coniecturis emendata nobis, qua est praeter eruditionem humanitate, subministrasse; ut iam eorum, de quibus modo dixi librorum, desiderium si non aequo, certe minus iniquo animo feram.*»

4.3.22 *in maiore locaverant patria*] *in maiore locaverant statu* **J**: ita adn. Modius: « *haec omnia in membranis Coloniensibus in litura erant. Sequebatur* excelstatu »; 4.3.24 *omni arte*] om. **JCol**

Si verba Modi antea (adn. 43) prolata attente legisti, animum profecto advertisti insignem illum virum et codicem quendam Sigeburgensem (**Sig**) adhibuisse. Qui codex et ipse de classi **ρ** censendus est, ut mostrant haec:

5.8.1 *sedes est*] om. **Sigδ**; 8.8.8 *imperia*] *ingenia* **Sigδ**; 9.6.8 *Macedoniae columen*] *Macedonicum lumen* **Sigδ**.

Cum Sigeburgensem ex **ρ** pendere demonstraverimus,[44] aliquid certius fortasse et de fragmento Darmstadtino (**D**) affirmare possumus, quippe qui erroris cuiusdam Sigeburgensis in partem veniat: 4.2.18 *praebente*] **Σ**: *praebente** **P**: *praebet ei* **DSig**. Si nunc cogitaveris Darmstadtinum et in partem erroris *montis* (4.3.24), de quo supra (in laterculo scilicet errorum classis **δ**) mentionem fecimus, venire, clarum erit et **D** ex **ρ** pendere.

Utrum et **R** in classem **ρ** cadat necne dubium est; quosdam vero errores coniunctivos inter **R** et **δ** deprehendere licet, hos potissimum:

[44] Modius totum Curtium edidit atque in fine editionis silvam adnotationum tamquam appendicem addidit. Cum illo tempore editiones nullo apparatu instruerentur, quas lectiones Modius e **Col** vel **Sig** deprompserit, in sola appendice edocemur. Textus a Modio editus cum **P** facit non solum eis locis, quos ipse e **ColSig** depromptos testatur, sed etiam alibi. Oritur quaestio utrum Modius aliqua e **ColSig** tacite sumpserit. Mihi quidem id parum veri simile videtur, doctum illum Brugensem, qui membranas Colonienses et Sigeburgenses a se detectas esse tantopere prae se ferebat, quae inde, ut ei videbantur, optima hausisset, silentio praeterisse. Adde permultos classis **ρ** codices recentiores (**Bo** et **Mb** aequales) veteribus editoribus praesto fuisse; unde verisimilius videtur ea quae in editione Modiana cum **P** faciunt neque a Modio Coloniensibus vel Sigeburgensibus membranis vindicantur, ex aliqua editione vel classis **ρ** codice recentiore fluere. Ceterum ad haec diiudicanda opus esset scire quae necessitudines editiones veteres religent quaeque manuscripta editores veteres adhibuerint.

7.8.28 *credas*] *ne credas* **Rδ**; 8.9.5 *fluvius*] **Σ**: *ius* **P**: *eius* **Rδ**; 8.9.34 *capital*] *capitale* **Rδ**.

Cum vero nullum alicuius momenti errorem, qui **P** cum **δ** contra **R** coniungat, invenerim et **R** ex **ρ** defluxisse probabilius videtur.
Ad familiam **Π** accedit et **G**. Cf.:

10.5.37 *unus*] *unius* **PG**; 10.7.6 *pertinaci*] *pertinatia et* **PG**; 10.7.9 *potestate*] *potestatem* **PGL**; 10.7.18 *hos*] *hoc* **P**: *huc* **G**: om. **V**; ib. *sed qui*] **B**corr: *sequi qui* **PG**: *sequi* **Σ**.

Et hunc librum de classe **ρ** censeri monstrat locus insignis, qui **G** cum **ColSig** coniungit:

10.5.9 *optimum*] **Σ**: *optissimum* **P**: *aptissimum* **ColSigG**.

Cum *aptissimum* ortum sine dubio sit ex ineptissima coniectura magistelli alicuius, qui *optissimum* (quod in **Π** invenerat) corrigere conatus est, certum mihi videtur **ColSig** et **G** ex eodem fonte (**ρ**) pendere.[45]

Si bene attendisti, lector benevole, stupefactus iam quaeris qua ex causa hoc loco (10.5.9) **δ** ad partes non vocaverim. Scito igitur (quod bene vidit Oakley) a capitulo altero libri x **δ**, priore fonte vel arefacto vel sponte relicto, ad **Σ** transisse; quo loco **δ** deseruerit **ρ** difficile est dictu. Certe ad 10.1.23 (*ipse*] **Σ**: ipsa **P**: ipsas **BoMb**), 10.2.8 (*urbes*] *urbes quas* **PBoMb**) inveniuntur errores, qui **δ** cum **P** adhuc religant et ad 10.5.5 (ubi **P** deficit) deprehenditur error, qui **BoMb** cum **G** (codici **P**, ut nu-

[45] Cf. etiam 10.6.13 ubi pro *captivi* **G** habet *captive*, quod et aliquae membranae Modii praebebant. Ex coniecturis haec sine dubio orta sunt: 10.5.20 *neptibus*] **G**: *nepotibus* **PΣ**; 10.5.8 *magnitudinem capere, nec se ipsos*] **G** Freinsheimius: *magnitudinem canecse ipsos* **BL**: *magnitudinem carere nec se ipsos* **B**corr: *magnitudinem carere nece ipsos* **F**: *magnitudinem carere ipsos* **V** (deest **P**); 10.5.20 *neptibus*] **G**: *nepotibus* **PΣ**; 10.6.3 *ac primum*] **G**: *ad primum* **PΣ**; 10.6.9 *a quibus regi*] **G**: *a quibusque regi* **PΣ**; 10.7.3 *vocandum esse*] **G**: *vocatum esse* **PΣ**; 10.10.16 *ungulam iumenti*] **G**: *ungula iumenti* **PΣ**.

per monstravimus, satis coniuncto) astringit (*quaerentibusque*] *quaerentibus* **GBoMb**).[46] Sed in libro x **BoMb** maiore ex parte pendent e **Σ**, uti monstrant et errores codicum **PG** a **BoMb** vitati et haec:

10.5.17 *cum*] om. **BoMbΣ**; 10.5.25 *Alexandri*] *Alexandro* **BoMbΣ**; 10.7.6 *regem*] om. **BoMbΣ**; 10.7.10 *conceptae*] *concepto* **BoMbBF** *a. c.;* 10.7.11 *si*] Iunta*: ipsi* **P**: *etsi* **BoMbΣ**; 10.7.18 *eos*] om. **BoMb**; 10.8.1 *imperii*] *imperium* **BoMbΣ**; 10.8.9 *volvente*] *volventes* **BoMbΣ**; 10.8.15 *edidissent*] **BoMbB** *a. c.;* 10.10.4 *imperium*] *imperii eius* **Bo**: *imperii cuius* **Mb**: *imperii* **Σ**: *imperii et ius* **B**^{corr}.

His fere de causis **BoMb** tantum usque ad 10.5.8 adhibui (ubi post magnam lacunam **P** denuo praesto est).

In libro x et alios duos classis **Π** testes adhibui, **O** scilicet et **Q**.[47] De his codicibus in dissertatione saepe memorata (*Per una nuova..*) fusius egi. Hic paucis absolvam. **O** et **Q** ex **P** descripti sunt non sine continuis interpolationibus neuterque integrum librum x praebet. **O** Curti editores hucusque non adhibuerunt, **Q** et bonus classis **Π** testis a quibusdam viris doctis aestimatus est (fuerunt et qui Parisini fratrem eum censerent!); mihi autem non tantum e **P** descriptus esse videtur, sed ne Parisini quidem memoriae bonus vicarius videtur, cum e **Σ** multa intulerit. Inter editores solus Damsté **Q** usus est nimisque ei tribuit, cum eum pro fideli Parisini apographo habuerit; quominus huic opinioni accedamus obstant errores, quos **Q** e **Σ** intulit: quos errores, cum iam alibi congesserim (cf. *Per una nuova..*), memorare supersedeo. Hic sufficiat dicere **Q** mihi testem fidei prorsus indignum videri.

His profligatis quaestionibus adfirmare possumus memoriam classis **Π** bifariam ad nos pervenisse, cum hinc stet **P** hinc **ColDδEGJRSig** (ρ):

[46] Ad 10.2.15 legitur: *non docendi monendique aut intuendi vos ius reliquistis*. Verbum *docendi* (quod sine dubio genuinum est, cf. 7.7.6) instauravit ς, cum Σ praebeat *noscendi*. **BoMb** habent *nocendi*, quod lectioni verae proprior est et ex Π fluere potest. Sed res satis incerta est.

[47] Quibus locis uter praesto sit efficitur ex meo testium apparatu. **O** cum 10.3.14 desinit neque ea quae habet integra sunt, cum plurima contraxerit vel omnino omiserit.

qui cum numero praestent longe tamen pretio a **P** relinquuntur, quippe qui fere integer sit (id quod nullus testis classis **ρ** praestat) interpolationumque expers; qua in re longe aliter se gerit **ρ**, ut tibi nunc monstrare conabor. Multa in **ρ** deprehendi quae sunt optima; quae cum nonnumquam tamquam primo a philologis recentioris aetatis reperta audiant, virorum clarissimorum nomina ipsorum catalogo adiungere visum est; haec sunt:

3.2.4 *decem <milia>* **Bo** Kinch; 3.8.23 *itineri*] **δ**: *itinere* **PΣ**; 3.8.25 *<quam> add.* **δ**; 3.9.2 *hoc*] **δ**: *haec* **PΣ**; 3.10.1 *priores*] **Bo**: *prioris* **PΣ**; 3.10.7 *amnem*] **δ**: *agmen* **PΣ**; 3.10.8 *relinquere<n>t* **δ**; 3.13.6 *mi<se>rabilis* **δ**; 4.1.30 *qui<s>que* **δ**; 4.3.23 *repetendi*] **δ** Iunta: *repentes* **PF**: *repetens* **B**: *repetentes* **B**^{corr}**F**^{corr}**LV**; 4.8.10 *maxima*] **δ** Acidalius: *maxime* **PΣ**; 4.8.11 *inter quos*] **ColSigδ**: *interque* **PΣ**; 4.9.3 *praefixae*] **Bo** Vindelinus: *praefixo* **PΣ**; 4.10.17 *<non>* **δ** Modius; 4.12.10 *Cossaeorum*] **δ** Bruno: *quossaeorum* **PΣ**; 4.13.25 *raro*] **ColSigδ**: *ratio* **PΣ**; 4.15.24 *utrumque*] **O**[48]**δ** Merula: *utrimque* **PΣ**; 4.16.2 *acie<m>* **δ**; 4.16.14 *vestigantium*] **δ** Modius: *castigantium* **PΣ**; 5.1.13 *a<c>* **δ** Freinsheimius; 5.1.19 *aciem irent*] **δ** Modius: *acie migrent* **PΣ**; 5.2.22 *steti*] **δ** Cornelissen: *restiti* **PΣ**; 5.3.3 *mercennariorum*] **ColSigδ**: *marcennario* **P**: *mercennarios* **B**: *mercennario* **FLV**; 5.3.15 *[et]* om. **δ** Modius; 5.4.20 *quia eques*] **δ**: *quiet es* **P**: *quia et eques* **P**^{corr}**BFL**^{corr}**V**: *quia et eque* **L**; 5.9.5 *populos.. parata habes*] **ColSig**: *populi.. paratas habent* **PΣ**; 5.9.7 *pigre*] **Oδ**: *pige* **P**: *pigere* **P**^{corr}**Σ**; 5.9.9 *<sub>esset* **δ** Vogel; 6.1.12 *dissipatos*]**δ**: *dissipatus* **PΣ**; 6.1.16 *cicidere*] **δ**: *excidere* **PΣ**; 6.2.2 *tempestiva*] **Bo** Heusingerus: *tempestativa* **P**: *intempestativa* **P**^{corr}: *intempestiva* **Σ**; 6.2.11 *absumpta*] **Bo** Bruno: *adsumpta* **PΣ**; 6.2.19 *ea<n>dem* **Oδ**; 6.3.10 *<quis>que* **ColSigδ**; 6.4.7 *quaecumque*] **ColSigδ**: *quicumque* **PΣ**; 6.5.6 *et Sinopensibus*] **ColSig**: *est inopensibus* **PΣ**; 6.6.7 *unaque*] **ColSigδ** Bentleius: *hii namque* fere **PΣ**; 6.6.14 *conferri*] **δ**: *referre* **PΣ**; 6.6.15 *qua<m>* **δ**; 6.6.20 *finitimis*] **δ**: *finibus* **PΣ**; 6.7.7 *quis*] **δ** Modius: *qui* **P**: *quibus* **P**^{corr}**Σ**; 6.8.17 *<ad>* add. **δ**; 6.9.1 *<r>ei* **δ**; 6.9.36 *odio*] **δ** Vogel: *ideo* **P**: *adeo* **P**^{corr}**Σ**; 6.10.2 *quomodo et*] **δ**: *et quomodo* **PΣ**; 6.10.6 *fuisse*] **δ**: *fecisse* **PΣ**; 6.10.9 *ut*] **Bo**: *et* **PΣ**; 7.1.15 *dare[n]t* **δ**;

[48] **O** magna ex parte ex **P** (non sine interpolationibus e **Σ**) pendere iam dixi. Ceterum eum aliqua via et cum **ρ** coniunctum esse suspiceris, si respexeris quot bonae coniecturae in **ρ** et in **O** inveniantur. Memento **O** tantum excerpta habere multisque in locis deficere.

7.1.28 *et gratiam*] **δ** Bentleius: *est gratiam* **P**: *gratiam* **Σ**; 7.2.28 *qui ad*] **Oδ**: *quid* **P**: *qui* **Σ**; 7.3.11 *possint*] **δ**: *possunt* **PΣ**; 7.4.12 *regium*] **δ**: *regnum* **P**: *regum* **Σ**; 7.5.28 *templum*] **δ**: *templa* **PΣ**; 7.6.12 *[regionis]* om. **δ**; ib. *Bosphorum*] **δ**: *bosphoro* **P**: *bosforo* **Σ**; 7.6.14 *Spitamen<en>* **δ**; 7.7.8 *addixerat*] **δ**: *adduxerat* **PΣ**; 7.7.28 *confidere felicitati*] **ColSigδ**: *confitere felicitatis* **P** fere **Σ**; *me[a]* edd. **δ**; 7.8.12 *<ita>* add. **δ**; 7.9.3 *qui post*] **δ** Bruno: *post qui* **P**: *post eos qui* **Σ**; 7.9.11 *vigori<s>* **δ** Modius; 7.11.12 *certum*] **δ** Bruno: *ceterum* **PΣ**; 8.1.41 *vi<n>olentiam* **O**^{corr}**δ** Bruno; 8.2.20 *claudeba[n]t* **Oδ** Modius; 8.2.21 *campos, ignotum*] **δ**: *campo signorum* **PΣ**; 8.5.15 *te*] **δ**: *se* **PΣ**; 8.6.9 *Epimenes*] **δ** Aldus: *ephimanes* **PΣ**; 8.7.11 *sint*] **δ**: *sunt* **PΣ** 8.11.8 *[se]* om. **δ** Iunta; 8.11.19 *obsidione[m]* **δ**; 8.12.9 *<ex>[s]pectasse* **δ**; 9.1.19 *aliarum*] **δ**: *aliorum* **PΣ**; 9.1.30 *insignes*] **Oδ**: *insignis* **PΣ**; 9.2.20 *quot*] **Oδ**: *quod* **PΣ**; 9.4.13 *se invehebant*] **δ**: *in se vehebant* **PΣ**; 9.4.19 *laborumque*] **Oδ**: *laboremque* **PΣ**; 9.4.27 *ne[c]* **δ**; 9.9.21 *nave[s]* **δ** Schefferus; 9.9.27 *esse, media*] **δ** Bruno: *esset media* **P**: *esse et media* **Σ**; 10.1.12 *f[i]er<r>i* **δ**; 10.1.14 *frequentibus*] **δ**: *frementibus* **PΣ**; 10.1.21 *Eudaemonem*] **δ** Bruno: *eodemonem* **PV**: *eodaemonem* **BFL**; 10.2.6 *suae*] **ColSig**: suo **PΣ**; 10.7.11 *luxuria<t>* **Bo**.

Haec sine dubio **ρ** suo Marte excogitavit;[49] nec tamen haec interpolatio remediis inveniendis se continuit, immo quaedam pessima ex **Σ** intulit, haec scilicet:[50]

3.3.20 *spiculo aureo praefixa*] Hedicke: *spiculo auro praefixa* **P**: *spicula auro praefixa* **Σδ**; 3.6.13 *elocutus*] **P**: *locutus* **Σδ**; 3.11.4 *ipse*] **P**: *ipsi* **Σδ**; 3.11.23 *Dareo*] **P**: *cum Dareo* **Σδ**; 4.1.18 *macte*] **P**: *macti* **Σδ**; 4.1.19 *Alexandri iam*] Hedicke: *alexadriam* **PΣ**: *alexandri* **Mδ**; 4.3.13 *†undi†* **P**: varia temptarunt viri docti: *undique* **Σδ**; 4.4.1 *percucurisset*] **P**: *percurrisset* **Σδ**; 4.7.26 *fatis*] **P**: *satis* **Σδ**; 4.10.4 *pro<pe> seditionem* **ς**: *pro seditionem* **P**: *pro seditione* **Σδ**; 4.10.31 *ipsa*] **PF**: *ipse* **BLδ** (deest **V**); 4.10.34 *manantibusque*] **PFL**: *manantibus* **Bδ** (deest **V**); 4.13.14 *eam*] **PF**: *ea*

[49] Alia **ρ** excogitavit, alia **Col**, alia **Sig**, alia **Bo**, alia **Mb**: adeo omnes huius classis testes propriam interpolationem perpessi sunt!

[50] Quo negotio (uti iam supra demonstravimus) ne **R** quidem abstinuit; cum **δ** et **R** e **Σ** non eadem intulerint, persuasum mihi habeo utrumque sua via lectiones e **Σ** deprompsisse.

BLVδ; 6.5.18 *escendere*] **P**: *ascendere* **Σδ**; 6.11.5 *nunc eum*] Bentleius: *mecum* **PL**: *necum* **BFVδ**; 6.11.15 *tum corripitur*] **P**: *dum corripitur* **Σδ**; 7.1.6 *suppuratus*] **P**: *soporatus* **Σδ**; 7.1.32 *erit*] **P**: *erat* **Σδ**; 7.2.20 *ceteris*] **PV**: *ceteri* **BFLδ**; 7.5.30 *Milesii gerebant*] Freinsheimius: *miles gerebant* **P**: *miles gerebat* **Σδ**; 8.1.4 *et forte erant campo*] **H**: *et erant forte campo* **P**: *quae erant forte campo* **BV**: *et quae erant forte campo* **F**: *equae et erant forte campo* **L**: *quae forte campo erant* **δ**; 8.1.5 *consederant*] **HP**: *considerant* **Σδ**; 8.5.11 *tantum de*] **P**: *tantundem* **Σδ**; 8.10.9 *tunc et*] **P**: *tum et* **Σδ**; 8.10.23 *veluti*] Hedicke: *velut in* **P**: *velut* **Σδ**; 8.14.8 *pauci telis*] Snakenburgius: *paucitem** **P**: *pauci tenus* **Σδ**; 9.3.18 *mitigari*] Kinch: *migrare* **P**: *mitigare* **Σδ**; ib. *iratus*] **P**: *iratos* **Σδ**; 9.7.14 *praeterea II milia*] **P**: *praeterea II* **Σδ**.

Callidus et sollers lector iam, opinor, animum advertit, quantum molestiae atque laboris memoriae **ρ** interpolatio adlatura sit: utinam pura haec memoria nobis profluxisset, ut codicis **P** errores singulares ex consensu **Σ** et **ρ** agnosceremus eosdemque adnotatione critica prohiberemus! Cum vero **ρ** interpolationibus scateat, eius cum **Σ** consensus errores singulares codicis **P** prodere non potest.

Venio ad (**S**). Schedas Vindobonenses ex communi archetypo **ω** fluere monstrant errores qui et in ipsis schedis et in **QGΣ** exstant:[51]

10.9.8 *alta*] Iunta: *alia* **SQΣ**; ib. *conquererentur*] **ς**: *quaequ(a)ererentur* **SQBF**: *quaqererentur* **L**: *quiqererentur* **V**; 10.10.11 *refero*] Vogel: *refert* **SQGΣ**; 10.10.13 *deum*] Raderus: *eum* **SQGΣ**.

Hae tamen schedae neutri classium supra constitutarum accensentur, uti monstrant errores singulares utriusque classis, qui ab **S** semper vitantur;[52] sunt et quidam loci, ubi **Q** et **Σ** eundem errorem praebent, ab **S** vitatum:

[51] Memento, ubi **S** praesto est, **P** numquam adesse.

[52] Unum errorem deprehendi, qui **S** cum **Π** astringit: 10.10.14 *Spartanae victoriae*] **Σ**: *spartana victoria* **SQG**. Ceterum mihi persuasum habeo *Spartanae victoriae* a **Σ** feliciter coniectatum esse.

10.9.2 *capiebat*] **S**: *capiebant* **QΣ**; 10.9.3 *qui*] **S**: *cui* **QΣ**; 10.10.4 *imperium*] **SG**: *imperium ut* **Q**: *imperii* **Σ**: *imperii ut ius* **B**^{c}; 10.10.10 *alias*] **SG**: *aliis* **QΣ**; 10.10.12 *nondum*] **SG**: *non* **QΣ**; 10.10.14 *veneno*] **SG** (in paraphr.): *venenum* **QΣ**.

Si **Q** deperditi **P** fidelis vicarius esset, cum **G** aliqua suo Marte excogitaverit,[53] suspicio oriri posset **Q** (id est **P**) et **Σ** ex eodem subarchetypo manare; sed cum **G** melior classis Π testis sit quam **Q**, magis arridet cogitare **S** et **G** fideliter **ω** exprimere, **Q** ab Σ menda mutuatum esse. Π vel **Σ** e **S** pendere cave suspiceris: obstant enim errores singulares ipsarum schedarum Vindobonensium, hi scilicet:

10.9.2 *dum*] *et dum* **S**; 10.9.5 *faces*] *facies* **S**; 10.9.9 *admirari, queri*] *admirarique se* **S**; 10.9.11 *placet*] *placeat* **S**; 10.9.12 *ultimo*] om. **S**; 10.9.17 *aut animi*] *amni* **S**; 10.10.2 *destinata*] *destinata est* **S**; 10.10.3 *gereret*] *tegeret* **S**; 10.10.7 *specie*] *speciem* **S**.


De fragmento Herbipolitano (**H**) nunc disserendum; huius vero testis origo paene inexplicabilis est, cum unus locus et turbatissimus de ea nos aliquid docere possit,[54] scilicet 8.1.4: *Namque hostis in silvis, – et erant forte campo iunctae – armatum militem condidit, paucis propellentibus pecora, ut improvidum ad insidias praeda perduceret.* De insidiis adversus Attinan, Alexandri legatum, Curtius hic loquitur. Verba, sicut Bardon codice **P** nixus edidit, ego praebui. Sed in loco *et erant forte campo iunctae* variant codices, cum **BF**^{corr}**L**^{corr}**V** habeant *quae erant forte campo iunctae*, **F** *et quae erant forte campo iunctae*, **L** *equae et erant forte campo iunctae*, **H** *et forte campo erant iunctae*. Cum ego alibi Curtium *et forte campo erant iunctae* (**H**) scripsisse contenderim,[55] **H** aliam atque **ω** memoriam redolere mihi videtur; sed ex uno loco eoque incerto locum codici **H** in stemmate definire ausus non sum.

[53] Cf. adnot. 45.

[54] Errores singulares classium ΠΣ vitavit **H**; ipse unum suum praebet a ceteris vitatum: 8.1.14 *incurreret*] *incucurreret* **H**.

[55] Cf. C. M. Lucarini, *Per una nuova.. cit.*

Si quae adhuc protulimus vera sunt, hoc stemma dimetare possumus:[56]



In apparatu constituendo codicum **PHSBFLV**[57] lectiones primae manus correctorumque accuratissime praebere studui; correctorum manus non distinxi, cum res valde incerta esset. Codice **Q** solum ubi **P** deficiebat usus sum. Lectiones codicum **DEGJRColSigBoMb** eis tantum locis

[56] Codicem **M** (a me nonnumquam in adnotatione memoratum) e **B** pendere demonstravit K. Müller, *Der codex Paris. Lat. 5717 des Curtius Rufus*, "Studi in onore di L. Castiglioni", II vol., Firenze 1960, 627-637.

[57] Codicum scilicet quorum lectiones singulares eliminari nequeunt. Orthographicis locum plerumque dedi (cf. P. Maas, *Textkritik*, Leipzig 1960^4, 23.2).

memoravi, ubi aut cum **P** facerent (ex quo consensu lectio codicis **Π** colligitur) aut aliquid suo Marte excogitassent;[58] innumeras autem interpolationes omisi, unde nihil de eorum lectione ex meo silentio colligere licet. Codicibus **BrFlorAngMOT** tantum ut fontibus coniecturarum usus sum.[59]

Opus vero insidiosissimum est coniecturas suo quamque inventori tribuere;[60] qua in provincia bene se gesserunt Hedicke, Damsté et Müller, pessime Bardon; aliqua magni momenti detexit Kraus.[61] Hedicke primus antiquas editiones investigavit omnesque recentiores editores, quod ad editiones ante Modianam proditas pertinet, ex Hedickii adnotatione pendemus.[62] Damsté quaedam ab Hedickio philologis saeculi XIX perperam tributa collegis saeculorum superiorum reddidit; quod et mihi nonnumquam contigit facere.[63]

Multas coniecturas, quae hucusque manuscriptis recentioribus (ab Hedickio siglo **I**, a Müllero siglo **Δ** insignitis) tribuebantur, iam a correctoribus codicum **BFLV** occupatas esse vidi; aliqua optima inventa virorum doctorum iam a librariis codicum **FlorAngOQT**[64] excogitata esse deprehendi: quae omnia primis inventoribus diligenter restitui.

Labor fere immanis erat coniecturas aetatis renascentium litterarum legitime tribuere, cum omnis fere codex illius temporis bonis inventis scateat. Ego emendationes quas in **Bo** vel **Mb** vel in utroque inveni, his

[58] Siglo **δ** in adnotatione nunquam usus sum.

[59] In libro X **O** nonnumquam ut vicarium deperditi **O** adhibui, sed lucri fere nihil inde feci.

[60] Coniecturarum tantum primum inventorem ex consuetudine laudavi; ubi duo nomina inveniuntur, doctus recentior aliqua nova protulit ad commendandam coniecturam. Nomina virorum doctorum usque ad aetatem F. A. Wolfi Latine dedi.

[61] H. Kraus, *Zwei vergessene Curtiusausgaben*, Wissensch. Beilage des k. humanist. Gymnas. Neuburg a. D. 1911.

[62] Cf. etiam Hedicki praefationis editionis anni 1867 pagg. IV-V et anni 1908 IX-X.

[63] Cf. praecipue quae scripsi in *Alcune esegesi dimenticate di Curzio Rufo*, *cit.*, necnon e. g. 6.11.18, ubi *Cratere* Bergenus multo ante quam Zumpt restituerat.

[64] Quem tamen codicem usque ad 5.2.3 tantum contuli, ut iam supra dixi.

tribui, reliquas classi ς.[65] Codices Neapolitanos a De Lorenzi prolatos[66] numquam memoravi, cum de ipsorum origine nihil adhuc certi compererimus.

Editiones veteres primus et unus contulit Hedicke,[67] ex cuius adnotatione totus in hac provincia pendeo.[68] Aliqua tamen mutavi. Nomen Angeli Cospi Bononiensis ex adnotatione critica sustuli, pro quo ego semper 'ed. Lugd.' reposui (cf. quae Hedicke ipse scripsit in praef. editionis anni 1908, pp. IX-X); pro 'Lauer' semper 'Laetus' scripsi, ne scilicet ille Pomponius Laetus ultra coniecturis suis fraudaretur;[69] nomen Erasmi Roterodami aliquot locis illi recentioris alicuius substitui collationibus Krausi nisus; idemque Kraus mihi auctor fui, ut pro 'Frobenius' semper 'Bruno' scriberem. Editionem Modi non sine fructu excussi, non solum ut de classis **Π** vicibus certior fierem (de qua re iam supra satis diximus), sed etiam ut aliquas bonas coniecturas, quae tamquam ab ipso Modio excogitatae circumferebantur, membranis Coloniensibus vel Sigeburgensibus, unde manabant, restituerem.

In re orthographica hoc modo me gessi: formas *inquid*, *velud* vel similia semper tacite correxit, sicut omnes fere variationes inter *c* et *t* et inter *ae* et *e*. Si quis codicum in his formis fluctuactiones scire vult, editionem Hedicki anni 1908 inspiciat. Formas assimilatas vel dissimilatas ita praebui uti Hedicke, qui codices secutus est.[70]

[65] Id est illi classi, quae, ut nuper diximus, ab Hedickio siglo **I** insigniebatur. Haec classis e codicibus (plerumque Laurentianis) constat, qui a Zumptio in editione anni 1849 laudantur. Huic classi Müller attribuit et quaedam, quae Hedicke antiquis editionibus dederat; ego his locis Hedickium secutus sum.

[66] A. De Lorenzi, *Curzio Rufo: contributo allo studio del testo e della tradizione manoscritta*, Napoli 1956.

[67] Editionem Veronensem anni 1491 ab Augurello impressam nemo adhuc contulit.

[68] Müller editionem Frobenianam Christophori Brunonis non sine fructu denuo excussit.

[69] Haec in fine editionis a Lauero excusae leguntur: «finis gestorum Alexandri Magni que Curtius Rufus vir Romanus litteris mandavit et Pomponius nostro tempore correxit ac Georgius Lauerus impressit»; unde iam Kraus (*op. laud.*) Pomponium Laetum editionem Laueri curasse animadverterat.

[70] Müller formas assimilatas praetulit sed scripturae fluctuatio et in optimae aetatis

Sermonem Curtianum iterum atque iterum lectitatum ad genuinam formam reddere conans, multas coniecturas meas, plures aliorum intuli; harum fere omnium in dissertatione *Per una nuova.., cit.*, rationem reddidi, tali modo ut huius editionis fundamenta duae commentationes sint nondum publici iuris factae, illa scilicet Oakleyana de codicibus et mea de ratione emendandi. Commentarius Atkinsonianus in rebus historicis, in grammaticis Vogelianus magno auxilio fuerunt.[71] Clausulas rythmicas respexi, sed a me numquam impetravi, ut orationem numerosiorem, coniectura aliorum vel mea adhibita, redderem: grammaticam et sensum solos duces in emendando habui.

Cum ad finem laboris paene immensi pervenerim, satis mihi constat me non omnes quaestiones absolvisse; exstant sine dubio errores lamentabiles quos nemo adhuc sustulit, quaedam genuina inscitia mea vel aliorum peperam mutata sunt, virorum doctorum conamina, praecipue aetatis renascentium litterarum, non omnia τῷ πρώτῳ εὑρετῇ restituta sunt, codicum recentiorum necessitudines magna ex parte adhuc latent; rerum historicarum doctrinam aliis (praecipue Atkinsonio) acceptam refero. Haec ita se habere mihi clarum erat; sed ars longa, vita brevis.

Viris mulieribusque, qui huic editioni aliquo modo faverunt, grates libenter persolvam. In primis mihi nominandi sunt viri tres insignes, sine quorum auxilio hoc opus numquam in lucem pervenisset, Otto scilicet Zwierlein Bonnensis, Bernhardus Seidensticker Berolinensis et Stephanus Oakley Cantabrigiensis. Hic vero quantopere novae editioni Curtianae opitulatus sit, prope omnes huius praefationis paginae demon-

titulis deprehenditur. Codices Curtiani antiquiores formas dissimilatas plerumque praebent. Aliquid certi in hac provincia definire conari, aquam a pumice postulare est. Cf. e. g. quae M. Winterbottom (*Problems in Quintilian*, «BICS» Suppl. 25, 1970, 35-58) contenderat, quomodo in dubium adduxerit O. Zwierlein (*Prolegomena zu einer kritischen Ausgabe der Tragödien Senecas*, "Abh. der Akad. der Wiss. zu Mainz" 1983, 258-266).

[71] Vogeli commentarium Teubnerianum annis 1875-1880 publici iuris factum semper evolui; novam editionem a Weinholdio curatam non vidi.

strant; ne tamen doctrinae insignis laus candorem atque humanitatem viri praestringat, sciant lectores Oakleyum penus inventorum suorum nondum evulgatorum me semper participasse dubitantemque de codicum lectionibus vel necessitudinibus incunctanter certiorem fecisse. Haud minus auxilium quam Britannia mihi exhibuit Germania, quippe in qua stipendium Humboldtianum, viris clarissimis Zwierleinio et Seidenstickero auspicibus, merui. Quot bibliothecas peragraverim quotque dissertationes impensis Societatis Humboldtianae arcessiverim enumerantem pagina deficiat; hoc tamen praeterire nolo, Societatem scilicet Humboldtianam et in hodierna doctrinae atque artis criticae vastitate eruditioni atque litteris validum auxilium praestare.

W.idu Wolfgangus Ehlers et Daniela Galli de multis locis mecum disseruerunt, pravis sententiis saepe pellectum ad saniora revocaverunt, quaedam bona a se excogitata communicaverunt, tali modo ut, eorum auxilio sublato, alius Curtius sub prelis subiectus esset. Hic illic opitulati sunt P. Andrist, A. Bouwman, M. D. Campanile, A. Carlini, P. Cugusi, Ch. Förstel, W.-V. Ikas, S.Ottaviano, L. Piazzi, M. D. Reeve, E. Stagni.

Amicis clarissimis A. Cucchiarelli, M. Deufert, J. F. Gaertner, Ph. Pontani, A. Schiesaro, qui ut de hac editione Lipsiae, Romae, Venetiis ἀκρόασιν facerem me invitaverunt, gratus sum.

Adulescens Graecum Latinumque sermonem satis callens Guido D'Alessandro munus molestissimum, machinae scilicet computatrici opus confectum committendi, haud invitus suscepit celeriterque perfecit; neque hoc se liberalitas atque humanitas viri candidissimi continuit, qui et frequentes amplasque correctiones operi iam, ut antea visum erat, perfecto nihil questus inseruit. Elisabetha Schuhmann, bibliothecae Teubnerianae antistes, ut novae editioni Curtianae me dederem auctor fuit auctoratoque institit ut ad tempus opus absolverem.

Professoribus dilectissimis, omnium mearum investigationum ducibus atque fautoribus, Carolo scilicet Santini et Fabio Stok, grates sufficientes agere numquam potero.

Cum ad umbilicos pervenerim, iuvat nomen Stephani Oakleyi iterare, qui pro opere suo de codicibus Curtianis illis viris adnumerandus est, qui iam de Curtio bene meruerunt, Francisco Modio, Valenti Aci-

dalio, Ioanni Freinsheimio, Richardo Bentleio, Henrico Snakenburgio, Carolo Timotheo Zumptio, Iusto Jeepio, Theodoro Vogelio, Edmundo Hedickio, Conrado Müllero, Ioanni Atkinsonio: quorum discipulus magis quam aemulus editionem tamen non inutilem me parasse confido.

Scribebam Berolini, in aedibus Bibliothecae Nationalis Borussicae, sub finem anni MMVIII

SVBSIDIA[1]

EDITIONES AD CONSTITVENDVM TEXTVM VTILES

P. Laetus, Romae ca. 1470 (apud G. Lauerum).
Vindelinus Spirensis, Venetiis ca. 1470.
A. Zarotus, Mediolani 1481.
B. Merula, Venetiis 1494 (iterum 1496, apud I. Tacuinum).
Ph. Iunta, Florentiae 1507.
A. Francinus, Florentiae 1517 (apud Ph. Iuntam).
*D. Erasmus, Argentorati 1518.
Aldus, Venetiis 1520.
Ch. Bruno, Basileae (ed. Frobeniana) 1545.
*H. Iunius, Antverpiae 1546.
*ed. Lugdunensis anni 1555 (cf. Hedicke 1908, IX-X).
*H. Loriti Glareanus, Basileae 1556.
F. Modius, Coloniae 1579 (iterum 1591).
M. Raderus, Coloniae 1623-1628.
J. Loccenius, Stokolmiae 1637.
I. Freinsheim, Argentorati 1639-1641.
N. Blancardus, Lugduni Batavorum 1649.
Ch. Cellarius, Lipsiae 1691.
M. Le Tellier, Londini 1705.
H. Snakenburg, Delphis et Lugduni Batavorum 1724. (*Cum omnibus supplementis, variantibus lectionibus, commentariis ac notis perpetuis Fr. Modii, V. Acidalii, T. Popmae, Joh. Freinshemii, Joh. Schefferi, Christoph. Cellarii, Nic. Heinsii, selectis et excerptis Ph. Rubenii, J. Rutgersii, C. Barthii, Joh. Loccenii, M. Raderi, Cl. Salmasii, J. Fr. Gronovii, M. Tellierii, Christoph. Aug. Heumanni, itemque Jac. Perizonii vindiciis, et aliorum*

[1] Asterisco insigniuntur opera quae ipse non vidi

observationibus auctioribusque indicibus. Curavit et digessit Henricus Snakenburg).

*D. Th. Cunze, Helmstadiae 1795-1802.
*F. Schmieder, Gottingae 1803-1804.
N. E. Lemaire, Parisiis 1822-1824.
*F. H. Bothe, Manhemiae 1823.
C. Th. Zumpt, Berolini 1826.
L. Quicherat, Parisiis 1833.
J. Mützell, Berolini 1841.
C. Th. Zumpt, Brunsvigae 1849.
C. Th. Zumpt - A. W. Zumpt, Brunsvigae 1864.
E. Hedicke, Berolini 1867.
H. E. Foss, Lipsiae 1871.
Th. Vogel, Lipsiae 1875-1880^{2} (cum commentario).
Id., Lipsiae 1882.
S. Dosson - R. Pichon, Parisiis 1882.
P. H. Damsté, Groningae 1897.
Th. Stangl, Leipzig - W.ien 1902.
E. Hedicke, Lipsiae 1908.
P. Menge - F. Fried, Gotha 1911-1912.
J. C. Rolfe, London - Cambridge, Massachusetts 1946.
H. Bardon II voll., Paris 1947-1948.
K. Müller, München 1954.
J. E. Atkinson, Milano 1998-2000.

LEXICA

O. Eichert, Hannover 1893.
J. Therasse, Hildesheim - New York 1976.

DISSERTATIONES AD ORATIONEM CVRTIANAM RESTITVENDAM VTILES

V. Acidalius, *In Q. Curtium animadversiones*, Francofurti ad Moenum 1594.

W. Adams, *De ablativi absoluti apud Q. Curtium Rufum usu*, Marburg 1886.

H. Alanus, *Observationes in Q. Curtium Rufum*, Dublinii 1865.

A. E. Anspach, *De Alexandri Magni expeditione Indica*, III fascicula, Lipsiae 1901-1903.

H. S. Anton, *Zu Curtius*, «Zeitschr. für das Gymnasialwesen» 27 (1873), 188-189.

E. Badian, apud Atkinsonium.

W. A. Baehrens, *Zu Curtius Rufus*, «Rhein. Mus.» 68 (1913), 429-447.

C. Barth, *Adversariorum commentariorum libri sexaginta*, II voll. Francofurti ad Moenum 1624.

R. Bentley, coniecturae ab Hedickio (1904) publici iuris factae (sed vide etiam C. M. Lucarini, *Alcune esegesi dimenticate di Curzio Rufo*).

E. E. v. Bergen, *Criticae observationes*, Traiecti ad Rhenum 1785.

Th. Bergk, *Analecta critica*, «Rhein. Mus.» 7 (1850), 156-160.

H. Berve, *Das Alexanderreich auf prosopographischer Grundlage*, II voll., München 1926.

Th. Birt, *Marginalien zu lateinischen Prosaikern*, «Philologus» 83 (1927), 31-54.

H. Blatt, *Das vulgär-archaische Element in der Sprache des Curtius Rufus*, Diss. Erlangen 1923.

S. Blomgren, *Curtiana*, «Eranos» 79 (1981), 91-97.

J. Bongarsius, apud Freinsheimium (cf. C. M. Lucarini, *Alcune esegesi dimenticate di Curzio Rufo*).

A. B. Bosworth, *History and rhetoric in Curtius Rufus*, «Class. Philol.» 78 (1983), 150-161.

F. H. Bothe, *Kritische Anmerkungen zu Curtius' Geschichte Alexander's des Grossen*, "Miscellanea maximam partem critica" edd. F. T. Friedemann - J. D. G. Seebode, I, Hildesiae 1822, 376-381, 547-553, 683-690.

*B. Brissonius, *De regio Persarum principatu libri III*, ed. alt. cur. F. Sylburgius, Heidelbergae 1595.
I. Britzelmayr, *Kritische Bemerkungen zu Stellen in Plautus, Caesar, Curtius*, Progr. Landshut 1867-1868.
*G. Budaeus, *De asse et partibus eius*, Parisiis ca. 1514.
O. Büttner, *Quaestiones Curtianae criticae et grammaticae*, Programm des Luitpold-Gymnasiums in München 1902-1903.
W. A. Camps, *Some Conjectures*, «American Journal of Philology» 101 (1980), 442-446.
E. Capps, apud Rolfium.
L. Castiglioni, *Osservazioni critiche e grammaticali a Curzio Rufo*, «St. it. di filol. class.» 19 (1912), 121-227.
Id., censura operis Lindgreni, «Gnomon» 13 (1937), 253-257.
Id., censura editionis Müllerianae, «Gnomon» 29 (1957), 134-137.
Id., *Ad Q. Curti Rufi historiarum libros adnotationes*, «Wiener Studien» 70 (1957), 84-93.
J. Clericus, *Ars critica*, III voll., Amstelaedami 1696-1700.
E. Cocchia, *Studi latini*, Napoli 1883.
J. J. Cornelissen, *Curtiana*, «Mnemosyne» s. n. 4 (1876), 60-73.
E. Courtney, *Emendations of Latin Prose Authors*, «Riv. di fil. e d'istr. class.» 133 (2005), 307-319.
*D. I. T. Cunze, *Animadversiones criticae in locos quosdam Curtii*, Helmstadii 1786.
G. Cuperus, *Observationum libri IV*, Daventriae 1678.
P. H. Damsté, *Note on the reading septiremis, Curt. 10.1.19*, «Class. Rev.» 8 (1894), 445.
Id., *Lectiones Curtianae*, Gymn. Progr., Lugduni Batavorum 1894.
Id., *Notes on Curtius*, «Class. Rev.» 11 (1897), 26.
A. De Lorenzi, *Curzio Rufo: contributo allo studio del testo e della tradizione manoscritta*, Napoli 1956.
A. Dempsie, *Curtiana*, «Philologus» 139 (1995), 265-273.
S. Dosson, *Étude sur Quinte Curce*, Paris 1887.
G. Dostler, *Curtiana*, München 1904.

Id., *Das Klauselgesetz bei Curtius*, Progr. des K. Human. Gymnas. Kempten 1906-1907.
J. Draeske, *Ad Q. Curtium Rufum*, «Riv. di filol e d'istr. class.» 7 (1879), 347-350.
A. Eberhard, apud Hedickium.
W. Eckel, *Doryphoroe in Curtius 3.3.15*, «Rhein. Mus.» 128 (1985), 366.
Id., *Doryphoroe in Curtius 3.3.15 again*, «Rhein. Mus.» 135 (1992), 191-192.
T. Eger, *De infinitivo Curtiano*, Darmstadt 1885.
W. W. Ehlers, observationes mecum communicatae.
A. Eussner, *Specimen criticum ad scriptores quosdam Latinos pertinens*, Wirceburgi 1868.
Id., *Zu Curtius*, «Philologus» 28 (1869), 468.
Id., *Über die Texteskritik des Quintus Curtius Rufus*, Verhandl. der 26. Versammlung deutscher Philologen in Würzburg, Lipsiae 1869.
Id., *Römische Historiker der Kaiserzeit. I. Q. Curtius Rufus* (Jahresbericht), «Philologus» 32 (1873), 155-178, 541-562.
Id., *Ad Quintum Curtium Rufum*, «Rhein. Mus.» 30 (1875), 636-637.
T. Faber, *Epistulae*, Salmurii 1674[2].
T. Fisher, *A proposito di Curzio Rufo 4.3.25*, «Riv. di fil. e di istr. class.» 118 (1990), 56.
H. E. Foss, *Epistula ad Iulium Muetzellium virum clarissimum de critica in emendando Curtio recte exercenda*, Altenburgi 1845.
Id., *Quaestiones Curtianae*, Altenburgi 1852.
M. Freinsheim, apud J. Freinsheimium.
K. Fuhr, *Miscellen*, "Festgabe für Wilhelm Crecelius", Elberfeld 1891, 30-36.
J. Gebhardus, *Crepundia sive iuvenilium curarum libri III*, Hanovia 1615.
Geist, *Bemerkungen zu Curtius*, «Blätter für das Bayerische Gymnasialschulwesen» 8 (1872), 164-165.
K. E. Georges, *Vermischte Bemerkungen*, «Philologus» 32 (1873), 353.
Id., *Kritische Bemerkungen*, «Philologus» 32 (1873), 540.
*M. C. Gertz, nescio ubi, inveni apud Hedickium 1908.
*Gleye, nescio quis et ubi; inveni apud Damsteium.

M. González-Haba, *Zur Syntax der Unterordung bei Curtius*, Diss. München 1959.
J. F. Gronovius, in ed. Taciti, Amstelodami 1672.
Id., apud Snakenburgium.
E. Grunauer, *Beiträge zur Texteskritik des Q. Curtius Rufus*, Progr. des Thurgauschen Kantonschule, Frauenfeld 1870.
R. Gründler, *Über den Gebrauch einiger Präpositionen bei Curtius*, Tarnow 1874.
C. Halm, *Emendationes Curtianae*, «Philologus» 2 (1847), 300-303.
M. Haupt, *Varia*, «Hermes» 5 (1871), 174-191 = Kl. Schr. III, 517-535.
E. Hedicke, *Quaestionum Curtianarum specimen*, Berolini 1862.
Id., *Studia Bentleiana. IIII. Curtius Bentleianus*, Freienwaldiae 1904.
N. Heinsius, apud Snakenburgium.
H. J. Heller, *Lectiones Livianae et Curtianae*, «Philologus» 12 (1857) 696-703.
*R. Henrichsen, nescio ubi, inveni apud Damsteium.
*Heraeus, nescio uter et ubi; inveni apud Hedickium 1908.
*G. Hermann, nescio ubi, inveni apud Hedickium 1908.
Ch. A. Heumann, *Parerga critica*, Ienae 1712.
*I. M. Heusinger, *Emendationum libri II*, Gothae 1751.
F. Hiller von Gaertringen, apud E. Ziebarth *IG* XII.9 (ad titulum 197).
O. Hoffmann, *Die Makedonen, ihre Sprache und ihr Volkstum*, Göttingen 1906.
A. Holtzmann, *Zur Lektüre und Kritik des Q. Curtius Rufus*, Beilage zu dem Progr. des Grossherzogl. Gymn. zu Bruchsal 1894-1895.
Horstig, *Zu Curtius*, «Zeitschrift für Gymnasialwesen» 16 (1862), 910-911.
A. Hug, *Zu Curtius*, «Rhein. Mus.» 15 (1860), 325-327.
Id., *Abermals zur Kritik des Q. Curtius Rufus*, «Rhein. Mus.» 20 (1865), 117-129.
Id., *Quaestionum Curtianarum pars I*, Turici 1870.
Id., *Das Einsiedelfragment des Curtius Rufus*, «Philologus» 31 (1872), 334-335.

Id., *Jahresbericht über die Lit. des Q. Curtius Rufus*, «Bursian Jahresb.» I (1875), 499-510.

W. Ignatius, *De verborum cum praepositionibus conpositorum apud Cornelium Nepotem, T. Livium, Curtium Rufum cum dativo structuris*, Berolini 1877.

*J. G. Jeep, *Specimen quaestionum criticarum de Q. Curtii Rufi historiarum fragmentis*, Guelferbyti 1833.

Id., *Kritische Bemerkungen zu Q. Curtius Rufus*, «Neue Jahr. f. Phil. und Paed.» 91 (1865), 189-196.

Id., *Zur Kritik des Q. Curtius Rufus*, «Neue Jahr. f. Phil. und Paed.» 107 (1873), 127-141.

Id., *Zu Q. Curtius Rufus*, «Neue Jahr. f. Phil. und Paed.» 109 (1874), 745-754.

C. F. Kinch, *Quaestiones Curtianae criticae*, Hauniae 1883.

E. Klebs, *Eine antike Benutzung des Curtius Rufus*, «Philologus» 51 (1892), 151-155.

H. Koch, *Hundert Jahre Curtius Forschung (1899-1999). Eine Arbeitsbibliographie*, St. Katharinen 2000.

U. Köhler, *Zur Kritik des Q. Curtius Rufus*, «Rhein. Mus.» 19 (1864), 184-196.

H. Koskenniemi, *Der nominale numerus in der Sprache und im Stil des Curtius Rufus*, Turku 1969.

H. Köstlin, *Zu Q. Curtius Rufus*, «Philologus» 51 (1892), 751-752.

H. Kraffert, *Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Autoren*, Progr. Aurich 1882.

E. Krah, *Beiträge zur Syntax des Curtius*, II fascicula, Insterburg 1886-1887.

H. Kraus, *Zwei vergessene Curtiusausgaben*, Wissensch. Beilage des K. Humanist. Gymnas. Neuburg a. D. 1911.

F. Kupfer, *Über den Gebrauch des Participiums auf -urus bei Curtius*, Gymn.-Progr., Cöslin 1876.

Ch. Lassen, *Indische Alterthumskunde*, II voll., Leipzig 1867-1874.

*O. Leuze, *Die Satrapieeinteilung in Syrien und im Zweistromlande von*

520-320, Schriften der Königsberger gel. Gesellschaft, Geistesw. Kl., II,4, Halle 1935.

H. Lindgren, *Studia Curtiana*, Upsaliae 1935.

*A. Linsmayer, *De Q. Curti Rufi codice Latino Monacensi n. 15739 insignito lucubratio*, Progr. des Max.-Gymn., Monachii 1875.

E. Löfstedt, *Coniectanea*, Uppsala-Stockholm 1950.

C. M. Lucarini, *Alcune esegesi dimenticate di Curzio Rufo*, in vol. misc. “Esegesi dimenticate di autori classici” edd. C. Santini et F. Stok, Pisa 2008, 273-283.

C. M. Lucarini, *Per una nuova edizione critica di Curzio Rufo*, nondum publici iuris factum.

A. Ludewig, *Quomodo Plinius maior, Seneca philosophus, Curtius Rufus, Quintilianus, Cornelius Tacitus, Plinius minor particula “quidem” usi sint*, «Prager philologische Studien» 3 (1891).

J. N. Madvig, apud Zumptium 1849.

Id., *Adversaria critica ad scriptores Latinos*, Hauniae 1873.

K. Meiser, *Beiträge zur Textkritik des Geschichtschreibers Q. Curtius Rufus*, «Sitz. der Bay. Akad. der Wiss. zu München», 1887, II, 1-37.

A. Miller, *Die Alexandergeschichte nach Strabo*, Würzburg 1884.

C. F. W. Müller, *Zu lateinischen Prosaikern*, «Rhein. Mus.» 20 (1865), 155-160.

K. Müller, *Der codex Paris. Lat. 5717 des Curtius Rufus*, “Studi in onore di L. Castiglioni”, II vol., Firenze 1960, 627-637.

M. Nett, *Quaestiones Curtianae*, Progr. Bayreuth 1899-1900.

B. G. Niebuhr, *Zwei klassische Schriftsteller des dritten Jahrhunderts n. Chr.*, Berlin 1821 = Kl. Schr. 305-351.

B. Niese, *Geschichte der griechischen und makedonischen Staaten seit der Schlacht bei Chaeronea*, III voll., Gothae 1893-1903.

R. Novák, *Poznamenání ke kritice textu Kurtia Rufa*, «Listy filologické a paedagogické» II (1884), 12-21, 206-212.

Id., *Specilegium Curtianum*, ex ephemeride «České museum filologické» 5 commentatio seorsum edita, Pragae 1899.

S. P. Oakley, *The textual Tradition of Quintus Curtius Rufus*, nondum publici iuris factum.

I. Oblinger, *Curtiana. Textkritische und grammatische Untersuchungen zu Q. Curtius Rufus*, Inaug.-Diss. der K. Bayer. Julius-Maximilians-Universität Würzburg, Nabburg 1910.

*I. C. Orelli, censura editionis Zumptianae anni 1826, «Jahr. f. Phil. und Paed.» 2 (1831), 45-55.

*A. Ortelius (1527-1598), nescio ubi.

M. L. Paladini, *Curzio Rufo III,2,15*, «Latomus» 20 (1961), 392.

Ead., *Curzio Rufo III,4,8*, «Latomus» 20 (1961), 393.

I. M. Palmerius, *Specilegiorum commentarius primus*, Francofurti ad Moenum 1580 (iterum publici iuris factus in Guteri *Lampade*).

Id., apud Modium.

P. Perdrizet, *Études amphipolitaines*, «Bull. de corr. Hellén.» 46 (1922), 36-57.

J. Perizonius, *Curtius restitutus et in integrum vindicatus*, Lugduni Batavorum 1703.

R. Pichon, *Le texte de Quinte-Curce et la prose métrique*, «Revue de philol.» 30 (1906), 90-100.

L. A. Post, apud Rolfium.

P. Preibisch, *Zu Q. Curtius Rufus*, «Neue Jahr. f. Philol. und Päd.» 123 (1881), 138.

P. Prohasel, *Q. Curti Rufi codicum memoriae emendandae leges et proponuntur et adhibentur*, Jahresbericht des k. katholischen Gymnasiums zu Sagan 1889-1890.

L. Quicherat, *Gloses dans Quinte Curce* (post auctoris mortem edidit É. Chatelain), «Revue de philol.» 12 (1888), 73-80.

* Rauch, *Gerundium und gerundivum bei Curtius Rufus*, Progr. Meiningen 1889.

R. Reineccius (1544-1595), nescio ubi.

O. Riemann, *Q. Curce 6.10.9*, «Revue de philol.» 13 (1889), 117.

W. H. Roscher, *Zu Cäsars Bellum civile*, «Neue Jahr. f. Philol. und Paed.» 123 (1881), 839-840.

Ph. Rubenius, *Electorum libri II*, Antverpiae 1608.

J. Rutgersius, *Variarum lectionum libri VI*, Lugduni Batavorum 1618.

C. Salmasius, in ed. Solini, Parisiis 1629.

H. Sauppe, *Variae lectiones*, Index schol. aest., Gottingae 1890 = Ausg. Schr. 807-828.
J. J. Scaliger, *De emendatione temporum*, Francofurti ad Moenum 1593 (ed. prima prodierat anno 1583).
F. Schachermeyr, *Alexander der Grosse. Das Problem seiner Persönlichkeit und seines Wirkens*, Wien 1973.
K. Schädel, *Zu Curtius*, «Zeitschr. für das Gymnasialwesen» 22 (1868), 333.
J. Scheffer, *Liber academicarum lectionum*, Hamburgi 1765.
I. Schmidt, *Quaestionum Curtianarum pars I*, Gymn.-Progr., Suidnicii 1853.
M. C. P. Schmidt, litteratura Curtiana annorum 1874-1879 («Jahresb. des philol. Vereins zu Berlin» 6, 1880, 237-262), 1879-1882 (Ib. 8, 1882, 244-266), 1882-1884 (Ib. 11, 1885, 205-232), 1884-1887 (Ib. 14, 1888, 217-252): ubi in adnotatione critica "Schmidt" laudatur, semper de hoc agitur.
F. W. Schneidewin, *Variae lectiones*, «Philologus» 5 (1850), 366-378.
J. K. Schönenberg, *Curtiana*, «Philologus» 116 (1972), 311-312.
* O. Schüssler, *De Q. Curti codice Oxoniensi A*, Progr. des Paedag. Gymn. zu Ilfeld, Nordhausen 1874.
A. Sebisius, apud Freinsheimium.
D. R. Shackleton Bailey, *Curtiana*, «Class. Quart.» s. n. 31 (1981), 175-180.
*Th. Stangl, *Zu Curtius Rufus*, «Woch. f. klass. Philol.» 30 (1913), 754-758.
Id., coniecturae a Schönenbergio publici iuris factae.
J. Steinhoff, *De usu nominum urbium insularum terrarum Curtiano*, Diss.-inaug., Friburgi Brisgavorum 1883.
C. Torr, *Ancient Ships*, Cambridge 1894.
*C. Tosatto, *De praesente historico apud Curtium*, Patavi 1905.
*Id., *De infinitivi historici usu apud Curtium Rufum et florum et Sulpicium Severum*, Patavi 1906.
L. Traube, *Varia libamenta critica*, München 1883.

L. Tross, *Observationum criticarum in scriptores Latinos nonnullos libellus prior*, Hammone 1828.

V. Ussani, *Coniecturae duo*, Romae 1896.

L. Vielhaber, *Zur Erklärung lateinischer Schriftsteller*, «Zeitschr. für öster. Gymn.» 18 (1867), 626-630.

T. Viljamaa, *Nouns meaning "River" in Curtius Rufus*, Turku 1969.

Th. Vogel, *Zu Q. Curtius Rufus*, «Philologus» 30 (1870), 686-688.

Id., *Kritisch-Grammatisches zu Q. Curtius Rufus*, «Neue Jahrb. f. Phil. und Paed.» 101 (1870), 547-562.

D. Vossius, observatio cum fratre Gerardo communicata, a P. Burmanno publici iuris facta, C. Valerii Flacci Setini Balbi *Argonauticon libri VIII*, cum notis integris L. Carrionis, curante Petro Burmanno, Leidae 1724.

C. Wagener, *Zu Q. Curtius Rufus*, «Neue Jahrb. f. Phil. und Paed.» 117 (1878), 817-820.

G. Wakefield, nescio ubi, inveni apud Hedickium 1908.

G. L. Walch, *Meletematum criticorum specimen*, Ienae 1800.

Id., *Emendationes Livianae*, Berolini 1815.

F. Walter, *Zu Livius und Curtius*, «Berl. Phil. Woch.» 38 (1918), 933-936.

Id., *Zu Curtius, Seneca, Tacitus*, «Berl. Phil. Woch.» 47 (1927), 1565-1568.

Id., *Zu Tacitus, Cicero, Petron, Curtius*, «Berl. Phil. Woch.» 63 (1943), 142-144.

E. H. Warmington, apud Rolfium.

W. S. Watt, *Curtiana*, «Proc. of Cambr. Phil. Soc.» n. s. 29 (1983), 77-86.

Id., *Six Notes on Q. Curtius*, «Arctos» 23 (1989), 249-251.

Id., *Five Notes on Q. Curtius*, «Latomus» 61 (2002), 106-107.

A. Weinhold, *Bemerkungen zu Curtius Rufus*, Leipzig 1891.

P. Wesseling, in editione Diodori Siculi *Bibliothecae historicae*, Amstelodami 1746.

C. Zander, *Eurythmia vel compositio rythmica prosae antiquae*, III voll., Leipzig 1910-1914.

SIGLA

B	Bernensis 451 saec. IX
Bo	Bononiensis 2418 saec. XV
Col	Coloniensis deperditus
D	fragm. Darmstadtinum 3152 saec. X
E	fragm. Einsidlense 365 saec. XI
F	Florentinus Laur. 64.35 saec. IX
G	excerpta Guelferbytana 163 Extrav. I saec. XII
H	fragm. Herbipolitanum M. p. misc. f 22 saec. X
J	excerpta Duacensia 882 saec. XII
L	Leidensis 137 saec. IX
Mb	Monacensis Lat. 15739 saec. XV
O	Oxoniensis Corp. Christi 82 s. XII
P	Parisinus Lat. 5716 saec. IX
Q	Vatic. Reginensis Lat. 971 saec. XII
R	Turicensis 95 (excerpta Rhenaugiensia) saec. X
S	schedae Vindobonenses 492 saec. X
Sig	Sigeburgensis deperditus
V	Leidensis Voss. Q 20 saec. IX
Σ	fons codicum **BFLV**
ς	recentiores Zumpti

De ceteris siglis vide praef.

QVINTI CVRTI RVFI

HISTORIAE

Q. CVRTI RVFI
HISTORIARVM

LIBER III

1 INTER haec Alexander, ad conducendum ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia misso, Lyciae Pamphyliaeque rebus conpositis, ad urbem Celaenas exercitum admovit. 2 Media illa tempestate moenia interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclitus. 3 Fons eius, ex summo montis cacumine excurrens, in subiectam petram magno strepitu aquarum cadit; inde diffusus circumiectos rigat campos, liquidus et suas dumtaxat undas trahens. 4 Itaque color eius, placido mari similis, locum poetarum mendacio fecit: quippe traditum est nymphas, amore amnis retentas, in illa rupe considere. 5 Ceterum, quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet; at cum extra munimenta se evolvit, maiore vi ac mole agentem undas, Lycum appellant. 6 Alexander quidem urbem destitutam ab suis intrat, arcem vero, in quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem praemisit, qui denuntiaret, ni dederent, ipsos ul-

PBoMbBLV

Inscriptionem refinxit Bardon: ipsa carent **PL**; *in* **B** *recentior manus scripsit:* Q. Curti Rufi de gestis Alexandri Magni regis Macedonum liber II incipit: Curti Rufi historiarum incipit liber tertius **V**

1 Peloponneso] *Zarotus*: peloponenso **ω** 2 Lyciae] **ς**: licyae **P**: liciae **Σ** Pamphyliaeque] **V**: pamphil- *rell.* 3 Celaenas] *Aldus*: caelenas **ω** 4 Marsyas] **P**corr: marsas **P**: marsus **Σ** inclitus] inclytus **BL** 5 summo] sumo **V** 8 nymphas] nim- **P** *a. c.* **LV** 9 rupe] ruppe **V** 11 Lycum] **ς**: licum **ω** appellant] apellant **P** quidem] *cf. Vogeli comm.* 12 oppugnare] obpu- **P** 13 dederent] traderent **P**corr

tima esse passuros. 7 Illi caduceatorem in turrem et situ et opere multum editam perductum, quanta esset altitudo intueri iubent ac nuntiare Alexandro non eadem ipsum et incolas aestimatione munimenta metiri: se scire<t> inexpugnabiles esse, ad ultimum pro fide morituros. 8 Ceterum, ut circumsederi arcem et omnia sibi in dies artiora esse viderunt, sexaginta dierum indutias pacti, ut, nisi intra eos auxilium Dareus ipsis misisset, dederent urbem, postquam nihil inde praesidii mittebatur, ad praestitutam diem permisere se regi.

9 Superveniunt deinde legati Atheniensium petentes, ut capti apud Granicum amnem redderentur sibi. Ille non hos modo, sed etiam ceteros Graecos restitui suis iussurum respondit finito Persico bello. 10 Ceterum Dareo imminens, quem nondum Euphraten superasse cognoverat, undique omnes copias contrahit, totis viribus tanti belli discrimen aditurus.

11 Phrygia erat, per quam ducebatur exercitus, pluribus vicis quam urbibus frequens; tunc habebat nobilem quondam Midae regiam. 12 Gordium nomen est urbi, quam Sangarius amnis praeterfluit, pari intervallo Pontico et Cilicio mari distantem. 13 Inter haec maria angustissimum Asiae spatium esse conperimus, utroque in artas fauces conpellente terram. Quae quia continenti adhaeret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulae praebet, ac, nisi tenue discrimen obiceret, quae nunc dividit maria, committeret. 14 Alexander, urbe in dicionem suam redacta, Iovis templum intrat. Vehiculum, quo Gordium, Midae

PBoMbBLV

14 multum] multo **L**^{corr} 16 metiri] -ti- **V** *corr. in ras.* 17 scire<t> *Jeep* 18 circumsederi] circumsideri **P**^{corr}**Σ** 19 Dareus] *codicis* **P** *corrector recentior semper in* darius *mutavit* ipsis] *Modius*: ipse **ω** 20 dederent] traderent **P**^{corr} urbem] arcem *Sebisius*: *del. Schefferus fort. recte* 22 deinde] inde **L** capti] capiti **V** *a. c.* 24 finito] finit **P** *a. c.* 25 Euphraten] *Snakenburgius*: eufraten **ω** 28 Phrygia] *Merula*: phrigia **ω** *(de interpunctione cfr. Vogeli comm.)* pluribus vicis] *om.* **B** *a. c.* 29 habebat] habebant **P** *a. c.* quondam] quodam **P** *a. c.* Midae] mediae **B**: midiae **B**^{corr} 30 Gordium] **ς**: co- **ω** Sangarius] sagarius **P** *a. c.* amnis] annis **V** 31 Cilicio] cilio **V** *a. c.* 33 continenti] contenenti **P** 34 obiceret] obi<a>ceret *Damsté* 35 dividit] -dit **L**^{corr} *in ras.* committeret] commiteret **PV** 36 intrat] intra **L** Gordium]

patrem, vectum esse constabat, aspexit, cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens. [15] Notabile erat iugum adstrictum compluribus nodis in semetipsos inplicatis et celantibus nexus. [16] Incolis deinde
40 adfirmantibus, editam esse oraculo sortem, Asiae potiturum, qui inexplicabile vinculum solvisset, cupido incessit animo sortis eius explendae. [17] Circa regem erat et Phrygum turba et Macedonum, illa expectatione suspensa, haec sollicita ex temeraria regis fiducia: quippe serie[s] vinculorum ita adstricta, ut, unde nexus inciperet quove se
45 conderet, nec ratione nec visu perspici posset, solvere adgressus iniecerat curam [ei], ne in omen verteretur inritum inceptum. [18] Ille, nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis: «Nihil» inquit «interest, quomodo solvantur» gladioque ruptis omnibus loris, oraculi sortem vel elusit vel implevit.

50 [19] Cum deinde Dareum, ubicumque esset, occupare statuisset, ut a tergo tuta relinqueret, Amphoterum classi ad oram Hellesponti, copiis autem praefecit Hegelochum, Lesbum et Chium Coumque praesidiis <h>ostium liberaturos. [20] His talenta ad belli usum quingenta attributa; ad Antipatrum et eos, qui Graecas urbes tuebantur, DC missa; ex
55 foedere naves sociis imperatae, quae Hellesponto praesiderent: [21] nondum enim Memnonem vita excessisse cognoverat, in quem omnes intenderat curas, satis gnarus cuncta in expedito fore, si nihil ab eo moveretur. III

PBoMbBLV

Laetus: co- **ω**

38 vulgatisque usu] v. husu **P**: vulgatique usus *Rutgersius*: vulgarisque usus *Heinsius* 39 deinde] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 40 editam] editum **P**^{corr}**Σ** 41 inexplicabile] -explicabile **L**^{corr} *in ras.* vinculum] vinclum **PV** 43 expectatione] *Aldus*: explicatione **ω** ex] et **P** *a. c.*: et ex **V** temeraria] temararia **P** 44 serie[s] *Cellarius* 46 [ei] *om.* **BoMb**: *post* ne *transp. Schmidt* in omen] nomen **P**: in nomen **Bo**: in omnen **L** verteretur] -ur **V**^{corr} *in ras.* nequaquam] nequiquam **P**^{corr}**Σ** 50 deinde] inde **P** *a. c.* 51 classi] clasi **P** oram] horam **BL** 52 Hegelochum] haegelocum **P**: haegelochum **P**^{corr} Coumque] **ς**: quoumque **P**: choumque **Σ** 53 <h>ostium *Laetus*: istium **B** *a.c.* ad] a* **V** 54 DC] **Mb**: $\overline{\text{DC}}$ **ω** missa] missas **P**^{corr} 56 intenderat] *Vindelinus*: intenderet **ω** 57 cuncta] c- **L** *corr. in ras.* in] *om.* **L** *a. c.* expedito] expedita **P** fore] for*e **P**

[22] Iamque ad urbem Ancyram ventum erat, ubi, numero copiarum inito, Paphlagoniam intrat. Huic iuncti erant Heneti, unde quidam Venetos trahere originem credunt. [23] Omnis haec regio paruit regi, datisque obsidibus tributum, quod ne Persis quidem tulisse<n>t, pendere ne cogerentur inpetraverunt. [24] Calas huic regioni praepositus est; ipse, adsumptis qui ex Macedonia nuper advenerant, Cappadociam petiit.

IV **II** At Dareus, nuntiata Memnonis morte, haud secus, quam par erat, motus, omissa omni alia spe, statuit ipse decernere: quippe quae per duces suos acta erant, cuncta damnabat, ratus pluribus curam, omnibus afuisse fortunam. [2] Igitur, castris ad Babylonam positis, quo maiore animo capesserent bellum, universas vires in conspectum dedit et circumdato vallo, quod decem milium armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo numerum copiarum init. [3] Orto sole ad noctem agmina, sicut discripta erant, intravere vallum; inde emissa occupaverant Mesopotamiae campos, equitum peditumque propemodum innumerabilis turba, maiorem quam pro numero speciem ferens. [4] Persarum erant centum milia, in quis eques xxx inplebat. Medi decem <milia> equitum, quinquaginta peditum habebant. [5] Barcanorum equitum duo milia fuere, armati bipennibus levibusque scutis, maxime cetrae speciem reddentibus; peditum decem milia [equitum] pari armatu sequebantur. [6] Armenii quadraginta <milia> miserant peditum, additis septem milibus equitum. Hyrcani, egregii, ut inter illas gentes, <equites>, sex milia expleverant,

PBoMbBLV

59 Paphlagoniam] papha- **P** *a. c., ut vid.* Heneti] **ς**: veneti **BL**^{corr}: vineti *rell.* Venetos] -ti **L**^{corr} 61 tulisse<n>t *Laetus* 63 nuper] *om.* **P** *a. c.* Cappadociam] capa- **Σ** 65 At] a **V** *a. c.* Dareus] -re- **L** *corr. in ras.* haud] haut **P** 67 erant] erunt **BV** damnabat] damnabit **P** *a. c.* 68 Babylonam] balonam **L** *a. c.*: Babylona *Zumpt* 69 circumdato] circumdate **B** 71 exemplo] -o **L** *corr. in ras.* Orto] or*to **P** 72 discripta] descripta **B** Mesopotamiae] mesep- **B**, *ut vid.* 75 <milia> *add.* **OBo** 76 Barcanorum] bactrianorum **L**^{corr} 77 cetrae] cet*rae **PLV** 78 [equitum] *om.* **ς**: equi<ta>tum *Eussner* 79 <milia> *add.* **ς** 80 egregii] **ς**: egregium **ω**: egregiorum equitum *Hedicke* <equites> *add. Foss*: <equitum> *Vogel* (*accepto* egregiorum)

additis equitibus mille Tapuris. [7] Derbices quadraginta peditum milia
armaverant; pluribus aere aut ferro praefixae <h>astae, quidam lignum
igne duraverant. Hos quoque duo milia equitum ex eadem gente com-
[m]itata sunt. [8] A Caspio mari octo milium pedester exercitus venerat,
85 ducenti equites. Cum iis erant ignobiles aliae gentes: duo milia peditum,
equitum duplicem paraverant numerum. [9] His copiis triginta milia Grae-
corum mercede conducta egregiae iuventutis adiecta. Nam Bactrianos et
Sogdianos et Indos ceterosque Rubri maris accolas, ignota<rum> etiam
ipsi <regi> gentium nomina, festinatio prohibebat acciri. [10] Nec quicquam
90 illi minus quam multitudo militum defuit. Cuius tum universae aspectu v
admodum laetus, purpuratis solita vanitate spem eius inflantibus,
conversus ad Charidemum Atheniensem, belli peritum et ob exilium
infestum Alexandro (quippe Athenis iubente eo fuerat expulsus), per-
contari coepit, satisne ei videretur instructus ad obterendum hostem.
95 [11] At ille, et suae sortis et regiae superbiae oblitus: «Verum» inquit «et tu
forsitan audire nolis et ego, nisi nunc dixero, alias nequi[c]quam
confitebor. [12] Hic tanti apparatus exercitus, haec tot gentium et totius
Orientis excita sedibus suis moles finitimis potest esse terribilis: nitet
purpura auroque, fulget armis et opulentia, quantam, qui oculis non
100 subiecere, animis concipere non possunt. [13] Sed Macedonum acies, torva
sane et inculta, clipeis hastisque immobiles cuneos et conferta robora
virorum tegit. Ipsi phalangem vocant, peditum stabile agmen: vir viro,

PBoMbBLV

81 mille Tapuris] *Foss*: militatura **ω** Derbices] *Modius*: idem vicies **ω** quadraginta] **ς**: quadragena **ω** 82 armaverant] *Glareanus*: armati erant **ω** aere aut] *Vossius*: herebant **ω** <h>astae **M** 83 igne] *Müller*: igni **ω** com[m]itata **M** 84 octo] oto **P** *a. c.* milium] milia **P** *a. c.* 85 iis] hiis **P**[corr]**Σ** peditum, equitum] equitum, peditum *coni. Lucarini* 88 Sogdianos] **ς**: sogdi*anas **P**: socdianos **Σ** ignota<rum> *Nett (cf. 4.14.3)*: ignota ... nomina *del. Perizonius, Cocchia* 89 ipsi] Persis *Eussner* (*non male, cf. 4.12.9*): ipsa *Damsté* <regi> *add. Schmidt* festinatio] fest*natio **V** *s. ras. add.* i Nec] ne **V** 91 purpuratis] purpuratus **L** 92 Atheniensem] adtheniensem **PV** 93 Athenis] adthenis **P** expulsus] spulsus **P** 95 sortis] fortis **P** *a. c.* **V** 96 nolis] nobis **P** *a. c.* nequi[c]quam *Modius* 100 subiecere] subicere **P** Sed] sed in **B** *a. c.* 101 clipeis] clypeis **Σ** immobiles] immomiles **V** 102 tegit] **L**[corr]: teget **ω**

armis arma conserta sunt. Ad nutum monentis intenti sequi signa, ordines servare didicerunt. [14] Quod imperatur, omnes exaudiunt: obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam non duces magis quam 105 milites callent. [15] Ac ne auri argentique studio teneri putes, adhuc illa disciplina paupertate magistra stetit: fatigatis humus cubile est; cibus, quem occupati parant, satiat; tempora somni artiora quam noctis sunt. [16] Iam Thessali equites et Acarnanes Aet[h]olique, invicta bello manus, fundis, credo, et hastis igne duratis repellentur! Pari robore opus est. In 110 illa terra, quae hos genuit, auxilia quaerenda sunt: argentum istud atque aurum ad conducendum militem mitte». [17] Erat Dareo mite ac tractabile ingenium, nisi etiam naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque, veritatis inpatiens, hospitem ac supplicem, tunc cum maxime utilia suadentem, abstrahi iussit ad capitale supplicium. [18] Ille, ne tum quidem 115 libertatis oblitus: «Habeo» inquit «paratum mortis meae ultorem: expetet poenas consilii mei spreti is ipse, contra quem tibi suasi. Tu quidem, licentia regni tam subito mutatus, documentum eris posteris homines, cum se permisere fortunae, etiam naturam dediscere». [19] Haec vociferantem, quibus imperatum erat, iugulant. Sera deinde paenitentia 120 subit regem, ac vera dixisse confessus sepeliri eum iussit.

VI **III** Thymodes erat, Mentoris filius, inpiger iuvenis; cui praeceptum est a rege, ut omnes peregrinos milites, in quis plurimum habebat spei, a Pharnabazo acciperet, opera eorum usurus in bello. Ipsi Pharnabazo tradit 125 imperium, quod antea Memnoni dederat.

PBoMbBLV(*de hoc vide praef.*)

103 signa] sagna **P** *a. c.* 108 occupati parant] occupant **Col**: occuparunt *Vogel*: occupant operati *Novák*: occasione data parant *Britzelmayr*: occupant imparatum *Heinsius* parant] rapiunt *Hedicke* 109 Aet[h]olique **ς** 110 et] *om.* **L** *a. c.* hastis] astis **PL** repellentur] reppe- **P** 112 conducendum] ducendum **P** *a. c.* 113 naturam] maturam **P** *a. c.*: *in* **L** *primum* -a- *ex corr. in ras.* 115 tum] **L** *corr. in ras.* 117 is] *om.* **Σ** 119 cum] com **L** *a. c.* 123 Thymodes] **ς**: thim- **ω**: Thymondas *Aldus* est] om. **P** *a. c.* 124 ut] *om.* **P** *a. c.* 125 Pharnabazo] *Aldus*: far- **ω** *(bis)* 126 Memnoni] memmoni **V**

[2] Anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species imminentium rerum, sive illas aegritudo sive divinatio animi praesagientis accersit. [3] Castra Alexandri magno ignis fulgore conlucere ei visa sunt et
130 paulo post Alexander adduci ad ipsum in eo vestis habitu, quo ipse fuisset <...>; equo deinde per Babylonam vectus, subito cum ipso equo oculis esse subductus. [4] Ad haec vates varia interpretatione curam distraxerant: alii laetum id regi somnium esse dicebant, quod castra hostium arsissent, quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico et vulgari habitu
135 perductum ad se vidisset. [5] Quidam non <ita> augurabantur: quippe inlustria Macedonum castra visa fulgorem Alexandro portendere: †quodve regnum Asiae occupare habuisset haud ambiguae rei† quoniam in eodem habitu Dareus fuisset, cum appellatus est rex. [6] Vetera quoque omina, ut fere <solet>, sollicitudo revocaverat. Recensebant enim Dareum in
140 principio imperii vaginam acinacis Persicam iussisse mutari in eam formam, qua Graeci uterentur, protinusque Chaldaeos interpretatos imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma esset imitatus. [7] Ceterum ipse et vatum responso, quod edebatur in vulgus, et specie,

PBoMbBLV(*de quo vide praef.*)

127 de] *del. Castiglioni*: d<i>e *Alanus*: de<inde> *Hedicke, sed cfr. ThLL s. v. "anxius" 202, 79-82* 130 Alexander] alexandrum **L**^{corr} quo] quo <quondam> *Hug* ipse] ipse <quondam> *Müller*: ipse <factus rex> *Hedicke* fuisset] fuisse **B** *a. c.* 131 <...> *lac. hic indicavit Lucarini, quam ita expleret* <cum, adhuc privatus, factus est rex> Babylonam] babilonam **V**: Babylona *Zumpt* oculis] oculos **P** *a. c.* 132 subductus] *Modius*: subductum **ω** distraxerant] *Kinch*: distrinxerant **ω** 134 deposita] -a **L**^{corr} *in ras.* 135 ad se] *Heinsius*: esse **ω** non] contra *Acidalius* <ita> *add.* **ς** 136 inlustria] **P**: industria **P**^{corr}**Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* †quodve ... rei† *locus desperatus:* quod vestem Persicam habuisset, haud ambigue regnum Asiae occupaturum denuntiare *Müller praeeuntibus Vogelio et Meisero*: cui vel regnum Asiae occupare fatum esse, haud ambigue doceri *Hedicke praeeunte Orellio*: quem regnum Asiae occupaturum esse, haud ambigere *Bruno*: quod vel regnum Asiae occupaturus esset, haud ambiguae rei *Bardon* 138 Dareus] dareu **P**: *om.* **BoMb** appellatus] ape- **P** omina] **P**^{corr}**B**^{corr}: omnia **ω** 139 fere] fert **P**^{corr}**B**^{corr}: feret **B**: fieri *(accepto suppl.* solet*) Draeske* <solet> *add.* **ς**, *Alanus, Blomgren*: <fit> *Mützell* Recensebant] recens; sciebant *Kinch* 140 eam] eandem **P** *a. c.* 141 protinusque] pronusque **P** *a. c.* 143 quod edebatur] quo debebatur **B** *a. c.*

quae per somnum oblata erat, admodum laetus castra ad Euphraten
movere iubet. 145

VII [8] Patrio more Persarum traditum est orto sole demum procedere. Die
iam inlustri signum e tabernaculo regis bucina dabatur. Super
tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago solis crystallo
inclusa fulgebat. [9] Ordo autem agminis erat talis. Ignis, quem ipsi sacrum
et aeternum vocabant, argenteis altaribus praeferebatur. Magi proximi 150
patrium carmen canebant. [10] Magos trecenti et sexaginta quinque iuvenes
sequebantur punic<e>is amiculis velati, diebus totius anni pares numero:
quippe Persis quoque in totidem dies discriptus est annus. [11] Currum
deinde Iovi sacratum albentes vehebant equi; hos eximiae magnitudinis
equus, quem Solis appellabant, sequebatur. Aureae virgae et albae vestes 155
regentes equos adornabant. [12] Haud procul erant vehicula decem multo
auro argentoque caelata. Sequebatur haec equitatus duodecim gentium
variis armis et moribus. [13] Proximi ibant, quos Persae Inmortales vocant,
ad decem milia. Cultus opulentiae barbarae non alios magis honestabat:
illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant manicatasque 160
tunicas gemmis etiam adornatas. [14] Exiguo intervallo, quos cognatos regis appellant, decem et quinque milia hominum. Haec vero turba
muliebriter propemodum culta, luxu magis quam decoris armis conspicua erat. [15] Doryphoroe vocabantur proximum his agmen, soliti vestem
excipere regalem; hi currum regis anteibant, quo ipse eminens vehebatur. 165 [16] Utrumque currus latus deorum simulacra ex auro argentoque ex-

PBoMbBLV(*de hoc vide praef.*)

144 somnum] somnium **L** admodum] addomum **V** Euphraten] he- **P** 145 movere] moveri *Freinsheimius, sed cf. Lucarini, "Per una nuova edizione..."* 148 posset] **ς**: possit **ω** crystallo] cris- **Σ** 149 fulgebat] fulgebant **B** *a. c.* 151 patrium] patrum **P** *a. c.* Magos trecenti] mago fere centi **P** *a. c.* 152 punic<e>is *Francinus* amiculis] amaculis **P**: aminiculis **Mb** 153 discriptus] *Eussner*: des- **ω** 155 appellabant] ape- **P** 156 Haud] haut **P** 159 barbarae] barbareae **L**: -ricae **L**^{corr} 160 aureos] aurios **P** *a. c.* 162 appellant] appella<ba>nt **L**^{corr} 164 Doryphoroe] *Zumpt*: doryphorae **PLV**: doriphorae **B**: dorophorae *Heckel* vocabantur] vocabatur **P** *a. c.* 166 argentoque] argentaque **V** *a. c.* expressa] expresa **P**

pressa decorabant; distinguebant internitentes gemmae iugum, ex quo
eminebant duo aurea simulacra cubitalia, quorum alterum Nini, alterum
erat Beli. Inter haec aquilam auream pinnas extendenti similem
170 sacraverant. [17] Cultus regis inter omnia luxuria notabatur: purpureae VIII
tunicae medium album intextum erat, pallam auro distinctam aurei
accipitres, velut rostris inter se concurrerent, adornabant, [18] et zona aurea
muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma vagina erat.
[19] Cidarim Persae vocabant regium capitis insigne; hoc caerulea fascia
175 albo distincta circumibat. [20] Currum decem milia hastatorum sequebantur; hastas argento exornatas, spiculo aureo praefixas gestabant.
[21] Dextra laevaque regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur triginta milibus peditum, quos
equi regis CCCC sequebantur. [22] Intervallo deinde unius stadii matrem
180 Darei Sisigambim currus vehebat et in alio erat coniu<n>x. Turba
feminarum reginas comitantium equis vectabatur. [23] Quindecim deinde
<...>, quas armamaxas appellabant, sequebantur. In his erant liberi regis
et quae educabant eos spadonumque grex, haud sane illis gentibus vilis.
[24] Tum regiae pelices trecentae et sexaginta vehebantur, et ipsae regali
185 cultu ornatuque. Post quas pecuniam regis sexcenti muli et trecenti cameli
vehebant, praesidio sagittariorum prosequente. [25] Propinquorum
amicorumque coniuges huic agmini proximae lixarumque et calonum

PBoMbBLV(*de hoc vide praef.*)

167 iugum] iugum* **V** 168 quorum] avorum *Jeep* alterum Nini, alterum erat Beli] *Zumpt, praeeunte Scaligero*: alter inalterutrum belli **ω** 170 sacraverant] sacra venerant **P** luxuria] luxoria **Σ** *(in* **BL** *deinde corr.)* 171 pallam] palam **B** *a.c.* 176 exornatas] et ornatas **P** *a. c.*: adornatas **BoMb** spiculo aureo praefixas] *Hedicke*: spiculo auro praefixa **P**: spicula auro praefixa **Σ**: auro praefixas *Kinch* 177 comitabantur] comitabatur **P** *a. c.*: cobitabantur **V** 178 milibus] **B**: *om. rell.* 180 vehebat] vehebant **P** *a. c.* coniu<n>x **P**corr 182 <...> *lac. indicavit Lucarini, qui exspectabat:* deinde currus, quos armamaxas appellabant armamaxas] *Francinus*: armanaxas **ω** liberi] libe**ri **P** 183 et] *om.* **BL** quae] qui **Σ** educabant] **B**corr: ducebant **PL**: educibant **P**corr: ducabant **BL**corr: educebant **V** *in ras.* haud] aut **P** *a. c.* 184 Tum] *Merula*: tunc **ω** ipsae] **P**corr**L**corr (ipse): ipsi **ω**

greges vehebantur. Ultimi erant cum suis quisque ducibus, qui cogerent agmen, leviter armati.

[26] Contra, si quis aciem Macedonum intueretur, dispar <f>acies erat, 190 equis virisque non auro, non discolori veste, sed ferro atque aere fulgentibus: [27] agmen et stare paratum et sequi, nec turba nec sarcinis praegrave, intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum. Et castris locus et exercitui commeatus suppetebant. [28] Ergo Alexandro in acie miles non defuit; Dareus, tantae multitudinis rex, loci, in quo pugnavit, angustiis 195 redactus est ad paucitatem, quam in hoste contempserat.

IX **IV** Interea Alexander, Ab[h]istamene Cappadociae praeposito, Ciliciam petens, cum omnibus copiis <in> regionem, quae castra Cyri appellatur, pervenerat. Stativa illic habuerat Cyrus, cum adversus Croesum in Lydiam 200 duceret. [2] Aberat ea regio quinquaginta stadia ab aditu, quo Ciliciam intramus: Pylas incolae dicunt artissimas fauces, munimenta, quae manu ponimus, naturali situ imitante. [3] Igitur Arsames, qui Ciliciae praeerat, reputans quid initio belli Memno suasisset, quondam salubre consilium sero exequi statuit: igni ferroque Ciliciam vastat, ut hosti solitudinem 205 faciat; quidquid usui potest esse, corrumpit, sterile ac nudum solum, quod tueri nequibat, relicturus. [4] Sed longe utilius fuit angustias aditus, qui Ciliciam aperit, valido occupare praesidio iugumque op<p>ortune itineri imminens obtinere, unde inultus subeuntem hostem aut prohibere aut opprimere potuisset. [5] Nunc, paucis qui callibus praesiderent relictis, 210 retro ipse concessit, populator terrae, quam a populationibus vindicare debebat. Ergo qui relicti erant, proditos se rati, nec conspectum quidem

PBoMbBLV

190 <f>acies *Schefferus* 193 Et castris ... suppetebant] *molesta* 196 in] *in **V** 198 Ab[h]istamene **ς**: Sabictamene *Schachermeyr*: Sabistamene *Hedicke* Cappadociae] capa- **Σ** Ciliciam] **L**corr: eciam **ω** 199 <in> *add. Aldus* 200 Lydiam] li- **B** 201 ea] *om.* **L** *a. c.* stadia] studia **P** Ciliciam] cyliciam **BLV**corr: cyliam **V** *a. c.* 202 Pylas] *Aldus*: pilas **ω** 203 imitante] imitante<s> *Eussner* Ciliciae] ciliae **L** *a. c.* 204 suasisset] sua*isset **V**, s *add. s. ras.* quondam] et quondam **B** *a. c.* 205 statuit] stauit **V** Ciliciam] ciliam **V** *a. c.* 208 op<p>ortune *Aldus* 211 populationibus] *primum* -o- *ex corr. in* **V** 212 debebat] debebant **Σ** nec] ne **ς**

hostis sustinere valuerunt, cum vel pauciores locum obtinere potuissent.
[6] Namque perpetuo iugo montis asperi ac praerupti Cilicia includitur; x
215 quod cum a mari adsurgat, velut sinu quodam flexuque curvatum, rursus
altero cornu in diversum litus excurrit. [7] Per hoc dorsum, qua maxime
introrsus mari cedit, asperi tres aditus et perangusti sunt, quorum uno
Cilicia intranda est. [8] Campestris eadem, qua vergit ad mare, planitiem
eius crebris distinguentibus rivis: Pyramus et Cydnus incliti amnes fluunt.
220 Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu
e fontibus labens puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide
manantis alveum turbent. [9] Itaque incorruptus idemque frigidissimus,
quippe multa riparum amoenitate inumbratus, ubique fontibus suis
similis in mare evadit. [10] Multa in ea regione monumenta vulgata
225 carminibus vetustas exederat: monstrabantur urbium sedes Lyrnesi et
Thebes, Typhonis quoque specus et Corycium nemus, ubi crocum
gignitur, ceteraque, in quibus nihil praeter famam duraverat.

[11] Alexander fauces iugi, quae Pylae appellantur, intravit. Contemplatus xi
locorum situm, non alias magis dicitur admiratus esse felicitatem suam:
230 obrui potuisse vel saxis confitebatur, si fuissent, qui <in> subeuntes
propellerent. [12] Iter vix quaternos capiebat armatos; dorsum montis
imminebat viae non angustae modo, sed plerumque praeruptae, crebris
oberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant. [13] Thracas tamen
leviter armatos praecedere iusserat scrutarique calles, ne occultus hostis
235 in subeuntes erumperet. Sagittariorum quoque manus occupaverat
iugum: intentos arcus habebant, moniti non iter ipsos inire sed proelium.

PBoMbBLV

214 Cilicia] cylicia **L** 215 rursus] russus **Σ** 216 cornu] curnu **Σ** diversum] duversum **V** qua] quo **P** *a. c.* 217 quorum] qorum **V** *a. c.* 219 Pyramus] pir- **P** incliti] inclyti **P** fluunt] <inter>fluunt *Hedicke*: cludunt *Oblinger (post* mare *fortius interpungens)* 221 labens] -a- **P**^{corr} *in ras.* 222 manantis] meantis *Paladini* alveum] alveum* **P** incorruptus] incorruptis **L** *a. c. (item* frigidissimis*)* 225 Lyrnesi] lir- **Σ** 226 Typhonis] *Modius*: thipontis **ω** Corycium] corvitium **V** 228 quae] *Merula*: quod **ω** 230 <in> *add. Iunta* 231 propellerent] *alterum* -e- **V**^{corr} *in ras.* capiebat] *om.* **L** *a. c.* 233 Thracas] trachas **Σ** 235 manus] manu *Catiglioni* 236 inire sed] inires **B** *a. c.* **L** *a. c.*

[14] Hoc modo agmen pervenit ad urbem T[h]arson, cui tum maxime Persae subiciebant ignem, ne opulentum op<p>idum hostis invaderet. [15] At ille, Parmenione ad inhibendum incendium cum expedita manu praemisso, postquam barbaros adventu suorum fugatos esse cognovit, urbem a se 240 conservatam intrat.

XII **V** Mediam Cydnus amnis, de quo paulo ante dictum est, interfluit; et tunc aestas erat, cuius calor non aliam magis quam Ciliciae oram vapore solis accendit, et diei fervidissimum tempus esse coeperat. [2] Pulvere simul 245 ac sudore perfusum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret. Itaque, veste deposita, in conspectu agminis (decorum quoque futurum ratus, si ostendisset suis levi et parabili cultu corporis se esse contentum) descendit in flumen. [3] Vixque ingressi subito horrore artus rigere coeperunt; pallor deinde suffusus est et totum propemodum 250 corpus vitalis calor liquit. [4] Expiranti similem ministri manu excipiunt nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt. Ingens sollicitudo et paene iam luctus in castris erat: [5] flentes querebantur in tanto impetu cursuque rerum omnis aetatis ac memoriae clarissimum regem non in acie saltem, non ab hoste deiectum, sed abluentem aqua corpus ereptum 255 esse et extinctum. [6] Instare Dareum, victorem antequam vidisset hostem. Sibi easdem terras, quas victoria peragrassent, repetendas: omnia aut ipsos aut hostes populatos. Per vastas solitudines, etiam si nemo insequi velit, euntes fame atque inopia debellari posse. [7] Quem signum daturum fugientibus? Quem ausurum Alexandro succedere? Iam, ut ad Hel- 260 lespontum fuga penetrarent, classem, qua transeant, quem praepa-

PBoMbBLV

237 T[h]arson **ς** 238 op<p>idum **B**^{corr} 239 Parmenione] **L**^{corr}: per- **ω** 243 Cydnus] cythius **L** interfluit] interflut **P** *a. c.* et tunc] *suspectum:* et *om.* **Bo**, tunc et *coni. Lucarini (cf. 8.10.9)* 245 accendit] *primum* -c- **V**^{corr} *in ras.* esse coeperat] *Orelli*: exceperat **PB**^{corr}**LV**: excoep- **B**: occeperat *Meiser*: inceperat *Baehrens* 248 ratus] raptus **B** *a. c.* si] si * **V** 249 contentum] contemptum **L** ingressi] ingresso **L**^{corr} 252 sollicitudo] solcitudo **L** *a. c.* 255 deiectum] iectum **PBoMb** ereptum] eruptum **P** *a. c.*: er*eptum **V** 258 aut] haut **P** *a. c.* si] si * **V**

raturum? [8] Rursus in ipsum regem misericordia versa, illum florem iuventae, illam vim animi, eundem regem et commilitonem divelli a se et abrumpi inmemores sui querebantur. [9] Inter haec liberius meare spiri- XIII
265 tus coeperat, adlevaratque rex oculos et paulatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat, laxataque vis morbi ob hoc solum videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat. [10] Animi autem aegritudo corpus urgebat: quippe Dareum quinto die in Cilicia fore nuntiabatur. Vinctum ergo se tradi et tantam victoriam eripi sibi ex manibus
270 obscuraque et ignobili morte in tabernaculo extingui se querebatur. [11] Admissisque amicis pariter ac medicis: «In quo me» inquit «articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi videor et, qui ultro intuli bellum, iam provocor. [12] Dareus ergo, cum tam superbas litteras scriberet, fortunam meam in
275 consilio habuit; sed nequiquam, si mihi arbitrio meo curari licet. [13] Lenta remedia et segnes medicos non expectant tempora mea: vel mori strenue quam tarde convalescere mihi melius est. Proinde, si quid opis, si quid artis in medicis est, sciant me non tam mortis quam belli remedium quaerere». [14] Ingentem omnibus incusserat curam tam praeceps temeritas
280 eius. Ergo pro se quisque precari coepere, ne festinatione periculum augeret, sed esset in potestate medentium: [15] inexperta remedia haud iniuria ipsis esse suspecta, cum ad perniciem eius etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis. [16] Quippe Dareus mille talenta interfectori Alexandri daturum se pronuntiari iusserat. Itaque ne ausurum quidem
285 quemquam arbitrabantur experiri remedium, quod propter novitatem posset esse suspectum.

PBoMbBLV

262 Rursus] russus **B** *a. c.* **V** misericordia] misericordiam **V** 263 vim] *ita* **L**corr *in ras.* commilitonem] commitonem **P** *a. c.* 265 adlevaratque] *Meiser*: adlevabatque **ω** 266 laxataque] lataque **L** *a. c.* ob] *Iunius*: ad **ω** 268 Cilicia] cilia **L** *a. c.* 269 Vinctum ... tradi] *Maerebat scilicet Alexander se pugnae inhabilem ("vinctum", cf. Tac. hist. 1.79.2) esse sermonibus differri: qua re comperta Dareum iter maturare cogitabat (cf. 3.7.1); male interpretes* 271 pariter] parater **P** *a. c.* 277 opis] *om.* **B** *a. c.* 281 haud] aut **P** *a. c.* 286 posset] possit **PBoMb**

XIV **VI** Erat inter nobiles medicos, ex Macedonia regem secutus, Philippus, natione Acarnan, fidus admodum regi: puero comes et custos salutis datus, non ut regem modo, sed etiam ut alumnum eximia caritate diligebat. 290
[2] Is non praeceps se, sed strenuum remedium adferre tantamque vim morbi potione medicata levaturum esse promisit. Nulli promissum eius placebat praeter ipsum, cuius periculo pollicebatur. [3] Omnia quippe facilius quam moram perpeti poterat: arma et acies in oculis erant et victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum ante signa stare 295 potuisset, id ipsum, quod post diem tertium medicamentum sumpturus esset (ita enim medicus praedixerat), aegre ferens. [4] Inter haec a Parmenione, fidissimo purpuratorum, litteras accipit, quibus ei denuntiabat, ne salutem suam Philippo committeret: mille talentis a Dareo et spe nuptiarum sororis eius esse corruptum. [5] Ingentem animo 300 sollicitudinem litterae incusserant, et, quicquid in utramque partem aut metus aut spes subiecerat, secreta aestimatione pensabat: [6] «Bibere perseverem, ut, si venenum datum fuerit, ne inmerito quidem, quidquid acciderit, evenisse videatur? Damnem medici fidem? In tabernaculo ergo me opprimi patiar? At satius est alieno me mori scelere quam metu nos- 305 tro». [7] Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum esset, enuntiat epistulamque, sigillo anuli sui inpresso, pulvino, cui incubabat, subiecit.
XV [8] Inter has cogitationes biduo absumpto, inluxit a medico destinatus dies et ille cum poculo, in quo medicamentum diluerat, intravit. [9] Quo viso Alexander, levato corpore in cubili, epistulam a Parmenione missam sinis- 310 tra manu tenens accipit poculum et haurit interritus; tum epistulam legere Philippum iubet nec a vultu legentis movit oculos, ratus aliquas conscientiae notas in ipso ore posse deprehendere. [10] Ille, epistula perlec-

PBoMbBLV

288 secutus] secutos *Meiser* 289 Acarnan] *Iunta*: arcanan **ω** datus] -u- **L**corr *in ras.* 291 Is] *is **P** tantamque] tamt- **P** 298 Parmenione] per- **L** *a. c., ut vid.,* **V** litteras] litteris **L** *a. c.* 299 committeret] commiteret **P** 301 sollicitudinem] solluc- **V** 302 subiecerat] subiecerant **V** *a. c.* 303 fuerit] -ue- *non disp. in* **B** 304 acciderit] **BV**corr: accidere **P**: acccideret **LV** 305 At] a*t **V** me] *del. Kinch* 307 pulvino] puluno **L** incubabat] incumbebat **B** 309 poculo] populo **V** *a. c.* 310 cubili] **Sig**: cubile **ω**: cubitum **ς** 311 haurit] aurit **P**

ta, plus indignationis quam pavoris ostendit proiectisque vinculo et litteris
315 ante lectum: «Rex,» inquit «semper quidem spiritus meus ex te pependit,
sed nunc vere, arbitror, sacro et venerabili ore trahitur. [11] Crimen parricidii,
quod mihi obiectum est, tua salus diluet: servatus a me vitam mihi dederis.
Oro quaesoque, omisso metu patere medicamentum concipi venis; laxa
paulisper animum, quem intempestiva sollicitudine amici sane fideles,
320 sed moleste seduli, turbant.» Non securum modo haec vox, sed etiam
laetum regem ac plenum bonae spei fecit. [12] Itaque: «Si di,» inquit
«Philippe, tibi permisissent, quo maxime modo velles animum experiri
meum, alio profecto voluisses, sed certiore, quam expertus es, ne optasses
quidem. [13] Hac epistula accepta tamen, quod dilueras, bibi; et nunc crede
325 me non minus pro tua fide quam pro mea salute esse sollicitum». Haec
elocutus, dextram Philippo offert. [14] Ceterum tanta vis medicamenti fuit, XVI
ut, quae secuta sunt, criminationem Parmenionis adiuverint: interclusus
spiritus arte meabat. Nec Philippus quicquam inexpertum omisit: ille
fomenta corpori admovit, ille torpentem nunc cibi nunc vini odore
330 excitavit. [15] Atque ut primum mentis compotem esse sensit, modo matris
sororumque, modo tantae victoriae adpropinquantis admonere non
destitit. [16] Ut vero medicamentum se diffudit in venas et sensim toto
corpore salubritas percipi potuit, primum animus vigorem suum, deinde
corpus quoque expectatione maturius recuperavit: quippe post tertium
335 diem, quam in hoc statu fuerat, in conspectum militum venit. [17] Nec
avidius ipsum regem quam Philippum intuebatur exercitus: pro se
quisque, dextram eius amplexi, grates habebant velut praesenti deo.

PBoMbBLV

314 vinculo] *Camps*: amiculo **ω** 316 trahitur] <tuo> trahitur *Hug*: trahitur <tuo> *Müller*: trahi tuo *Meiser, Büttner; ceterum* tuo *subaudiri posse recte contendit Baehrens* 317 dederis] *om.* **P** *a. c.* 318 omisso] amisso **Σ** 322 maxime modo] modo maxime **P**corr**Σ** 323 profecto] **ς**: profectum **ω** 324 tamen] *ita* **L**corr *in ras.* bibi; et] bibet **P** *a. c.* 326 elocutus] locutus **Σ** 327 criminationem] criman- **P** *a. c.* 329 cibi] *def. Lindgren coll. Hipp. Περὶ τροφῆς 50* : cibo *Hedicke* 332 vero] vero* **V** medicamentum] mecamentum **P** *a. c.* 333 percipi] perci **P** *a. c.* animus] animos **P** *a. c.* vigorem] victorem **P**: vicgorem **P**corr 334 expectatione] expectationem **LV** 337 velut] *om.* **L** *a. c.*

Namque haud facile dictu est, praeter ingenitam illi genti erga reges suos venerationem, quantum huius utique regis vel admirationi dediti [ei] fuerint vel caritate flagraverint. [18] Iam primum nihil sine divina ope adgredi videbatur: nam cum praesto esset ubique fortuna, et temeritas in gloriam cesserat. [19] Aetas quoque, vix tantis matura rebus, sed abunde sufficiens, omnia eius opera honestabat, et, quae leviora haberi solent, plerumque militari gratiora vulgo sunt: exercitatio corporis inter ipsos, cultus habitusque paulum a privato abhorrens, militaris vigor; [20] quis ille vel ingenii dotibus vel animi artibus, ut pariter carus ac verecundus esset, effecerat. 340 345

XVII **VII** At Dareus, nuntio de adversa valitudine eius accepto, celeritate, quantam capere tam grave agmen poterat, ad Euphraten contendit iunctoque eo pontibus quinque tamen diebus traiecit exercitum, Ciliciam occupare festinans. [2] Iam Alexander, viribus corporis receptis, ad urbem Solos pervenerat; cuius potitus, ducentis talentis multae nomine exactis, arci praesidium militum inposuit. [3] Vota deinde pro salute suscepta per ludum atque otium reddens ostendit, quanta fiducia barbaros sperneret: quippe Aesculapio et Minervae ludos celebravit. [4] Spectanti nuntius laetus adfertur, <H>alicarnaso Persas acie a suis esse superatos, Myndios quoque et Caunios et pleraque tractus eius suae facta dicionis. [5] Igitur, edito spectaculo ludicro castrisque motis et Pyramo amne ponte iuncto, ad urbem Mallum pervenit, inde alteris castris ad oppidum Castabalum. 350 355 360

PBoMbBLV

338 dictu] dictum **PLV** 339 admirationi] admiratione **P** *a. c.* [ei] *om. Laetus* (deditei **V**) 340 nihil] *om.* **L** *a. c.* sine] sane **B** *a. c.* 341 videbatur] vedebatur **L** *a. c.* fortuna, et temeritas] *Novák*: fortunae temeritas **ω** 342 in] *om.* **B** *a. c.* Aetas] aestas **V** matura] na- **V** abunde] hab- **P** 343 honestabat] hostebat **P** *a. c.* 344 militari] in re militari **P**corr**Σ** 345 abhorrens] abo-**P** 346 ingenii] ingeni*i **V** pariter] partem **B** verecundus] verendus **B**corr: venerandus *Laetus fort. recte, sed cf. Lindgren, Löfstedt* 350 quantam] quantum **BoMbL** Euphraten] *Snakenburgius*: eufr- **ω** 351 Ciliciam] ciliam **V** 352 occupare] ocu- **V** 353 Solos] solus **P** *a. c.* **V**: solas **L**: salonas **L**corr potitus] -tus **V**corr *in ras.*: potentibus expulsis **Col** 356 Aesculapio] culapio **B** *a. c.* 357 <H>alicarnaso *Hedicke* 359 Pyramo] pir- **P** 360 Mallum] malum **L** Castabalum] *Bruno*: castabulum **ω**

6 Ibi Parmenio regi occurrit: praemiserat ad explorandum iter saltus, per quem ad urbem Isson nomine penetrandum erat. 7 Atque ille, angustiis eius occupatis et praesidio modico relicto, Isson quoque desertam a barbaris ceperat. Inde progressus, deturbatis qui interiora montium obsidebant, (365) praesidiis cuncta firmavit occupatoque itinere, sicut paulo ante dictum est, idem et auctor et nuntius venit. 8 Isson deinde rex copias admovit; ubi consilio habito, utrumne ultra progrediendum foret an ibi opperiendi essent novi milites, quos ex Macedonia adventare constabat, Parmenio non alium locum proelio aptiorem esse censebat. 9 Quippe illic utriusque (370) regis copias numero futuras pares, cum angustiae multitudinem non caperent: planitiem ipsis camposque esse vitandos, ubi circumiri, ubi ancipiti acie opprimi possent. Timere, ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur: Persas recentes subinde successuros, si laxius stare potuissent. 10 Facile ratio tam salubris consilii accepta est. Itaque (375) inter angustias saltus hostem opperiri statuit.

XVIII 11 Erat in exercitu regis Sisenes Perses; quondam a praetore Aegypti missus ad Philippum donisque et omni honore cultus exilium patria sede mutaverat; secutus deinde in Asiam Alexandrum, inter fideles socios habebatur. 12 Huic epistulam Cretensis miles obsignatam anulo, cuius (380) signum haud sane notum erat, tradidit. Nabarzanes, praetor Darei, miserat eam hortabaturque Sisenem, ut dignum aliquid nobilitate atque m<ai>oribus suis ederet: magno id ei apud regem honori fore. 13 Has litteras Sisenes, utpote innoxius, ad Alexandrum saepe deferre temptavit; sed cum tot curis apparatuque belli regem videret urgueri, aptius subinde (385) tempus expectans, suspicionem initi scelesti consilii praebuit. 14 Namque epistula, priusquam ei redderetur, in manus Alexandri pervenerat,

PBoMbBLV

361 praemiserat] praemissus erat *Hedicke* 364 ceperat] coep- **P** 367 consilio] *om.* **B** *a. c.* **L** *a. c.* habito] ab- **L** utrumne] ut ni** **P**: utrumn **P**^{corr} opperiendi] opperiundi **P** *a. c.* 369 aptiorem] a- **L**^{corr} *in ras.* 372 ancipiti] anticipiti **P**: ancipati **V** *a. c.* possent] **BoMb**: possint **ω** 376 Sisenes] Sisines *Laetus, semper* Aegypti] aegipti **P** 379 Huic] hic **L** *a. c.* anulo] a nullo **P** *a. c.* 380 haud] haut **P** *a. c.* Nabarzanes] nabarzanas **Σ** 382 m<ai>oribus *Acidalius* 385 consilii] consili*i **V**

lectamque eam et ignoti anuli sigillo inpresso, Siseni dari iusserat ad aestimandam fidem barbari. [14] Qui, quia per conplures dies non adierat regem, scelesto consilio eam visus est suppressisse et in agmine a Cretensibus haud dubie iussu regis occisus. 390

XIX **VIII** Iamque Graeci milites, quos Thymodes a Pharnabazo acceperat, praecipua spes et propemodum unica, ad Dareum pervenerant. [2] Hi[i] magnopere suadebant, ut retro abiret spatiososque Mesopotamiae campos repeteret; si id consilium damnaret, at ille divideret saltem in- 395 numerabiles copias neu sub unum fortunae ictum totas vires regni cadere pateretur. [3] Minus hoc regi quam purpuratis eius displicebat: ancipitem fidem et mercede venalem proditioni imminere et dividi non ob aliud copias velle, quam ut ipsi in diversa digressi, si quid commissum esset, traderent Alexandro: [4] nihil tutius fore quam circumdatos eos 400 exercitu toto obrui telis, documentum non inultae perfidiae futuros. [5] At Dareus, ut erat sanctus ac mitis, se vero tantum facinus negat esse facturum, ut suam secutos fidem, suos milites iubeat trucidari: quem deinde amplius nationum exterarum salutem suam crediturum sibi, si tot militum sanguine inbuisset manus? [6] Neminem stolidum consilium 405 capite luere debere; defuturos enim qui suaderent, si suasisse periculosum esset. Denique ipsos cotidie ad se advocari in consilium variasque sententias dicere, nec tamen melioris fidei haberi, qui prudentius suaserit. [7] Itaque Graecis nuntiare iubet ipsum quidem benivolentiae illorum gratias agere; ceterum, si retro ire pergat, haud dubie regnum hostibus 410

PBoMbBLV

387 lectamque eam] lectaque ea **P**^{corr} anuli] anilii **P**: anulli **V** Siseni] seni **V** 392 Thymodes] **ς**: thim- **PLV**:thin- **B**, *cf. 3.3.1* Pharnabazo] *Aldus*: ba- **ω** 393 Hi[i] **M** 394 abiret] ha- **P** Mesopotamiae] mesotamiae **Σ** *(in* **BV** *deinde corr.)* 395 saltem] saltim **P**^{corr}**Σ** 396 neu] ne* **L** 397 pateretur] putaretur **B** *a. c.* 398 proditioni] *Bentleius*: proditionem **ω**: in proditionem *Köhler, cf. Nováki Specil.* 400 esset] esse **V** circumdatos] circumdotos **P** *a. c.* 402 facinus] facimus **V** *a. c.* 405 militum] milium **V** *a. c.* Neminem] nemidem **V** consilium] consili*um **L** 406 defuturos] defuturus **P**: defutur **L** *a. c.* periculosum] periculum **L** *a. c.* 407 ad se] a se **P** 409 nuntiare] nuntiari **ς**, *sed cf. 3.3.7* 410 regnum] regum **L** *a. c.*

traditurum: fama bella stare et eum, qui recedat, fugere credi. [8] Trahendi vero belli vix ullam esse rationem: tantae enim multitudini, utique cum iam hiems instaret, in regione vasta et invicem a suis atque hoste vexata non suffectura alimenta. [9] Ne dividi quidem copias posse servato more
415 maiorum, qui universas vires discrimini bellorum semper obtulerint. [10] Et, hercule, terribilem antea regem et absentia sua ad vanam fiduciam elatum, postquam adventare se senserit, cautum pro temerario factum delituisse inter angustias saltus ritu ignobilium ferarum, quae, strepitu praetereuntium audito, silvarum latebris se occulerint. [11] Iam etiam
420 valitudinis simulatione frustrari suos milites. Sed non amplius ipsum esse passurum detrectare certamen: in illo specu, in quem pavidi recessissent, oppressurum esse cunctantes. Haec magnificentius iactata quam verius. [12] Ceterum, pecunia omni rerumque pretiosissimis Damascum Syriae cum modico praesidio militum missis, reliquas copias in Ciliciam
425 duxit, insequentibus more patrio agmen coniuge ac matre. Virgines quoque cum parvo filio comitabantur patrem. XX

[13] Forte eadem nocte et Alexander ad fauces, quibus Syria aditur, et Dareus ad eum locum, quem Amanicas Pylas vocant, pervenit. [14] Nec dubitavere Persae, quin Isso[n] relicta, quam ceperant, Macedones
430 fugerent; nam etiam saucii quidam et invalidi, qui agmen non poterant persequi, excepti erant. [15] Quos omnis instinctu purpuratorum barbara feritate saevientium praecisis adustisque manibus circumduci, ut copias suas noscerent, satisque omnibus spectatis nuntiare, quae vidissent, regi suo iussit. [16] Motis ergo castris properat ad Pinarum amnem, in tergis,

PBoMbBLV

412 ullam] ullum **B** *a. c.*: illam **L** *a. c.* 413 hiems] **M**: hiaepms **P**: hiemps **Σ** instaret] staret **L** *a. c.* 417 delituisse] **ς**: dilituisse **ω** 419 occulerint] occulerent *Acidalius* 421 detrectare] **M**: detractare **ω** certamen] certamini **B** *a. c.* 422 iactata] iactata <sunt> **B**[corr] 424 Syriae] *suspectum, cf. Steinhoff* Ciliciam] ciliam **V** 425 patrio] patria **P** *a. c.* agmen] agmine **L**[corr] matre] matre*** **P** Virgines] vigines **P** *a. c.* 427 *alterum* et *om.* **PBoMb** 428 Pylas] *Merula*: pilas **ω** 429 Isso[n] *Aldus* ceperant] coep- **PB** *a. c.* 430 saucii] sauui **LV** 432 saevientium] sevenientium **V** 434 suo] suo ****** **V** properat ad] *Meiser (qui etiam* petit *coniecit)*: superat **ω**

XXI ut credebat, fugientium haesurus. At illi, quorum amputaverat manus, 435
ad castra Macedonum penetrant, Dareum, quanto maximo cursu pos-
set, sequi nuntiantes. [17] Vix fides habebatur; itaque speculatores <in>
maritimas regiones praemissos explorare iubet, ipse adesset an
praefectorum aliquis speciem praebuisset universi venientis exercitus.
[18] Sed cum speculatores reverterentur, procul ingens multitudo conspecta 440
est. Ignes deinde totis campis conlucere coeperunt omniaque velut
continenti incendio ardere visa, cum incondita multitudo maxime propter
iumenta laxius tenderet. [19] Itaque eo ipso loco metari suos castra iusse-
rat, laetus, quod omni expetierat voto, in illis potissimum angustiis
decernendum fore. 445

[20] Ceterum, ut solet fieri cum ultimi discriminis tempus adventat, in
sollicitudinem versa fiducia est. Illam ipsam fortunam, qua adspirante
res tam prospere gesserat, verebatur (nec iniuria) ex iis, quae tribuisset
sibi, quamque mutabilis esset reputabat: unam superesse noctem, quae
tanti discriminis moraretur eventum. [21] Rursus occurrebat maiora periculis 450
praemia et, sicut dubium esset an vinceret, ita illud utique certum esse,
honeste et cum magna laude moriturum. [22] Itaque corpora milites curare
iussit ac deinde tertia vigilia instructos et armatos esse. Ipse in iugum
editi montis escendit multisque conlucentibus facibus patrio more
sacrificium dis praesidibus loci fecit. [23] Iamque tertium, sicut praeceptum 455
erat, signum tuba miles acceperat, itineri simul paratus ac proelio
strenueque iussi procedere oriente luce pervenerunt ad angustias, quas
occupare decreverant. [24] Dareum xxx inde stadia abesse praemissi

PBoMbBLV

436 Macedonum] Macedo****num **V** 437 <in> *add.* **ς** 438 maritimas] mari in eas *Meiser* praemissos] *ante* maritimas *transp. Büttner*: praeter Isson *Vogel* 439 venientis] venientes **P** *a. c.* 440 cum] dum *Hedicke* 444 angustiis] angustias **P** *a. c.* 446 discriminis] discrimis **L** *a. c.* 447 sollicitudinem] solitudinem **P** *a. c.* **Mb**: solicit- **V** fortunam] fortuna **P** 448 nec] ne **L** *a. c.* iis] his **ω** 449 quamque] quam *Aldus* 450 Rursus] russus **B** 451 vinceret] unceret **V** *a. c.* illud] ilud **P** 454 montis] montes **P** escendit] ascendit **L**^{corr} 456 itineri] **BoMb**: itinere **ω** 458 xxx] $\overline{\text{xxx}}$ **B** praemissi] praemissa **P** *a. c.*: praemisi **L**

indicabant. Tunc consistere agmen iubet armisque ipse sumptis aciem
460 ordinat.

Dareo adventum hostium pavidi agrestes nuntiaverunt, vix credenti XXII
occurrere etiam, quos ut fugientes sequebatur. [25] Ergo non mediocris
omnium animo<s incessit> formido (quippe itineri <quam> proelio
aptiores erant) raptimque arma capiebant. Sed ipsa festinatio dis-
465 currentium suosque ad arma vocantium maiorem metum incussit. [26] A-
lii in iugum montis evaserant, ut hostium agmen inde prospicerent; e-
quos plerique frenabant. Discors exercitus nec ad unum intentus
imperium vario tumultu cuncta turbaverat. [27] Dareus initio iugum montis
cum parte copiarum occupare statuit, et a fronte et a tergo circumiturus
470 hostem, a mari quoque, quo dextrum eius cornu tegebatur, alios
obiecturus, ut undique urgueret. [28] Praeter haec viginti milia praemissa
cum sagittariorum manu Pinarum amnem, qui duo agmina interfluebat,
transire et obicere sese Macedonum copiis iusserat; si id praestare non
possent, retrocedere in montes et occulte circumire ultimos hostium.
475 [29] Ceterum destinata salubriter omni ratione potentior fortuna discussit:
[30] quippe alii prae metu imperium exequi non audebant, alii frustra
exequebantur, quia, ubi partes labant, summa turbatur.

IX Acies autem hoc modo stetit. Nabarzanes equitatu dextrum cornu XXIII
480 tuebatur, additis funditorum sagittariorumque viginti fere milibus. [2] In
eodem Thymodes erat, Graecis peditibus mercede conductis, triginta
milibus, praepositus. Hoc erat haud dubie robur exercitus, par

PBoMbBLV

462 Ergo] <Invadebat> ergo *Hedicke*: <Turbavit> ergo *Walter*: <Erat> ergo *Post* 463 animo<s incessit> *Vogel*: animo<s capiebat> *Bardon*: animo <suberat> *Paladini* formido] formido <occupavit> *Novák*: formido <incesserat> *Merula* <quam> *add.* **OBoMb** 464 capiebant] cupiebant **L** *a. c.* ipsa] -a **L**^{corr} *in ras.* 467 frenabant] frenebant **Σ** *(in* **BV** *deinde corr.)* 469 fronte] *cf. 4.13.29-30* 471 obiecturus] obiecturos **P** *a. c.* 472 manu] manus **V** 473 si id] s*i* **V** *(supra alt. * scriptum est* id*)* 479 stetit] stetit* **P** Nabarzanes] **ς**: nabar*zenes **P**: nabarzanas **Σ** 480 funditorum] funditorem **B** *a.c.* 481 Thymodes] thimodes **Σ**, *cf. 3.3.1* 482 Hoc] **BoMb**: haec **ω** dubie] **ς**: dubium **ω**

Macedonicae phalangi acies. 3 In laevo cornu Aristomedes Thessalus XX
<milia> barbarorum peditum habebat. In subsidiis pugnacissimas
locaverat gentes. 4 Ipsum regem in eodem cornu dimicaturum tria milia 485
delectorum equitum, adsueta corporis custodia, et pedestris acies,
quadraginta milia, sequebantur; 5 Hyrcani deinde Medique equites; his
proximi ceterarum gentium, ultra eos dextra laevaque dispositi. Hoc
agmen, sicut dictum est, instructum VI milia iaculatorum funditorumque
antecedebant. 6 Quidquid in illis angustiis adiri poterat, inpleverant 490
copiae, cornuaque hinc ab iugo, illinc a mari stabant. Uxorem matremque
regis et alium feminarum gregem in medium agmen acceperant.

XXIV 7 Alexander phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in
fronte constituit. Dextrum cornu Nicanor, Parmenionis filius, tuebatur;
huic proximi stabant C<o>enos et Perdiccas et M[o]eleager <et> Pt[h]olo- 495
m<a>eus et Amyntas, sui quisque agminis duces. 8 In laevo, quod ad
mare pertinebat, Craterus et Parmenio erant, sed Craterus Parmenioni
parere iussus. Equites ab utroque cornu locati: dextrum Macedones Thes-
salis adiuncti<s>, laevum Peloponnesii tuebantur. 9 Ante hanc aciem posu-
erat funditorum manum sagittariis admixtis. Thraces quoque et Cretenses 500
ante agmen ibant, et ipsi leviter armati. 10 At iis, qui praemissi ab Dareo
iugum montis insederant, Agrianos opposuit ex Thraecia nuper advectos.
Parmenioni autem praeceperat, ut, quantum posset, agmen ad mare
extenderet, quo longius abesset acies montibus, quos occupaverant
barbari. 11 At illi, neque obstare venientibus nec circumire praetergressos 505
ausi, funditorum maxime aspectu territi profugerant, eaque res Alexandro

PBoMbBLV

483 Macedonicae] madonicae **P** Aristomedes] *Vindelinus*: aristomedis **ω** 484 <milia> *add.* **L**corr 489 milia] *om.* **LV** 493 qua] **ς**: quo **ω** 494 Parmenionis] per- **Σ** 495 C<o>enos *Aldus* M[o]eleager *Laetus* <et> *add.* **ς** Pt[h]olom<a>eus *Hedicke* 496 Amyntas] amintas **Σ** ad] a **L** 497 Craterus] creterus **P** *a. c.* erant, sed Craterus Parmenioni] *om.* **V** *a. c.* *(ceterum* permenioni **B***)* 499 adiuncti<s> *Erasmus* Peloponnesii] *Heinsius*: peloponensi **ω** tuebantur] tuebatur **L** *a. c.* 501 iis] **Bo**: *is **P**: his **Σ** 502 Thraecia] *Stangl (praeeunte Eussnero*: Thracia*)*: graetia **ω** 503 posset] om. **P** *a. c.* **BoMbL** *a. c.* 505 venientibus] **ς**: venienti* **P**: venientes **BoMbL**: venientis **BV** praetergressos] praetergressus **P** *a. c.* 506 funditorum] fundatorum

tutum agminis latus, quod, ne superne incesseretur, timuerat, praestitit.
[12] [xxx et duo armatorum ordines ibant: neque enim latius extendi aciem
patiebantur angustiae. Paulatim deinde laxare se<m>et sinus montium
510 et maius spatium aperire coeperant, ita ut non pedes solum *pluribus* ordine
incedere, sed etiam lateribus circumfundi posset equitatus].

X Iam in conspectu, sed extra teli iactum utraque acies erat, cum priores xxv
Persae inconditum et trucem sustulere clamorem. [2] Redditur et a
515 Macedonibus, maior exercitus numero, iugis montium vastisque saltibus
repercussus: quippe semper circumiecta nemora petraeque, quantam-
cumque accepere vocem, multiplicato sono referunt. [3] Alexander ante
prima signa ibat, identidem manu suos inhibens, ne suspensi acrius ob
nimiam festinationem concitato spiritu capesserent proelium. [4] Cum-
520 que agmini obequitaret, varia oratione, ut cuiusque animis aptum erat,
milites adloquebatur. Macedones, tot bellorum in Europa victores, ad
subigendam Asiam atque ultima Orientis non ipsius magis quam suo
ductu profecti, inveteratae virtutis admonebantur: [5] illos terrarum orbis
domitores emensosque olim Herculis et Liberi Patris terminos non Persis
525 modo, sed etiam omnibus gentibus inpondituros iugum: Macedonum

PBoMbBLV

P *a. c.*

507 tutum] totom **V**: totum **V**[corr] 508 [xxx et duo ... equitatus] *hic prorsus aliena. Melius post* ordinat *(3.8.24) starent. Cf. Vogel NJhBb 1870* 509 se<m>et *Hedicke*: sese *Vogel* 510 *pluribus*] *del. Mützell*: pluribus <pariter gradientibus> *Courtney* 513 iactum] **P**: iam tum **Σ** *(in* **V** *deinde corr.)* utraque] u*t- **L** priores] **Bo**: prioris **ω** 515 maior] maior <quam pro> *Meiser* 516 quantamcumque] quantumcumque **Σ** 517 accepere] **L**[corr]: accipere **ω** 518 manu] manu* **P** suspensi] pugnae cupidine incensi *Shackleton Bailey* acrius] *cum* capesserent *coniungendum, cfr. 4.16.14, 5.3.10, 8.11.15, 8.14.26* 520 varia oratione] vario ratione **P** *a. c.*: variatione **V** *a. c.* cuiusque] cuiuscumque **V** 521 Europa] europ*a **P** *(fort. fuit* europia*)*: eupopa **L** *a. c.* 523 ductu] *mirum (*doctu **V** *a. c.)*: instinctu *coni. Lucarini, cf. tamen ThLL s. v. "ductus" 2171, 2-3* 524 domitores] *Lucarini (de quo iam cog. Vogel)*: liberatores **ω** *(*libecatores **V***), ex* Liberi *ortum: ceterum cum* impositiuros iugum *haud congruit. Cf. 3.12.19*: imperatores *Meiser* Liberi] liberari **P** *a. c*.

provincias Bactra et Indos fore; minima esse, quae nunc intuerentur, sed omnia victoria aperiri. [6] Non in praeruptis petris Illyriorum et Thraciae saxis sterilem laborem fore: spolia totius Orientis offerri. Vix gladio futurum opus: totam aciem suo pavore fluctuantem umbonibus posse propelli. [7] Victor ad haec Atheniensium Philippus pater invocabatur, domi- 530
taeque nuper Boeotiae et urbis in ea nobilissimae ad solum dirutae species repraesentabatur animis. Iam Granicum amnem, iam tot urbes aut expugnatas aut in fidem acceptas omniaque, quae post tergum erant, strata et pedibus ipsorum subiecta memorabat. [8] Cum adierat Graecos, admonebat ab his gentibus inlata Graeciae bella Darei prius, deinde Xerxis 535
insolentia[e], aquam ipsos terramque poscentium, ut neque fontium haustum nec soli[tos] cibos relinquere<n>t deditis. [9] Ab his templa ruinis et ignibus esse deleta, urbes eorum expugnatas, foedera divini humanique iuris violata referebat. Illyrios vero et Thracas rapto vivere adsuetos, aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri iubebat, praedam non 540
arma gestantem: [10] irent et inbellibus feminis aurum viri eriperent, aspera montium suorum iuga nudasque calles et perpetuo rigentes gelu divitibus Persarum campis agrisque mutarent.

XXVI **XI** Iam ad teli iactum pervenerant, cum Persarum equites ferociter in 545
laevum cornu hostium invecti sunt: quippe Dareus equestri proelio decernere optabat, phalangem Macedonici exercitus robur esse coniectans; iamque etiam dextrum Alexandri cornu circumibatur. [2] Quod ubi Ma-

PBoMbBF(*a* 528 Vix)**LV**

526 Indos] :n- **B** 527 victoria] victori **P**^{corr}**Σ** Illyriorum] illir- **Σ** 529 suo] su<bit>o *Vogel* 530 ad haec] *del. Kinch* 531 Boeotiae] boetiae **BFL**^{corr}**V**: botiae **L** urbis] **P**^{corr}**B**^{corr}**V**^{corr}: urbes **ω** 532 amnem] **BoMb**: agnem **P**: agmen **P**^{corr}**Σ** iam] *om.* **P** *a. c.* 533 omniaque, quae] **O**: omnia quaeque **ω**: omnia quaecunque *Vogel, cf. Nováki Specil.* post tergum] postergum **Σ** 535 ab] ad **V** 536 insolentia[e] *Bruno* fontium] fortium **P** *a. c.* 537 haustum] au- **F** soli[tos] *Eussner* relinquere<n>t **BoMb** deditis. Ab his] *Zumpt*: dedita eis **ω**: deditis. Ab eisdem *Novák*: deditae. Bis *Jeep* 539 Illyrios] illirios **Σ** (illios **V** *a. c.*) 542 divitibus] ditibus **P**^{corr}**Σ** 545 ad teli] teli ad **V** *a. c.* 547 robur] robor **P** *a. c.*

cedo conspexit, duabus alis equitum ad iugum montis iussis subsistere,
550 ceteros in medium belli discrimen strenue transfert. [3] Subductis deinde
ex acie T<h>essalis equitibus, praefectum eorum occulte circumire tergum
suorum iubet Parmenionique coniungi et, quod is impe[t]rasset, inpigre
exequi. [4] Iamque ipse in medium Persarum <...> undique circumfusi
egregie tuebantur, sed conferti et quasi cohaerentes tela vibrare non pot-
555 erant: simul erant emissa, [in eosdem] concurrentia inplicabantur levique
et vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant. Ergo,
comminus pugnam coacti conserere, gladios inpigre stringunt. [5] Tum
vero multum sanguinis fusum est: duae quippe acies ita cohaerebant, ut
armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent. Non timido, non ignavo
560 cessare tum licuit: collato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eo-
dem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi facerent. [6] [Tum de-
mum ergo promovebant gradum, cum hostem prostraverant.] At illos
novus excipiebat advers<ari>us fatigatos, nec vulnerati, ut alias solent,
acie poterant excedere, cum hostis instaret a fronte, a tergo sui urgerent.
565 [7] Alexander non ducis magis quam militis munia exequebatur, opimum xxvii
decus caeso rege expetens: quippe Dareus curru sublimis eminebat, et
suis ad se tuendum et hostibus ad incessendum ingens incitamentum.
[8] Ergo frater eius Oxathres, cum Alexandrum instare ei cerneret, equites,
quibus praeerat, ante ipsum currum regis obiecit. Armis et robore corporis
570 multum super ceteros eminens, animo vero et pietate in paucis insignis,

PBoMbBFLV

549 alis] halis **P** 550 Subductis] subditis **L** 551 T<h>essalis **M** 552 coniungi] coniugi **B** *a. c.* impe[t]rasset **B**^{corr} 553 ipse] ipsi **P**^{corr}**Σ**: immissi *Foss* <...> *lac. ind. Madvig* 554 tuebantur] tuebantur <se> *Hedicke* 555 [in eosdem] *del. Kinch*: in easdem **P** *a. c.*: in hostem *Hedicke*: in se eodem *Castiglioni* 557 conserere] conse*rere **P** 558 cohaerebant] cohae*r- **P** 560 collato] -o **L**^{corr} *in ras.* dimicarent] dem- **P** 561 [Tum ... prostraverant] *del. Vogel* 562 At] ad **P** *a. c.* **F** *a. c.* **V** *a. c.* 563 novus] novos **P** *a. c.* advers<ari>us **O** fatigatos] fatigados **P** *a. c.* ut] u **F** *a. c.* 565 magis] magi **FV** *a. c.* exequebatur] **P**^{corr}**B**^{corr}**LV**^{corr}: et sequebatur *rell.* opimum] optimum **L** *a. c.* 566 expetens] expectens **V** 568 Oxathres] exathres **L** *a. c.* Alexandrum] alexandrom **P** *a. c.*: alexdrum **L** *a. c.* 570 paucis insignis] *Vogel*: paucissimis **ω**

illo utique proelio clarus, alios inprovide instantes prostravit, alios in fugam avertit. [9] At Macedones, <qui> circa regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipso in equitum agmen inrumpunt. Tum vero similis ruinae strages erat. Circa currum Darei iacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, sicut 575
dimicantes procubuerant adverso corpore vulneribus acceptis. [10] Inter hos Atizyes et Rheomithres et Sabaces, praetor Aegypti, magnorum exercituum praefecti, noscitabantur; circa eos cumulata erat peditum equitumque obscurior turba. Macedonum quoque non quidem multi, sed promptissimi tamen caesi sunt; inter quos Alexandri dextrum femur 580
leviter mucrone perstrictum est. [11] Iamque qui Dareum vehebant equi, confossi hastis et dolore efferati, iugum quatere et regem curru excutere coeperant, cum ille veritus, ne vivus veniret in hostium potestatem, desilit et in equum, qui ad hoc ipsum sequebatur, inponitur, insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abiectis. [12] Tum vero ceteri 585
dissipantur metu et, qua[e] cuique ad fugam patebat via, erumpunt arma iacientes, quae paulo ante ad tutelam corporum sumpserant: adeo pavor etiam auxilia formidat. [13] Instabat fugientibus eques a Parmenione emissus et forte in illud cornu omnes fuga abstulerat. At in dextro Persae Thessalos equites vehementer urgebant. [14] Iamque una ala ipso inpetu 590
proculcata erat, cum Thessali, strenue circumactis equis, dilapsi rursus in proelium redeunt sparsosque et inconpositos victoriae fiducia barbaros ingenti caede prosternunt. [15] Equi pariter equitesque Persarum, se-

PBoMbBFLV

572 avertit] vertit **P**[corr]**Mb** <qui> *add.* ς erant] <et> erant *Hedicke* 573 firmati] -i **L**[corr] *in ras.* 577 Atizyes] *Modius*: atyzies **ω** Rhoemithres] *Modius*: hroimitres **P**: throimites **BFV**: dyromytes **L** Sabaces] *Aldus*: sataces **ω** Aegypti] aegipti **PF** 580 caesi] laesi *Lucarini* sunt] <vel vulnerati> sunt *Shackleton Bailey*: sunt <vulneratique> *Walch* 581 perstrictum] perstri*ctum **P** Iamque] tam- **P** *a. c.* 583 desilit et] desiliet **F** *a. c.* 584 insignibus] signibus **V** *a. c.* 585 proderent] procederent **P** 586 qua[e] **T** patebat] petebat **L** *a. c.* 587 iacientes] iacientis **Σ** pavor] favor **L** *a. c.* 590 Thessalos] **B**[corr]: tessal**s **P***(fort. fuit* tessaluus*)*: tessal*os **P**[corr]: tessalos **B**: tessalus **FLV**[corr]: salus **V** urgebant] urgebat **P** *a. c.* ala] hala **P**: *ala **L** 592 inconpositos] -positis **P** *a. c.* 593 ingenti] ingente **L** *a. c.*

rie lamnarum [ob id genus] graves, agmen, quod celeritate maxime con-
595 stat, aegre moliebantur: quippe in circumagendis equis segnis Thessali
inulti occupaverant.

[16] Hac tam prospera pugna nuntiata, Alexander, non ante ausus persequi XXVIII
barbaros, utrimque iam victor instare fugientibus coepit. [17] Haud amplius
regem quam mille equites sequebantur, cum ingens multitudo hostium
600 cederet; sed quis aut in victoria aut in fuga copias numerat? Agebantur
ergo a tam paucis pecorum modo et idem metus, qui cogebat fugere, fu-
gientes morabatur. [18] At Graeci, qui in Darei partibus steterant, Amynta
duce (praetor hic Alexandri fuerat, tunc transfuga), abrupti a ceteris haud
sane fugientibus similes evaserant. [19] Barbari longe diversam fugam
605 intenderunt: alii, qua rectum iter in Persidem ducebat, quidam circuitu
rupes saltusque montium occultos petivere, pauci castra Darei. [20] Sed
iam illa quoque victor intraverat, omni quidem opulentia ditia. Ingens
auri argentique pondus, non belli, sed luxuriae apparatum, diripuerant
milites, cumque plus raperent, <quam capere possent>, passim strata
610 erant itinera vilioribus sarcinis, quas in conparatione meliorum avaritia
contempserat. [21] Iamque ad feminas perventum erat, quibus, quo cariora
ornamenta sunt, violentius detrahebantur. Ne corporibus quidem vis ac
libido parcebat. [22] Omni[a] planctu tumultuque, prout cuique fortuna
erat, castra repleverant, nec ulla facies mali deerat, cum per omnes ordi-

PBoMbBFLV

594 [ob id genus] *del. Freinsheimius; ceterum totum locum varie refinxerunt viri docti:* serie lamnarum graves, agmen ad id genus certaminis, quod celeritate *Novák*: serie laminarum graves, agmen ad id genus pugnae, quod celeritate *Müller*: serie lamnarum (ob id genus tegmenti grave agmen) quod celeritate *Prohasel*: serie lamnarum obsiti, genus grave, agmen quod celeritate *Jeep*: serie lamnarum obtecti et ob id graves, genus certaminis quod celeritate *Foss* 595 moliebantur] morie- **V** segnis] *Lucarini*: suis **ω**: illos *Hedicke* 596 inulti] inulti <eos> *Foss* 600 cederet] *Acidalius*: caderet **ω** q. aut] q. haut **P** fuga] fugam **P**: faga **L** *a. c.* 601 metus] metos **P** *a. c.* 602 At] ad **V** Amynta] amunta **V** *a. c.* 605 circuitu] circumitu **Σ** 606 rupes] **V**[corr]: rupis **ω** pauci] pauca **F** 608 luxuriae] luxoriae **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 609 <quam capere possent> *add. Hedicke*: <quam caperent> *Baehrens* 610 vilioribus] vilionibus **L** *a. c.* 612 ornamenta] ornatamenta **L** violentius] volentius **V** 613 Omni[a] *Zumpt* 614 castra] *del. Damsté*

nes aetatesque victoris crudelitas ac licentia vagaretur. [23] Tunc vero in- 615
potentis fortunae species conspici potuit, cum ii, qui Dareo taberna-
culum exornaverant, omni luxu et opulentia instructum eadem illa Alex-
andro, quasi veteri domino, reservabant. Namque id solum intactum o-
miserant milites, ita tradito more, ut victorem victi regis tabernaculo ex-
XXIX ciperent. [24] Sed omnium oculos animosque in semet averterant captivae 620
mater coniunxque Darei: illa non maiestate solum, sed etiam aetate vene-
rabilis, haec formae pulchritudine ne illa quidem sorte corruptae. Rece-
perat in sinum filium nondum sextum annum aetatis egressum, in spem
tantae fortunae, quantam pater eius paulo ante amiserat, genitum. [25] At
in gremio anus aviae iacebant adultae duae virgines, non suo tantum, 625
sed etiam illius maerore confectae. Ingens circa eas nobilium feminarum
turba constiterat, laceratis crinibus abscis<s>aque veste pristini decoris
inmemores, reginas dominasque ve[te]ris quondam, tunc alienis nomini-
bus invocantes. [26] Illae, suae calamitatis oblitae, in utro cornu Dareus
stetisset, quae fortuna discriminis fuisset, requirebant: negabant se captas, 630
si viveret rex. Sed illum equos subinde mutantem longius fuga abstulerat.

[27] In acie autem caesa sunt Persarum peditum C <milia>, decem
equitum. At a parte Alexandri ad quattuor <milia> et quingenti saucii
fuere, ex peditibus CCC omnino et duo desiderati sunt, equitum centum
quinquaginta interfecti: tantulo inpendio ingens victoria stetit! 635

PBoMbBFLV

616 ii] hii **P**^{corr}**Σ** Dareo] cum dareo **P**^{corr}**Σ** 617 exornaverant] exho- **P** eadem illa] *redundant* 618 reservabant] *re- **V** 619 tradito] traditu **P** *a. c.* tabernaculo exciperent] tabernaculum exciperet *Kinch, Shackleton Bailey* 621 Darei] *om.* **V** *a. c.* illa] illa* **V** maiestate] mage- **F** solum] *om.* **P** *a. c.* **L** *a. c.* 622 ne] nec **P**^{corr}**BFL** 624 quantam] quantem **V** *a. c.* 626 eas] *Freinsheimius*: eam **ω**: *del. Heumannus* 627 abscis<s>aque *Laetus* decoris] decores **P** *a. c.* 628 ve[te]ris **B**^{corr} 629 utro] **P**^{corr}**BF**: utroque **PF**^{corr}**LV** cornu] ornu **P** *a. c.*: *post* oblitae *v.* cornu *ponunt* **BoMb**: nornu **F** 630 quae ... fuisset] *om.* **P** *a. c.* requirebant] *post* stetisset **Mb** 632 <milia> *add.* **MO** 633 ad] at **PF**: *del.* **P**^{corr}**B**^{corr} <milia> *add. Hedicke* et] *om.* **PBoMbB** *a. c.* **F** *a. c.* 634 peditibus] peditum **V** CCC] *Glareanus*: XXX **ω** 635 quinquaginta] quinquaginte **F** *a. c.*: ginguaginta **L** *a. c.*

XII Rex, avidius Dareum persequendo fatigatus, postquam et nox adpetebat et consequendi spes non erat, in castra paulo ante a suis capta pervenit. [2] Invitari deinde amicos, quibus maxime adsueverat, iussit (quippe summa dumtaxat cutis in femine perstricta non prohibebat interesse convivio), [3] cum repente e proximo tabernaculo lugubris clamor barbaro ululatu planctuque permixtus epulantes conterruit. Cohors quoque, quae excubabat ad tabernaculum regis, verita, ne maioris motus principium esset, armare se coeperat. [4] Causa subiti pavoris fuit, quod mater uxorque Darei cum captivis nobilibus regem, quem interfectum esse credebant, ingenti gemitu [h]eiulatuque deflebant. [5] Unus namque e captivis spadonibus, qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat, amiculum, quod Dareus, sicut paulo ante dictum est, ne[c] cultu proderetur, abiecerat, in manibus eius, qui repertum ferebat, agnovit ratusque interfecto detractum esse falsum nuntium mortis eius attulerat. [6] Hoc mulierum errore conperto, Alexander fortunae Darei et pietati earum inlacrimasse fertur. Ac primo Mithrenem, qui Sardis tradiderat, peritum linguae Persicae, ire ad consolandas eas iusserat; [7] veritus deinde, ne proditor captivarum iram doloremque renovaret, Leonnatum ex purpuratis suis misit, iussum indicare falso lamentari eas vivum. Ille cum paucis armigeris <ad> tabernaculum, in quo captivae erant, pervenit missumque se a rege nuntiare iubet. [8] At ii, qui in vestibulo erant, ut armatos conspexere, rati actum esse de dominis, in tabernaculum currunt vociferantes adesse supremam horam missosque, qui occiderent captas. [9] Itaque, ut quae nec prohibere possent nec admittere auderent, nullo

xxx

640

645

650

655

660

PBoMbBFLV

637 avidius] *Stangl*: qui diu **ω**: diu *Modius*: quidem *Heinsius* fatigatus] fagatus **P** *a. c.*: fatigatos **V** *a. c.* 639 adsueverat] adsueve**rat **V** 642 ululatu] ulalatu **L** *a. c.* 643 excubabat] excubebat **B** *a. c.* regis] regi **P** *a. c.* 646 [h]eiulatuque **M** deflebant] defluebant **P** *a. c.* 647 tabernaculum] tabernaculam **P** *a. c.*: tabernacula **Bo** 648 ne[c] **M** 652 inlacrimasse] lacrimasse **Σ** Ac] a **P** *a. c.* qui] qua **P** *a. c.*: *om.* **Bo** peritum linguae Persicae] *haesit Horstig* 656 <ad> *add. Kinch*: in **Σ**, *ex interpolatione*: *om.* **PBoMb** erant] erent **P** *a. c.*: erint **P**[corr] 657 nuntiare] nuntiari *Laetus, sed cf. 3.3.7* ii] *Vindelinus*: hi **ω** 659 missosque] misosque **F** *a. c.* **V** occiderent] occiderant **PL** *a. c.*: occident **Mb** 660 auderent] auderet **V**

responso dato, tacitae opperiebantur victoris arbitrium. [10] Leonnatus expectato diu, qui se introduceret, postquam nemo procedere audebat, relictis in vestibulo satellitibus, intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbaverat feminas, quod inrupisse non admissus videbatur: [11] itaque mater et coniunx provolutae ad pedes orare coeperunt, ut, priusquam 665 interficerentur, Darei corpus ipsis patrio more sepelire permitteret; functas supremo in regem officio, inpigre esse morituras. [12] Leonnatus et vivere Dareum <ait> et ipsas non incolumes modo, sed etiam apparatu pristinae fortunae reginas fore. Tum demum Darei mater adlevari se passa est.

XXXI [13] Alexander postero die cum cura sepultis militibus, quorum corpora 670 invenerat, Persarum quoque nobilissimis eundem honorem haberi iubet matrique Darei permittit, quos vellet, patrio more sepeliret. [14] Illa paucos arta propinquitate coniunctos pro habitu praesentis fortunae humari iussit, apparatum funerum, quo Persae suprema officia celebrarent, invidiosum fore existimans, cum victores haud pretiose cremarentur. 675 [15] Iamque iustis defunctorum corporibus solutis, praemittit ad captivas, qui nuntiarent ipsum venire, inhibitaque comitantium turba tabernaculum cum <H>eph<a>estione intrat. [16] Is longe omnium amicorum carissimus erat regi, cum ipso pariter eductus, secretorum omnium arbiter; libertatis quoque in admonendo eo non alius plus habebat, quod tamen 680

PBoMbBFLV

661 tacitae] tacito **F** opperiebantur] **B**^{corr}**L**: obper- **P**^{corr}: operiebantur *rell.* 662 procedere] *Modius*: producere **ω** 665 et coniunx] eam iunx **V** coeperunt ... sepelire] *om.* **L** *a. c.* 666 patrio] patri **L** *a. c.* functas] *functas **F** 667 supremo] **V**: suppremo *rell.* inpigre esse] *Stangl*: inprigressese **P**: ingressese **BL**^{corr}: non egre **B**^{corr}: ingressae se **F***(*se *s. l.)*: inpigre sese **L**: ingresese **V**: inpigre esse se *Kinch, parum numerose* Leonnatus] <At> Leonnatus *Vogel* 668 <ait> *add. Vogel dub.* 669 fortunae] *om.* **F** *a. c.* 670 postero] posterio **V** die] dei **L** *a. c.* 672 permittit] permitti **P** *a. c.* **BoMb L** *a. c.* 673 coniunctos] coniunctus **F** 674 iussit] ussit **V** *a. c.* suprema] supprema **BFV** 675 invidiosum] invidio **P** *a. c.* haud] haut **V** cremaretur] c- **B**^{corr} *in ras.* 676 praemittit] praemittat **V** 677 inhibitaque] *ita* **L**^{corr} *in ras.*: inhabitaque **P** *a. c.* **Mb** 678 <H>eph<a>estione *ed. Lugd.* Is] hiis **V** 679 pariter] parite **B** *a. c.* **FV** eductus] edoctus **BFV** arbiter] ha- **L** 680 admonendo] -o *add.* **V**^{corr} plus] *Jeep*: ius **ω**: <maius> ius *Müller (praeeunte Walterio* ius <maius>*)* habebat] habeat **P**

ita usurpabat, ut magis a rege permissum quam vindicatum ab eo
videretur. Et sicut aetate par erat regi, ita corporis habitu praestabat;
[17] ergo reginae, illum esse regem ratae, suo more veneratae sunt. Inde ex
captivis spadonibus, quis Alexander esset, monstrantibus, Sisigambis
685 advoluta est pedibus eius, ignorationem numquam antea visi regis
excusans. Quam manu adlevans rex: «Non errasti,» inquit «mater: nam
et hic Alexander est» [18] Equidem hac continentia animi si ad ultimum xxxii
vitae perseverare potuisset, feliciorem fuisse crederem, quam visus est
esse, cum Liberi Patris imitaretur triumphum, usque ab Hellesponto ad
690 Oceanum omnes gentes victoria emensus. [19] Si<c> vicisset profecto
superbiam atque iram, mala invicta; si<c> abstinuisset inter epulas
caedibus amicorum egregiosque bello viros et tot gentium secum do-
mitores indicta causa veritus esset occidere. [20] Sed nondum fortuna se a-
nimo eius superfuderat: itaque orientem tam moderate et prudenter tulit,
695 ad ultimum magnitudinem eius non cepit. [21] Tunc quidem ita se gessit,
ut omnes ante eum reges et continentia et clementia vincerentur: virgines
reginas excellentis formae tam sancte habuit, quam si eodem quo ipse
parente genitae forent; [22] <...> coniugem eiusdem, quam nulla aetatis
suae pulchritudine corporis vicit, adeo ipse non violavit, ut summam
700 adhibuerit curam, ne quis captivo corpori inluderet. [23] Omnem cultum
reddi feminis iussit, nec quicquam ex pristinae fortunae magnificentia
captivis praeter fiduciam defuit. [24] Itaque Sisigambis: «Rex,» inquit «me-

PBoMbBFLV

681 quam] quamquam **B** ab eo] habeo **V** 684 captivis] captuis **P** Sisigambis] sisicambis **P**: sisiiambis **F** 685 est] es **V** 687 Equidem] equidem ** **P** hac] ha **L** *a. c.* 689 ab] ad **P** *a. c.* **BoMb**: ab usque **B**^{corr} ad] d **V** *a. c.* 690 victoria] victori **B** Si<c> *Schefferus* vicisset] bi- **V** 691 mala] macula **L** *a. c.* si<c> *Schefferus* 694 superfuderat] -raet **V** itaque] ita qui *Bentleius* 695 cepit] coepit **P** 697 reginas] regias *Rutgersius*: regis filias *Freinsheimius* 698 <...> *lac. indicavit Lucarini, in qua de Alexandri erga Darei matrem humanitate agebatur* eiusdem] eandemque sororem *Hedicke*: eius *Castiglioni* 700 Omnem] omne **V** 701 nec] ne **V** quicquam] quicquid **V** *a. c.* 702 fiduciam] fud- **L** *a. c.* Sisigambis] sisagambis **P**: sisiiambis **F**

reris, ut ea precemur tibi, quae Dareo nostro quondam precatae sumus †et ut video† dignus es, qui tantum regem non felicitate solum, sed etiam aequitate superaveris. [25] Tu quidem matrem me et reginam vocas, sed ego me tuam famulam esse confiteor. Et praeteritae fortunae fastigium capio et praesentis iugum pati possum: tua interest, quantum in nos licuerit, si id potius clementia quam saevitia vis esse testatum». [26] Rex bonum animum habere eas iussit; Darei filium collo suo admovit; atque nihil ille conspectu tum primum a se visi conterritus cervicem eius manibus amplectitur. Motus ergo rex constantia pueri, <H>eph<a>estionem intuens: «Quam vellem,» inquit «Dareus aliquid ex hac indole hausisset!». Tum tabernaculo egressus. 705 710

XXXIII [27] Tribus aris in ripa Pinari amnis Iovi atque Herculi Minervaeque sacratis, Syriam petit, Damascum, ubi regis gaza erat, Parmenione praemisso. 715

XIII Atque <ille>, cum †praecessisset et† Darei satrapam conperisset, veritus ne paucitas suorum sperneretur, accersere maiorem manum statuit. [2] Sed forte in exploratores ab eo praemissos incidit natione Mardus, qui ad Parmeniona perductus litteras ad Alexandrum a praefecto Damasci missas tradit ei nec dubitare eum, quin omnem regiam supellectilem cum pecunia traderet, adiecit. [3] Parmenio, adservari eo iusso, litteras ape- 720

PBoMbBFLV

703 ea] eam **B** *a. c.* quondam] quandam **L** *a. c.* 704 †et ut video† nec invidia *Vogel*: nec odio nostro *Hedicke*: et victoria *Menge-Fried*: et invidia non *Jeep*: et tu ideo *Eussner*: et laude *Grunauer*: et, ut video, <fide> *Stangl* es] es, <qui Dareo in regnum succedas> *Köhler*: es, <qui a dis ameris> *Meiser* 707 capio] capere *Shackleton Bailey* 709 eas iussit] eis iussis *Hedicke* admovit] admonit **L** *a. c.* 710 nihil ille] ille nihil *Schmidt* conterritus] conteritus **P** 711 <H>eph<a>estionem *ed. Lugd.* 713 Tum] tunc **P** *a. c. et fort.* **L** 714 atque] at **P** *a. c.* 715 Syriam] siriam **F** ubi] **ubi **P** Parmenione] **B**corr: per- **ω** 718 Atque] At ille *Hedicke*: Qui *Vogel* <ille> *add. Stangl, Castiglioni (cf. 4.2.15)* †praecessisset et† praecessisse et **B**corr: praecessisse eo *Vogel* satrapam] satrapa **Σ**: satrapa<s> **L**corr conperisset] <opperiri se> conperisset *Eussner*: conperisse <cognosse>t *Hedicke* 720 praemissos] promissos **V** 721 ad] *ita* **P**corr *in ras.* Parmeniona] parmenione **P** *a. c.* 722 omnem] ommem **P** supellectilem] superlectilem **P** 723 adiecit] abiecit **V**

rit, in quis erat scriptum, ut mature Alexander aliquem ex ducibus suis
725 mitteret cum manu exigua, <cui traderet quae>cumque rex penes ipsum
reliquisset. Itaque Mardum, datis comitibus, ad proditorem remittit. 4 Il-
le, e manibus custodientium lapsus, Damascum ante lucem intrat. Turba-
verat ea res Parmenionis animum insidias timentis et ignotum iter sine
duce non audebat ingredi. Felicitati tamen regis sui confisus, agrestes,
730 qui duces itineris essent, excipi iussit; quibus celeriter repertis quarto die
ad urbem pervenit, iam metuente praefecto, ne sibi fides habita non esset.
5 Igitur, quasi parum munimentis oppidi[s] fidens, ante solis ortum pecu-
niam regiam (gazam Persae vocant) cum pretiosissimis rerum efferri iubet,
fugam simulans, re vera, ut praedam hosti offerret. 6 Multa milia virorum xxxiv
735 feminarumque excedentem oppido sequebantur, omnibus mi<se>rabilis
turba praeter eum, cuius fidei commissa erat. Quippe, quo maior
proditionis merces foret, obicere hosti parabat gratiorem omni pecunia
praedam: nobiles viros, praetorum Darei coniuges liberosque, praeter
hos Graecarum urbium legatos, quos Dareus, velut in arce tutissima, in
740 proditoris reliquerat manibus. 7 Gangabas Persae vocant humeris onera
portantes: ii cum <hiemem> tolerare non possent (quippe et procella
subito nivem effuderat et humus rigebat gelu tum adstricta[s]), vestes,
quas cum pecunia portabant, auro et purpura insignes induunt, nullo
prohibere auso, cum fortuna regis etiam humillimis in ipsum licentiam
745 faceret. 8 Praebuere ergo Parmenioni non spernendi agminis speciem:
qui, intentiore cura suos quasi ad iustum proelium paucis adhortatus,

PBoMbBFLV

725 <cui traderet quae>cunque *Zumpt*: cumque **ω**: cui quae *Probasel* penes] *Zumpt*: tenens **ω** 726 reliquisset] reliquisset, <traditurus esset> *Probasel* 727 lapsus] <e>lapsus **ς** 728 Parmenionis] parmeniones **P** *a. c.* 729 audebat] audiebat **P** *a. c.* 731 ne sibi] nisi **L** *a. c.* 732 Igitur] i*gitur **P** oppidi[s] **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr} fidens] f- **P**^{corr} *in ras.* 735 mi<se>rabilis **BoMb** *(hic* -bili*)* 736 commissa] commissa* **V** 738 nobiles viros] *fort. delenda, cum in grege Graeci tantum 'viri nobiles' videantur esse, cf. §§ 12-15* liberosque] nobilesque **P** *a. c.* 740 humeris] um- **P** onera] ho- **V** 741 ii] hii **P**^{corr}**Σ** <hiemem> *add. Vogel*: <tempestatis vim> *Hedicke*: <frigus> *edd. vett.* et] *om.* **P** *a. c.* 742 rigebat] regebat **B** *a. c.* tum] *del. Castiglioni* adstricta[s] **T**^{corr} 743 induunt] induut **F** *a. c.*

equis calcaria iubet subdere et acri impetu in hostem evehi. [9] At illi, oneribus, sub quis erant, omissis, per metum capessunt fugam; armati quoque, qui eos prosequebantur, eodem metu arma iactare ac nota deverticula petere coeperunt. [10] Praefectus, quasi et ipse conterritus, simulans, cuncta pavore conpleverat. Iacebant totis campis opes regiae, illa pecunia stipendio ingenti militum praeparata, ille cultus tot nobilium virorum, tot inlustrium feminarum, [11] aurea vasa, aurei freni, tabernacula regali magnificentia ornata, vehicula quoque a suis destituta ingentis opulentiae plena: facies etiam praedantibus tristis, si qua res avaritiam moraretur. Quippe tot annorum incredibili et fidem excedente fortuna cumulata, tunc alia stirpibus lacerata, alia in caenum demersa cernebantur: non sufficiebant praedantium manus praedae. [12] Iamque etiam ad eos, qui primi fugerant, ventum erat. Feminae pleraeque parvos trahentes liberos ibant; inter quas tres fuere virgines, Ochi, qui ante Dareum regnaverat, filiae, olim quidem ex fastigio paterno rerum mutatione detractae, sed tum sortem earum crudelius adgravante fortuna. [13] In eodem grege uxor quoque eiusdem Ochi fuit Oxathrisque (frater hic erat Darei) filia et coniunx Artabazi, principis purpuratorum, filiusque: Ilioneo fuit nomen. [14] Pharnabaz[e]i quoque, cui summum imperium maritimae orae rex dederat, uxor cum filio excepta est, Mentoris filiae tres ac nobilissimi ducis Memnonis coniunx et filius, vixque ulla domus

750 755 xxxv 760 765

PBoMbBFLV

747 calcaria] -c- **L**corr *in ras.* subdere] subdare **L** *a. c.* 748 oneribus, sub quis erant,] *Lucarini* qui sub oneribus erant **ω** *(*q. s. hon- e. **BLV**: q. s. oon- e. **F** *a. c.)* : oneribus quae subierant *Müller* omissis] omissis <his> **ς** fugam] fuga **V** 749 prosequebantur] pro- **L**corr *in ras.* 750 deverticula] div- **FLV** coeperunt] cep- **V** 751 simulans] eiulans *Vogel, sed cf. eiusdem comm.* regiae] regae **V** 753 virorum] vivorum **P** *a. c.* aurei] auri **F** *a. c.* 754 destituta] destitua **P** *a. c.* 755 avaritiam] avaritia **P** 756 incredibili] **P**corr**B**corr: incredibilem **ω** 757 cernebantur] **ς**: eruebantur **ω** 758 suffiiciebant] -bat **P** *a. c.* 760 tres] *om.* **Σ** 762 detractae] tractae **P** *a. c.* fortuna] **ς**: natura **ω** 763 Oxathrisque] *Freinsheimius*: oxatrisque **PBoMb**: oxatrixque **Σ** 764 filiusque] *Stangl*: filius cui **ω**: <et> filius cui **L**corr: filius<que> cui *Hedicke, cf. Büttner* 765 Ilioneo] Hystanes *Hedicke* Pharnabaz[e]i *Laetus* 766 orae] horae **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 767 Memnonis] nemnonis **P**: mennonis **Bo**: mentoris **Mb**

purpurati fuit tantae cladis <expers. [15] Item capti sunt> Lacedaemonii et Athenienses, societatis fide violata, Persas secuti: Aristogiton et Dropides et Iphicrates, inter Athenienses genere famaque longe clarissimi, Lacedaemonii Pausippus et Onomastorides cum †omaio† et Callicratide, hi quoque domi nobiles. [16] Summa pecunia<e> signata<e> fuit talentum II milia et sescenta, facti argenti pondus quingenta aequabat. Praeterea XXX milia hominum cum VII milibus iumentorum dorso onera portantium capta sunt. [17] Ceterum tantae fortunae proditorem di, seri saepe ultores, celeriter debita poena persecuti sunt. Namque unus e consciis eius, credo, regis vicem etiam in illa sorte reveritus, interfecti proditoris caput ad Dareum tulit, opportunum solacium prodito: quippe et ultus inimicum erat et nondum in omnium animis memoriam maiestatis suae exolevisse cernebat.

PBoMbBFLV

768 <expers. Item capti sunt> *add. Vogel* 769 Athenienses] atheniensis **P**^{corr}**Σ** fide] fidem **L** *a. c.* violata] non violata **P**^{corr}**Σ** Aristogiton] *Laetus*: aristogitan **ω** *(sed* "s" *in* **P** *a. c. non disp.; fort. fuit* aritto-*)* et Dropides] **BoMb**: et tropides **P**: et thropides **P**^{corr}: ethropides **Σ**: et rhopides **B**^{corr} 770 Iphicrates] *Modius*: lechicrates **PBo**: lechierates **Mb**: leucrates **B**: lehicrates **FLV** 771 Pausippus] **ς**: passippus **PB**^{corr}**FLV**: passipus **B**: Pasippus *Zumpt* †omaio† maio **F** *a. c.*: Monimo *Freinsheimius*: Onomante *Hedicke* 772 domi] *om.* **V** pecunia<e> signata<e> *Bruno* 773 milia] *om.* **FL** facti] *Modius*: facile **ω** 774 milia] *om.* **FLV** 775 di, seri saepe ultores,] *Foss*: sepulturae **ω**: di semper ultores *Walter*: di saepe ultores *Castiglioni* 776 poena] pena **FV** 777 in illa] illa **P** *a. c.*: nulla **BoMb** 778 opportunum] opo- **Σ** 779 animis] amicis **L** 780 maiestatis] mies- **P**: maes- **Bo** exolevisse] **B**^{corr}: exsoluisse **ω**: exsolevisse **P**^{corr}

Q. Curti Rufi historiarum liber III explicit incipit liber quartus **P**: Q. Curti Rufi historiarum Alexandri Magni Macedonis liber III explicit incipit IIII feliciter **B**: Q. Curti Rufi historiarum liber tertius explicit incipit liber quartus feliciter **FL**: Curti Ruffi historiarum liber tertius explicit incipit liber quartus feliciter **V**

LIBER IV

1 DAREUS, tanti modo exercitus rex, qui triumphantis magis quam dimicantis more curru sublimis inierat proelium, per loca, quae prope inmensis agminibus inpleverat, iam inania et ingenti solitudine vasta fugiebat. 2 Pauci regem sequebantur: nam nec eodem omnes fugam intenderant et deficientibus equis cursum eorum, quos rex subinde mutabat, aequare non poterant. 3 Onchas deinde pervenit, ubi excepere eum Graecorum quattuor milia. Iam rectius hinc ad Euphraten contendit, id demum credens fore ipsius, quod celeritate praecipere potuisset.

4 At Alexander Parmenionem, per quem apud Damascum recepta erat praeda, iussum eam ipsam et captivos diligenti adservare custodia, Syriae, quam Coelen vocant, praefecit. 5 Novum imperium Syri, nondum belli cladibus satis domiti, aspernabantur; sed celeriter subacti oboedienter imperata fecerunt. Aradus quoque insula deditur regi. 6 Maritimam tum oram et pleraque longius etiam a mari recedentia rex eius insulae, Strato, possidebat; quo in fidem accepto, castra movit ad urbem Marathon.

II 7 Ibi illi litterae a Dareo redduntur, quibus ut superbe scriptis vehementer offensus est: praecipue eum movit, quod Dareus sibi regis titulum nec eundem Alexandri nomini adscripserat. 8 Postulabat autem magis quam petebat, ut accepta pecunia, quantamcumque tota Macedonia caperet, matrem sibi et coniugem liberosque restitueret: de regno aequo, si vellet, Marte contenderet. 9 Si saniora consilia tandem pati potuisset, contentus

PBoMbBFLV(*de hoc vide praef.*)

1 tanti] ti **P** *a. c. (totum locum om.* **BoMb***)* triumphantis] triumfa- **B** *a. c.* **L** 4 fugiebat. Pauci] -ebat. Pauci *ita* **F**corr *in ras.* 5 intenderant] intenderat **V** et] *om.* **PBoMbL** *a. c.* **V** 6 Onchas] O- *in ras. in* **P** deinde] dein **Σ** 7 Iam] non *Jeep* rectius] *Schüssler*: regius **ω**: segnius *Jeep* hinc] *Novák*: tum **ω**: tamen *Jeep* 9 At] ad **F** *a. c.* 10 adservare] -re *om.* **L** *a. c.* Syriae] siriae **Σ** 11 Coelen] caelen **P** *a. c.*: colen **B** *a. c.*: coelon **V** 14 oram] horam **Σ** Strato] strate **V** 15 movit] -v- **L**corr *in ras.* 18 nomini] nomine **P** *a. c.* **BoMb** 21 saniora] sanora **V** *a. c.* potu-

patrio cederet alieni imperii finibus, socius amicusque esset. In ea se fidem
et dare paratum et accipere.
[10] Contra Alexander in hunc maxime modum rescripsit: «Rex Alex-
25 ander Dareo S. Cuius nomen sumpsisti, Dareus Graecos, qui oram Helles-
ponti tenent, coloniasque Graecorum Ionias omni clade vastavit, cum
magno deinde exercitu mare traiecit, inlato Macedoniae et Graeciae bello.
[11] Rursus Xerxes, gentis eiusdem, ad oppugnandos nos cum inmanium
barbarorum copiis venit; qui, navali proelio victus, Mardonium tamen
30 reliquit in Graecia, ut absens quoque popularetur urbes, agros ureret.
[12] Philippum vero, parentem meum, quis ignorat ab iis interfectum esse,
quos ingentis pecuniae spe sollicitaverant vestri? Inpia enim bella suscipitis
et, cum habeatis arma, licemini hostium capita, sicut tu proxime talentis
mille, tanti exercitus rex, percussorem in me emere voluisti. [13] Repello
35 igitur bellum, non infero. Et di quoque pro meliore stant[es] causa:
magnam partem Asiae in dicionem redegi meam, te ipsum acie vici.
Quem etsi nihil a me inpetrare oportebat, utpote qui ne belli quidem in
me iura servaveris, tamen, si veneris supplex, et matrem et coniugem et
liberos sine pretio recepturum esse promitto. [14] Et vincere et consulere
40 victis scio. Quodsi te committere nobis times, dabimus fidem inpune
venturum. De cetero, cum mihi scribes, memento non solum regi te, sed
etiam tuo scribere.» Ad hanc perferendam Thersippus e<s>t missus.
[15] In Phoenicen <dein> descendit et oppidum Byblo<n> traditum re- III
cepit. Inde ad Sidona ventum est, urbem vetustate famaque condito-
45 rum inclitam. [16] Regnabat in ea Strato, Darei opibus adiutus; et, quia

PBoMbBFLV(*de hoc vide praef.*)

isset] putuisset **V**

25 Dareo S.] *Jeep (*dareo *iam* **P**^{corr}**B**^{corr}): dareus **ω** sumpsisti] sumpsistit **V** oram] horam **Σ** 27 Macedoniae] macedoneae **P** 28 oppugnandos] pugnandos **F** *a. c.*: oppugnandas **L** *a. c.* 29 Mardonium] mardonum **V** 30 popularetur] cop- **F** ureret] viveret **V** 31 Philippum] philippus **F** iis] hiis **P**^{corr}: his **Σ** 35 stant[es] **ς** 36 vici] vici in te ipso acie vici **P**: -i- **V**^{corr} *in ras.* 41 regi te] rigi te **F**: regie **L** *a. c.* 42 e<s>t **P**^{corr} **Σ**^{corr} 43 Phoenicen] phoenicem **L** *a. c.* <dein> *Stangl*: <deinde> *add.* **ς** Byblo<n> *Aldus* 45 inclitam] inclytam **PB** et] *Lucarini (cf. 6.6.25)*: sed **ω**: is *Hedicke*: *ante hoc verbum lac. ind. Vogel*

deditionem magis popularium quam sua sponte fecerat, regno visus
indignus <H>eph<a>estionique permissum, ut, quem eo fastigio e
Sidoniis dignissimum arbitraretur, constitueret regem. [17] Erant
Hephaestioni duo hospites, clari inter suos iuvenes; qui, facta ipsis
potestate regnandi, negaverunt quemquam patrio more in id fastigium 50
recipi nisi regia stirpe ortum. [18] Admiratus <H>eph<a>estion ma-
gnitudinem animi spernentis, quod alii per ignes ferrumque peterent:
«Vos quidem macte virtute» inquit «estote, qui primi intellexistis, quanto
maius esset regnum fastidire quam accipere. Ceterum date aliquem regiae
stirpis, qui meminerit a vobis acceptum habere se regnum.» [19] Atque illi, 55
cum multos imminere tantae spei cernerent, singulis amicorum Alex-
andri[am] ob nimiam regni cupiditatem adulantis, statuunt neminem
esse potiorem quam Abdalonymum quendam, longa quidem cognatione
stirpi regiae adnexum, sed ob inopiam suburbanum hortum exigua
colentem stipe. [20] Causa ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat, in- 60
tentusque operi diurno strepitum armorum, qui totam Asiam concusserat,
IV non exaudiebat. [21] Subito deinde, de quibus ante dictum est, cum regiae
vestis insignibus hortum intrant, quem forte steriles herbas eligens
Abdalonymus repurgabat. [22] Tum, rege eo salutato, alter ex his: «Habi-
tus» inquit «hic vestis, quem cernis in meis manibus, cum isto squalore 65
permutandus tibi est. Ablue corpus inluvie veternique sordibus

PBoMbBFLV

46 popularium] popularum **L** *a. c.* 47 <H>eph<a>estionique *ed. Lugd.* eo] *om.* **B** *a. c.* e Sidoniis] *Gronovius*: sidonis **PBFL**: sinodis **V** 49 Hephaestioni duo] *Vogel*: ephestiones **P**: ephestionis **P**^{corr}**Σ**, *quod def. Müller coll. Tac. Ann. 11.4.1, ubi tamen Fuchsi coniectura mihi accipienda videtur* clari] cari **B** *a. c.* 50 negaverunt] necaverunt **P** *a. c.* fastigium] stigium **P** *a. c.* 51 <H>eph<a>estion *Zumpt* 52 spernentis] spernentes **F** *a. c.* 53 quidem] quide **V** macte] macti **P**^{corr}**Σ** 54 fastidire] fastidiri **P** 56 Alexandri[am] **B**^{corr}: Alexandri iam *Hedicke, fort. recte* 57 adulantis] *Stangl*: adulantibus **ω**: adulantes **ς** 58 Abdalonymum] abdalonimum **Σ** 60 sicut ... strepitum] *om.* **P** *a. c.* 64 Abdalonymus] *Modius*: abdalonimus **ω** repurgabat] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 66 veternique sordibus] *Acidalius*: aeternisque sordibus **ω**: terrenisque sordibus **ς**: veternoque *Eussner*: taetrisque sordibus *Vogel*: veternoque et sordibus *Palmerius*: tabeque *Anton*

squalidum: cape regis animum et in eam fortunam, qua dignus es, istam
continentiam perfer. Et cum in regali solio residebis, vitae necisque
omnium civium dominus, cave obliviscaris huius <status>, in quo accipis
70 regnum, immo, hercule, propter quem.» [23] Somn<i>o similis res Ab-
dalonymo videbatur; interdum, satisne sani essent, qui tam proterve sibi
inluderent, percontabatur. Sed ut cunctanti squalor ablutus est et iniecta
vestis purpura auroque distincta et fides a iurantibus facta, ser<i>o iam
rex, [i]isdem comitantibus, in regiam pervenit. [24] Fama deinde, ut solet,
75 strenue tota[s] urbe[s] discurrit: aliorum studium, aliorum indignatio
eminebat; divitissimus quisque humilitatem inopiamque eius apud amicos
Alexandri criminabatur. [25] Admitti eum rex protinus iussit diuque
contemplatus: «Corporis» inquit «habitus famae generis non repugnat,
sed libet scire, inopiam qua patientia tuleris.» Tum ille: «Utinam» inquit
80 «eodem animo regnum pati possim! Hae manus suffecere desiderio meo:
nihil habenti nihil defuit.» [26] Magnae indolis specimen ex hoc sermone
Abdalonymi cepit. Itaque non Stratonis modo regiam sup[p]ellectilem
attribui ei iussit, sed pleraque etiam ex Persica praeda; regionem quoque
urbi adpositam dicioni eius adiecit.

85 [27] Interea Amyntas, quem ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus, v
cum quattuor milibus Graecorum ipsius ex acie persecutis fuga<m>,
Tripolin pervenit. Inde, in naves militibus inpositis, Cyprum transmisit
et, cum in illo statu rerum id quemque, quod occupasset, habiturum

PBoMbBFLV

67 cape] cepe **V** *a. c.* animum] amictum *Gleye* 68 perfer] perfert **P** *(-t in ras.)* regali]regalis **P** residebis] redebis **L** *a. c.* 69 huius] status *Hedicke*: habitus *Hug* <status> *add.* **ς** 70 Somn<i>o *Merula* Abdalonymo] Abdalonimo **Σ** 73 ser<i>o *Iunta* 74 [i]isdem **P**^{corr} comitantibus] commit- **Σ** 75 tota[s] urbe[s] *Modius* studium] stadium **B** *a. c.* **F** 76 divitissimus]diutissimus **B** humilitatem] humilatatem **L** 80 possim] possum **V** 81 habenti] aventi *Tross* 82 Abdalonymi] abdalonimi **Σ** cepit] coepit **Σ** regiam] regnam **F** sup[p]ellectilem **ς** 84 adiecit] *om.* **P** *a. c.* 85 Interea] iterea **P** *a. c.* Amyntas] amytas **B** *a. c.* 86 persecutis] *Laetus*: persecutos **ω** fuga<m> *Kinch* 87 militibus] milibus **L** Cyprum] scyprum **F** 88 illo] ilo **F** *a. c.* statu] stratu **L** *a. c.* quemque, quod] -que, quod **L**^{corr} *in ras., fort. fuit* quod

arbitraretur, velut certo iure possessum, Aegyptum petere decrevit, ut<r>ique regi hostis et semper ex ancipiti mutatione temporum pendens. 90 [28] Hortatusque milites ad spem tantae rei docet Sabacen, praetorem Aegypti, cecidisse in acie, Persarum praesidium et sine duce esse et invalidum, Aegyptios semper praetoribus eorum infestos pro sociis ipsos, non pro hostibus aestimaturos. [29] Omnia experiri necessitas cogebat: quippe cum primas spes fortuna destituit, futura praesentibus videntur 95 esse potiora. Igitur conclamant, duceret, quo videretur. Atque ille utendum animis, dum spe calerent, ratus, ad Pelusii [h]ostium penetrat, simulans a Dareo se esse praemissum. [30] Potitus ergo Pelusii Memphim copias promovit; ad cuius famam Aegypti<i>, vana gens et novandis quam gerendis aptior rebus, ex suis qui<s>que vicis urbibusque velocissimi 100 concurrunt ad delenda praesidia Persarum. Qui territi tamen spem retinendi Aegyptum non omiserunt. [31] Sed eos Amyntas proelio superatos in urbem conpellit, castrisque positis victores ad populandos agros <sparguntur>. Velut in medio positis bonis hostium cuncta agebantur. [32] Itaque Mazaces, quamquam infelici proelio suorum animos territos 105

PBoMbBFLV

89 Aegyptum] aegiptum **F** 90 ut<r>ique *Laetus* 91 Hortatusque] or- **Σ** Sabacen] *Aldus*: satacen **P**: satacem **Σ** 92 Aegypti] aegipti **F** 93 Aegyptios] aegiptios **F** praetoribus] proet- **P** 95 fortuna] fortunas **L** *a. c.* 96 conclamant] conclant **B** *a. c.* **FV** 97 Pelusii] pelusum **L** *a. c.*: Pelusium **ς** [h]ostium **B**^{corr} 98 a Dareo] ab Alexandro *Bergenus* praemissum] praetorem missum *Vogel* Potitus] **BrT**^{corr}*in ras.*: potitur **ω** Memphim] memphym **P**: memphi **V** 99 copias] copiis **P** *a. c.* **BoMbB** *a. c.* **L** *a. c.* promovit] **ς**: praemovit **ω** Aegypti<i> **ς** *(*aegipti **F***)* gens] genes **F** *a. c.* novandis] novandus **L** *a. c.* 100 gerendis aptior] gerendiraptior **P**: -dis r. **P**^{corr}: gerendis captior **F**: gerendusaptior **L** *a. c.*: gerendis aptior* **V** qui<s>que **BoMb** velocissimi] *Lucarini*: hoc ipsum **ω**: *del. Mützell*: huc ipsi *Hedicke; post* castrisque *(sed in* ad ipsam *correctum) transtulit Novák* 101 delenda] delendam **V** *a. c.* 102 non] nom **F** omiserunt] omisserunt **PB**: om*isserunt **F** Amyntas] amintas **BF**^{corr}**LV**: amintes **F** 104 <sparguntur> *add. Lucarini*: <discurrunt> *Vogel*: <discurrunt ac> *Grunauer*: <mittit> *Novák* positis bonis] *Hedicke*: positidis **PCol**: positi **SigBoMb**: positis dis **P**^{corr}**BFV**: positisedis **L**: positis praedis *Vogel*: positis spoliis *Grunauer* 105 Mazaces] mazeces **BFL**^{corr}**V**

esse cognoverat, tamen palantes et victoriae fiducia incautos ostentans, perpulit, ne dubitarent ex urbe erumpere et res amissas reciperare. 33 Id consilium non ratione prudentius quam eventu felicius fuit: ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt. Has poenas Amyntas utrique regi dedit, 110 nihilo magis ei, ad quem transfugerat, fidus quam illi, quem deseruerat.

34 Darei praetores, qui proelio apud Isson superfuerant, cum omni VI manu, quae fugientes secuta erat, adsumpta etiam Cappadocum et Paphlagonum iuventute, Lydiam reciperare temptabant. 35 Antigonus, praetor Alexandri, Lydiae praeerat: qui quamquam plerosque militum 115 ex praesidiis ad regem dimiserat, tamen, barbaris spretis, in aciem suos eduxit. Eadem illic quoque fortuna partium fuit: tribus proeliis alia atque alia regione commissis Persae funduntur. 36 Eodem tempore classis Macedonum ex Graecia accita Aristomenen, qui ad Hellesponti oram reciperandam a Dareo erat missus, captis eius aut eversis navibus, superat. 120 37 A Milesiis deinde Pharnabazus, praefectus Persicae classis, pecunia exacta et praesidio in urbem Chium introducto centum navibus Andrum et inde Siphnum petiit. Has quoque insulas praesidiis occupat, pecunia multat. 38 Magnitudo belli, quod ab opulentissimis Europae Asiaeque regibus in spem totius orbis occupandi gerebatur, Graeciae quoque et 125 Cretae arma commoverat. 39 [h]Agis, Lacedaemoniorum rex, octo milibus Graecorum, qui ex Cilicia profugi domos repetierant, contractis, bellum Antipatro, Macedoniae praefecto, moliebatur. 40 Cretenses, has aut illas partes secuti, nunc Spartanorum nunc Macedonum praesidiis occupabantur. Sed leviora inter illos fuere discrimina, unum certamen, ex 130 quo cetera pendebant, intuente fortuna.

PBoMbBFLV

106 palantes] palentes **V** *a. c.* ostentans] ostentan **F** *a. c.*: ostentantes **L** *a. c.*: ostensans **V** 108 quam] quam ****** **L'** 109 Amyntas] amintas **PL'** 113 Paphlagonum] paphagonum **P** *a. c.* Lydiam] lidiam **Σ** 114 Lydiae] lidiae **Σ** 117 commissis] commisis **P** 120 Pharnabazus] ς: barnabazus **PBF**corr**LV**: barnabzus **F** 121 Chium] hium **Σ** 122 Has] *Modius*: h*s **P**: is **BF**corr**L**: his **FV** 123 opulentissimis] opol- **P** 125 [h]Agis *Vindelinus* 126 repetierant] repetierat **P** *a. c.* 127 moliebatur] moliebantur **L** *a. c.* 128 Spartanorum] *Vindelinus*: parianorum **ω**

VII **II** Iam tota Syria, iam Phoenice quoque excepta Tyro Macedonum erat, habebatque rex castra in continenti, a qua urbem angustum fretum dirimit. [2] Tyros, et magnitudine et claritate ante omnes urbes Syriae Phoenicesque memorabilis, facilius societatem Alexandri acceptura (135) videbatur quam imperium. Coronam igitur auream donum legati adferebant commeatusque large et hospitaliter ex oppido advexerant. Ille dona ut ab amicis accipi iussit benigneque legatos adlocutus Herculi, quem praecipue Tyrii colerent, sacrificare velle se dixit: [3] Macedonum reges credere ab illo deo ipsos genus ducere, se vero, ut id faceret, etiam (140) oraculo monitum. [4] Legati respondent esse templum Herculis extra urbem in ea sede, quam Palaetyron ipsi vocent: ibi regem deo sacrum rite facturum. [5] Non tenuit iram, cuius alioqui potens non erat; itaque: «Vos quidem» inquit «fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis, sed brevi ostendam in continenti vos esse. Proinde (145) sciatis licet aut intraturum me urbem aut oppugnaturum.» [6] Cum hoc responso dimissi suos monere coeperunt, ut regem, quem Syria, quem Phoenice recepisset, ipsi quoque urbem intrare paterentur. [7] At illi, loco VIII satis fisi, obsidionem ferre decreverant. Namque urbem a continenti quattuor stadiorum fretum dividit Africo maxime obiectum, <qui> (150) crebros ex alto fluctus in litus evolvit. [8] Nec accipiendo operi, quo Macedones continenti insulam iungere parabant, quicquam magis quam ille ventus obstabat. Quippe vix leni et tranquillo mari moles agi possunt, Africus vero prima quaeque congesta pulsu inlisi maris subruit,

PJ(*a* Tyros 134)**BoMbBFLV**

133 qua] *Heinsius*: quo **ω**   134 Tyros] tiros **F** *a. c.*: **V**: tir*s **L**   Syriae] siriae **P**   135 Phoenicesque] *Bruno*: phaenicisque **P**: phoenicisque **Σ** *(*phon- **B** *a. c.)*   138 amicis] inimicis **L** *a. c.*   140 ipsos] ipso **P** *a. c.* **Bo**: *om.* **J**   142 vocent] vocant **P** *a. c.* **JMb**   rite facturum] *om.* **B** *a. c.*   145 continenti] contenenti **P** *a. c.*   Proinde] peroinde **L** *a. c.*   147 dimissi suos] *Orelli*: demissos **ω**   monere] movere **PMb**   148 Phoenice] *Aldus*: phaenicae **P**: phenicae **B**: phoenicae **B**[corr]**FLV**   recepisset] recepiset **P**   150 <qui> *add. Damsté*   151 ex] *om.* **L** *a. c.*   evolvit] evolventi *Nett*   Nec] ne **V** *a. c.*   accipiendo] occipiendo *Heinsius*: iaciendo *Lucarini, sed cfr. 4.6.8*   152 quam] quem **L** *a. c.*   154 inlisi maris] **ς**: inlis*a mari **P**: inlisa mari **BFL**[corr]: inlisia mari **LV**

155 nec ulla tam firma moles est, quam non exedant undae et per nexus operum manantes et, ubi acrior flatus existit, summi operis fastigio superfusae. [9] Praeter hanc difficultatem haud minor alia erat. Muros turresque urbis praealtum mare ambiebat: non tormenta nisi e navibus procul excussa mitti, non scalae moenibus adplicari poterant: praeceps in salum
160 murus pedestre interceperat iter, naves nec habebat rex et, si admovisset, pendentes et instabiles missilibus arceri poterant. [10] Inter quae parva dictu res Tyriorum fiduciam accendit. Carthaginiensium legati ad celebrandum sacrum anniversarium more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem Tyrii condiderunt, semper parentum loco culti. [11] Hortari ergo Poeni
165 coeperunt, ut obsidionem forti animo paterentur: brevi Carthagine auxilia ventura. Namque ea tempestate magna ex parte Punicis classibus maria obsidebantur.

[12] Igitur, bello decreto, per muros turresque tormenta disponunt, arma iunioribus dividunt, opifices, quorum copia urbs abundabat, in offici- IX
170 nas distribuunt. Omnia belli apparatu strepunt. Ferreae quoque manus (<h>arpagonas vocant) quas operibus hostium inicerent, corvique et alia tuendis urbibus excogitata praeparabantur. [13] Sed cum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, inpositum esset admotisque follibus ignem flatu accenderent, sanguinis rivi sub ipsis flammis extitisse dicun-
175 tur: idque omen in Macedonum malum verterant Tyrii. [14] Apud Macedonas quoque, cum forte panem quidam militum frangerent,

PJBoMbBFLV

155 nec ulla ... superfusae] *suspecta* per nexus] ς: pernixus **PSigMb**: perenixus **Σ** 156 operum] *cfr. 4.3.8 (l. 242)* manantes] manentes **V** *a. c.* superfusae] superfiusae **L** *a. c.* 157 haud] hud **F** *a. c.* Muros] moros **P** *a. c.* 158 e] *om.* **P** navibus] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 159 excussa] excusa **B** *a. c.* poterant:] *post hoc verbum fortius interp. Lucarini* 160 interceperat] intercoep- **Σ** 161 parva] parve **L** *a. c.*: <haud> parva ς 162 Carthaginiensium] chartag- **Σ** 165 Carthagine] cartagine **P**: chartagine **BV**: charthagine **F** 166 maria] -ri- **P**^{corr} *in ras.*: maiora **JBoMb**: maia **F** *a. c.*: mori **L** *a. c.* 168 bello] bellum **V** *a. c.* 171 <h>arpagonas ς *(*arpagonas **L**^{corr} *in ras.)* 173 esset] esse **V** 174 accenderent] accederent **V** *a. c.* 175 malum] *Novák*: metum **ω**: interitum *Vogel*: mortem *Watt* verterant] verterunt **Σ** *(in* **L** *deinde corr.)*

manantis sanguinis guttas notaverunt, territoque rege Aristander, peritissimus vatum, si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum ait: contra, cum ab interiore parte manaverit, urbi, quam obsidere destinassent, exitium portendere. [15] Alexander, cum et classem 180 procul haberet et longam obsidionem magno sibi ad cetera inpedimento videret fore, caduceatores, qui ad pacem eos conpellerent, misit; quos Tyrii contra ius gentium occisos praecipitaverunt in altum. Atque ille, x suorum tam indigna morte commotus, urbem obsidere statuit. [16] Sed ante iacienda moles erat, quae continenti urbem committeret. Ingens 185 ergo animos militum desperatio incessit cernentium profundum mare, quod vix divina ope posset inpleri: quae saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse reperiri? Exhauriendas esse regiones, ut illud spatium exaggeraretur; exaestuare semper fretum, quoque artius volutetur inter insulam et continentem, hoc acrius furere. [17] At ille, haudquaquam rudis 190 pertractandi militares animos, speciem sibi Herculis in somno oblatam esse pronuntiat dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare se visum. Inter haec caduceatores interfectos, gentium iura violata referebat: unam esse urbem, quae cursum victoris morari ausa esset. [18] Ducibus deinde negotium datur, ut suos quisque castiget, satisque 195 omnibus stimulatis opus orsus est. Magna vis saxorum ad manum erat, Tyro vetere praebente; materies ex Libano monte ratibus et turribus faciendis advehebatur. [19] Iamque a fundo maris in altitudinem modicam opus creverat, nondum tamen aquae fastigium aequabat, [20] cum Tyrii,

PD(*a* Territoque 177)**JBoMbBFLV**

177 manantis] manentis **V** *a. c.* 179 ab interiore] ab exteriore **P**: exteriore **D**: ex interiore **D**corr**BoMb**: ab in**teriore **B** manaverit] *Laetus*: manaverat **ω** 180 exitium] exitum **P** *a. c.* **F** *a. c.* 181 longam] logam **V** *a. c.* 182 conpellerent] conpelleret **P** *a. c.* 183 Atque] adque **P** *a. c.* 184 tam] *Iunius*: iam **ω** 185 committeret] commiteret **P** 186 animos] animis **J** desperatio] **P**corr**DB**: dis- *rell.* cernentium] **ς**: cernentibus **ω** 187 inpleri] inpere **L** 188 reperiri] repperiri **PD**: reperir **F** *a. c.* Exhauriendas esse] exaur- esset **L**: e. esse **L**corr 190 insulam] insuam **V** continentem] -em **V**corr hoc]ho **F** *a. c.* ille] ille * **L** 191 somno] sommo **B**: summo **L** oblatam] oblatum **L** *a. c.* 193 intrare ... urbem] *om.* **B** *a. c.* 197 praebente] praebente* **P**: praebet ei **DSig**

200 parvis navigiis admotis, per ludibrium exprobrabant illos armis inclitos
dorso sicut iumenta onera gestare; interrogabant etiam, num maior
Neptuno Alexander esset. Haec ipsa insectatio alacritatem militum XI
accendit. [21] Iamque paulum moles aqua eminebat, et simul aggeris latitudo
crescebat urbique admoveba[n]tur, cum Tyrii, magnitudine molis, cuius
205 incrementum eos antea fefellerat, conspecta, levibus navigiis nondum
commissum opus circumire coeperunt, missilibus quoque eos, qui pro
opere stabant, incessere. [22] Multis ergo inpune vulneratis, cum et removere
et adpellere scaphas in expedito esset, ad curam semetipsos tuendi ab
opere converterant; et quo longius moles agebatur a litore, hoc magis,
210 quidquid ingerebatur, praealtum absorbebat mare.

[23] Igitur <r>ex munientibus coria velaque iussit obtendi, ut extra teli
iactum essent, duasque turres ex capite molis erexit, e quibus in subeuntes
scaphas tela ingeri possent. [24] Contra Tyrii navigia procul a conspectu
hostium litori adpellunt expositisque militibus eos, qui saxa gestabant,
215 obtruncant. In Libano quoque Arabum agrestes, inconpositos Macedonas
ad[h]orti, XXX fere interficiunt, paucioribus captis.

III Ea res Alexandrum dividere copias coegit et, ne segniter adsidere uni
urbi videretur, operi Perdiccan Crateronque praefecit; ipse cum expedita
220 manu Arabiam petiit. [2] Inter haec Tyrii navem magnitudine eximia saxis XII
harenaque a puppi oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine
ac sulphure inlitam remis concitaverunt et, cum magnam vim venti ve-
la quoque concepissent, celeriter ad molem successit. [3] Tum, prora eius
accensa, remiges desiluere in scaphas, quae ad hoc ipsum praeparatae

PD(*usque ad* interficiunt 216)**JBoMbBFLV**

200 inclitos] inclytos **PDBL** 201 dorso] darso **V** *a. c.* 203 paulum] *om.* **L** *a. c.* aqua] aquae **P**[corr]**DBoMbB**[corr] 204 admoveba[n]tur *Laetus* magnitudine] magnitudinem **Σ***(in* **B** *deinde corr.)* 206 missilibus] misil- **Σ***(in* **B** *deinde corr.)* quoque eos] **ς**: eos quoque **ω** 209 et quo ... mare] *post* aequabat *(l. 199) transp. vett. editt., Kinch* quo] *non bene disp.* **P** 210 absorbebat] absordebat **V** mare] more **P** *a. c.* 211 <r>ex *Gronovius* teli] teri **V** 212 iactum] iamtum **B** *a. c.* **L** *a. c.* ex] in *coni. Lucarini, cf. 4.3.3* 216 ad[h]orti **ς** 219 Crateronque] cateronque **B** 221 a puppi] appupi **V** 222 sulphure] suphurae **V**

sequebantur; navis autem, igne concepto, latius fundere incendium coe- 225
pit, quod, priusquam posset occurri, turres et cetera opera in capite mo-
lis posita conprehendit. 4 At qui desiluerant in parva navigia, faces et
quidquid alendo igni aptum erat in eadem opera ingerunt. Iamque non
<imae> modo Macedonum turres, sed etiam summa tabulata conceperant
ignem, cum ii, qui in turribus erant, partim haurirentur incendio, partim, 230
armis omissis, in mare semet ipsi inmitterent. 5 At Tyrii, qui capere eos
quam interficere mallent, natantium manus stipitibus saxisque lace-
rabant, donec debilitati inpune navigiis excipi possent. 6 Nec incendio
solum opera consumpta, sed forte eodem die vehementior ventus motum
ex profundo mare inlisit in molem, crebrisque fluctibus compages operis 235
verberatae laxavere, saxaque interfluens unda medium opus rupit. 7 Pro-
rutis igitur lapidum cumulis, quibus iniecta terra sustinebatur, praeceps
in profundum ruit, tantaeque molis vix ulla vestigia invenit Arabia rediens
XIII Alexander. Hic, quod in adversis rebus solet fieri, alius in alium culpam
referebant, cum omnes verius de saevitia maris queri possent. 8 Rex, novi 240
operis molem orsus, in adversum ventum non latere sed recta fronte di-
rexit: ea cetera opera velut sub ipsa latentia tuebatur; latitudinem quoque
aggeri adiecit, ut turres in medio excitatae procul teli i<a>ctu abessent.
9 Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum iaciebant, deinde
saxis onerabant rursusque cumulo eorum alias arbores iniciebant, tum 245
humus aggerebatur; superque alia strue saxorum arborumque cumulata
velut quodam nexu continens opus iunxerant. Nec Tyrii, quidquid ad

PJBoMbBFLV

226 cetera] *non bene disp.* **P** 227 posita] *om.* **V** *a. c.* conprehendit] **L**: conpreendit **P**: conprendit **BFV** At] ad **P** *a. c.* **V** et] e **F** *a. c.* 229 <imae> *add. Kinch (post* modo *Madvig)* modo] *om.* **P** *a. c.* **BoMbL** *a. c.* **V** *a. c.* 230 ii] hii **Σ** haurirentur] baur- **P** *a. c.* 232 mallent] *om.* **P** *a. c.* **B** *a. c.* **F** *a. c.* **L** *a. c.* *(*malent **F**^{corr}) 233 excipi] excipit **L** *a. c.* 234 motum] *Palmerius*: totum **ω** 236 laxavere] laxavere <se> **J**, *sed cf. ThLL s. v. "laxo" 1075, 1-5* Prorutis] proruptis **P**^{corr}**Σ** 237 praeceps] proceps **L** *a. c.* 238 profundum] fundum **L** *a. c.* 239 Hic] id **P**: <Ceterum> id *Kinch* 241 recta] recte **P** *a. c.* 242 ea] *scil.* fronte 243 turres] tures **P** *a. c.* i<a>ctu **ς** *(*hictu **V***)* 246 superque] superque <ea> *Kinch* strue] *ita* **L**^{corr} *in ras.*: strues **V**

inpediendam molem excogitari poterat, segniter exequebantur. [10] Praecipuum auxilium erat, qui procul hostium conspectu subibant aqua<m>
250 occultoque lapsu ad molem usque penetrabant, falcibus palmites arborum eminentium ad se trahentes. Quae ubi secutae erant, pleraque secum in profundum dabant; tum levatos onere stipites truncosque arborum haud aegre moliebantur, deinde totum opus, quod stipitibus fuerat innixum, fundamento lapso sequebatur.

255 [11] Aegro animi Alexandro nec, perseveraret an abiret, satis certo classis Cypro advenit eodemque tempore Cleander cum Graecis militibus in Asiam nuper advectis. C et XC navigia in duo dividit cornua: laevum Pnytagoras, rex Cypriorum, cum Cratero tuebatur, Alexandrum in dextro quinqueremis regia vehebat. [12] Nec Tyrii, quamquam classem ha-
260 bebant, ausi navale inire certamen: tris omnino ante ipsa moenia opposuerunt, quibus rex invectus, ictas demersit. [13] Postera die, classe ad moenia admota, undique tormentis et maxime arietum pulsu muros quatit; (XIV) quos Tyrii raptim obstructis saxis refecerunt, interiorem quoque murum, ut, si prior fefellisset, illo se tuerentur, †undi† orsi. [14] Sed undique vis
265 mali urgebat: moles intra teli iactum erat, classis moenia circumibat, terrestri simul navalique clade obruebantur. Quippe binas quadriremes Macedones inter se ita iunxerant, ut prorae cohaererent, puppes intervallo, quantum capere poterant, distarent. [15] Hoc puppium intervallum,

PJBoMbBFLV

248 inpediendam] inpendiendam **F** *a. c.* 249 aqua<m> **BoMb** 250 palmites] palmas *Mützell, sed cf. subsequentem adnotat.* 251 Quae ... secutae] *cf. Anth. Lat. 391, 37 Sh.-B.* 252 onere] ponere **V** truncosque] trucosque **L** *a. c.* 255 animi] animo **P** *a. c.* **J** *a. c.* nec] ne **B** *a. c.* **FL** abiret] biret **L** *a. c.* 256 Cypro] cipro **V** eodemque] eodem **P** *a. c.* 257 navigia] *Heinsius*: navigium **ω** laevum] *ita* **L**corr. *in ras.* 258 Pnytagoras] *Modius*: pythagoras **ω** Cypriorum] cipr- **F** 259 regia] regi **P** *a. c.* classem] classes **F** *a. c.*: classam **V** *a. c.* 260 opposuerunt] app **V** 261 ictas] *Castiglioni*: ipsas **ω** (ipsa **V**): ictu ipso *Vogel*: ipse eas *Hedicke*: inpulsas *Damsté*: prorsus *Probasel* Postera] prostera **L** *a. c.* 264 †undi† **P**: undique **Σ**: *del. Acidalius*: munire *Eberhard*: condere *Lucarini* 265 urgebat] urguebat **P** moles] **P**corr**JBV**: mles **P**: molem **FL** teli] terii **V** classis] classi **L** *a. c.* 267 cohaererent] cohaerent **FV** *a. c.* 268 puppium] puppum *om.* **L** *a. c.*

antemnis asseribusque validis deligatis superque eos pontibus stratis, qui militem sustinerent, inpleverant. Sic instructas quadriremes ad urbem agebant: inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto, quia proris miles tegebatur. [16] Media nox erat, cum classem, sicuti dictum est paratam, circumire muros iubet. Iamque naves urbi undique admovebantur et Tyrii desperatione torpebant, cum subito spissae nubes intendere se caelo et, quidquid lucis internitebat, effusa caligine extinctum est. [17] Tum inhorrescens mare paulatim levari, deinde acriore vento concitatum fluctus ciere et inter se navigia conlidere. Iamque scindi coeperunt vincula, quibus conexae quadriremes erant, ruere tabulata et cum ingenti fragore in profundum secum milites trahere. [18] Neque enim conserta navigia ulla ope in turbido regi poterant: miles ministeria nautarum, remex militis officia turbabat, et, quod in eiusmodi casu accidit, periti ignaris parebant: quippe gubernatores, alias imperare soliti, tum metu mortis iussa exequebantur. Tandem remis pertinacius everberatum mare veluti eripientibus navigia classicis cessit adpulsaque sunt litori lacerata pleraque.

XV [19] Isdem forte diebus Carthaginiensium legati XXX superveniunt, magis obsessis solacium quam auxilium: quippe domestico bello Poenos inpediri nec de imperio sed pro salute dimicare nuntiabant. [20] Syracusani tum Africam urebant et haud procul Carthaginis muris locaverant castra. Non tamen defecere animis Tyrii, quamquam ab ingenti spe destituti erant; sed coniuges liberosque devehendos Carthaginem tradiderunt, fortius,

PJBoMbBFLV

269 antemnis] antennis **P** *a. c.* deligatis] **M**: delegatis **ω** *(alterum* -e- *er.* **B**corr*)* 270 instructas] instructa **B** 272 sicuti] sec- **L** *a. c.* paratam] paratum **L** *a. c.* 273 naves] navis **Σ** 275 effusa] **ω**, *def. Blomgren*: offusa *Gronovius* 278 erant] *erant **F** ruere] vere **L** *(deinde verbum del.)* **V** 280 ope] opere **V** *a. c.* regi] rege **P** *a. c.* 281 casu] causa **B** accidit] accedit **P** *a. c.* 283 Tandem] tamdem **P** 284 litori] -i **F**corr *in ras.* 286 Isdem] idem **F** *a. c.* Carthaginiensium] carthagieiensium **F** 288 Syracusani] **J**: siracusani **ω** 289 urebant] verebant **L** *a. c.* Carthaginis] Chartaginis **B**: cartaginis **V** 290 Tyrii] -y- **V**corr *in ras.* 291 Carthaginem] cartag- **BLV**

quidquid accideret, laturi, si carissimam sui partem extra sortem communis periculi habuissent. [21] Cumque unus e civibus in contione indicasset oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis, quem eximia
295 religione colerent, urbem deserentis molemque a Macedonibus in salo iactam in silvestrem saltum esse mutatam, [22] quamquam auctor levis erat, tamen ad deteriora credenda proni metu aurea catena devinxere simulacrum araeque Herculis, cuius numini urbem dicaverant, inseruere vinculum, quasi illo deo Apollinem retenturo. Syracusis id simulacrum
300 devexerant Poeni et in maiorum locaverant patria multisque aliis spoliis urbium a semet captarum non Carthaginem magis quam Tyrum ornaverant. [23] Sacrum quoque, quod equidem dis minime cordi esse crediderim, multis saeculis intermissum repetendi auctores quidam erant, ut ingenuus puer Saturno immolaretur (quod sacrilegium verius quam
305 sacrum Carthaginienses a conditoribus traditum usque ad excidium urbis suae fecisse dicuntur) ac, nisi seniores obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur, humanitatem dira superstitio vicisset. [24] Ceterum efficacior XVI omni arte necessitas non usitata modo praesidia sed quaedam etiam nova admovit. Namque ad inplicanda navigia, quae muros subibant, validos
310 asseres funibus inligaverant, ut, cum tormento asseres promovissent, subito laxatis funibus inicerent. [25] Unci quoque et falces ex isdem asseribus

PJBoMbBFLV

293 habuissent] habuisset **L** 294 oblatam] abl- **L'** 295 religione] releg- **P** 296 iactam] iam tam **P**: iactum **L** *a. c.* 297 devinxere] devixere **F**: dei vinxere *Damsté* 299 Syracusis] *Laetus*: sir- **ω** 300 maiorum] *Kinch*: maiore **ω** 301 Carthaginem] cartag- **V** 302 Sacrum] -um *in ras.* **P** 303 repetendi] **BoMb**: repentes **PF**: repetens **B**: repetentes **B**corr**F**corr**LV** 305 Carthaginienses] **L**corr: carthaginensis **P**: carthaginiensis **P**corr**BL'** (-ni- *om.* **L** *a. c.*): cartaginiensis **FV** 306 nisi] si **P** *a. c.* seniores] senieres **P** *a. c.* obstitissent] obstet- **P** cuncta] -u- *in ras.* **P**: cunta **L** 307 efficacior omni] **P**corr**BF** (*sed* -or omni **F**corr *in ras.*): efficatio romani **PL**: efficacior **J**: efficacior inani **BoMb**: efficacio omni **V** 308 usitata] usitate **P** *a. c.* 309 validos asseres funibus] *Jeep*: validis asseribus **ω**: validis asseribus <harpagonas> *Vogel* 310 tormento] turmento **V** *a. c.* 311 funibus] funibi **B** Unci] uncii **V** falces] falices **V** *a. c.*

dependentes aut propugnatores aut ipsa navigia lacerabant. Clipeos vero aereos multo igne torrebant, quos repletos fervida harena caenoque decocto e muris subito devolvebant. 26 Nec ulla pestis magis timebatur: quippe ubi <inter> loricam corpusque fervens harena penetraverat nec 315 ulla vi excuti poterat et, quidquid attigerat, perurebat, iacientesque arma laceratis omnibus, quis protegi poterant, vulneribus inulti patebant. Corvi vero et ferreae manus tormento remissae plerosque rapiebant.

XVII **IV** Hic rex fatigatus statuerat, soluta obsidione, Aegyptum petere. Quippe 320 cum Asiam ingenti velocitate percucurrisset, circa muros unius urbis haerebat, tot maximarum rerum op<p>ortunitate dimissa. 2 Ceterum tam discedere inritum quam morari pudebat, famam quoque, qua plura quam armis everterat, ratus leviorem fore, si Tyrum quasi testem se posse vinci reliquisset. Igitur, ne quid inexpertum omitteret, plures naves admove- 325 ri iubet delectosque militum inponi. 3 Et forte belua inv<i>sitatae magnitudinis super ipsos fluctus dorso eminens ad molem, quam Macedones iecerant, ingens corpus adplicuit diverberatisque fluctibus adlevans semet utrimque conspecta est: 4 deinde a capite molis rursus alto se inmersit ac modo super undas eminens magna sui parte modo 330 superfusis fluctibus condita haud procul munimentis urbis <s>e mersit. 5 Utrisque laetus fuit beluae aspectus: Macedones iter iaciendo operi

PJBoMbBFLV

312 propugnatores] oppugnatores *Fisher, sed cf. ThLL s. v. "propugnator" 2137, 66 sqq.* lacerabant] la**rabant **P** Clipeos] **M**: clypeos **ω** *(*clyppeos **V***)* 315 <inter> *add. Hedicke (post* loricam *iam Heinsius)* corpusque] corpus usque *Acidalius* fervens] fervens* **F** nec ... et ... iacientesque] *onerosa oratio* 316 poterat] poterant **V** *a. c.* 317 poterant] poterat **P** *a. c.* **Mb** 318 ferreae] ferre **V** tormento] tormenta **Σ** 320 Aegyptum] aegiptum **P** 321 velocitate] volocitate **B** *a. c.* percucurrisset] percurrisset **Σ** 322 op<p>ortunitate **ς** 323 qua] quia **F** 324 si Tyrum] sy tirum **V** vinci] vince **L** *a. c.* 326 inv<i>sitatae *Bentleius, Müller* 328 Macedones] -a- **V**^{corr} *in ras.* iecerant] eicerant **L**: igecerant **V** 330 se] *om.* **P** *a. c.* **JBoMb** super] per **PJBoMb** modo] *om.* **P** *a. c.* **JBoMb** 331 munimentis] munientis **B** *a. c.* <s>e mersit *Britzelmayr*: emersit **ω** *quod frustra def. Müller*

monstrasse eam augurabantur, Tyrii Neptunum, occupati maris vindicem,
abripuisse beluam ac molem brevi profecto ruituram. Laetique omine
335 eo ad epulas dilapsi oneravere se vino, quo graves orto sole navigia
conscendunt redimita floribus coronisque: adeo victoriae non omen mo-
do, sed etiam gratulationem praeceperant! [6] Forte rex classem in diversam XVIII
partem agi iusserat, XXX minoribus navigiis relictis in litore; e quibus
Tyrii duobus captis cetera ingenti terruerunt metu, donec suorum clamore
340 audito Alexander classem litori, a quo fremitus acciderant, admovit.
[7] Prima e Macedonum navibus quinqueremis velocitate inter ceteras
eminens occurrit; quam ut conspexere Tyriae, duae ex diverso in latera
eius invectae sunt, in quarum alteram quinqueremis eadem concitata et
ipsa rostro icta est et illam invicem tenuit. [8] Iamque ea, quae non co-
345 haerebat, libero impetu in aliud quinqueremis latus invehebatur, cum
op<p>ortunitate mira triremis e classe Alexandri in eam ipsam, quae
quinqueremi inminebat, tanta vi evecta, ut Tyrius gubernator in mare
excuteretur e puppi. [9] Plures deinde Macedonum naves superveniunt et
rex quoque aderat, cum Tyrii inhibentes remis aegre evellere navem, quae
350 haerebat, portumque omnia simul navigia repetunt. Confestim rex in-
secutus, portum quidem intrare non potuit, cum procul e muris missilibus
summoveretur, naves autem omnes fere aut demersit aut cepit. [10] Biduo XIX
deinde ad quietem dato militibus iussisque et classem et machinas pariter
admovere, ut undique territis instaret, ipse in altissimam turrem ascendit

PJBoMbBFLV

333 augurabantur] au*gurabantur **V** occupati] ocu- **V** 334 ac] **ς**: ad **ω** *(*a- **V**^{corr} *in ras.)* 335 eo] *om.* **L** *a. c.* epulas] he- **L** oneravere] *alterum* -r- **L**^{corr} *in ras.* 337 praeceperant] perceperant **P**^{corr}**B** 338 navigiis] nagiis **F** *a. c.* 340 fremitus] praemitus **V** 341 Prima e] **F**^{corr} *in ras.*: primae **PB**: prime **LV**: prima **L**^{corr} velocitate] volocitate **P** 343 alteram] alterum **L** 344 icta] *icta **P** *(*i- *ex corr.)*: iata **L** *a. c.*: iacta **JBoMb** cohaerebat] **ς**: quoherebat **ω** *(*cuioherebat **V***)* 345 impetu] *Lucarini (cf. l. 347)*: inpetu evecta **P**: inpetu invecta **BFL** *(sed in marg.* **BF** *addunt* est*)*: inpetu laenvecta **V**: inpetu est vecta *Hedicke* cum] tum *Hedicke* 346 op<p>ortunitate **ς** 347 vi] vi <inpulsa est> **P**^{corr}**B**^{corr}: vi <ruit> *Meiser* evecta] *huc transp. Lucarini ex l. 345* 351 potuit] patuit **V** 352 cepit] coepit **PBL** 353 militibus] milibus **L** *a. c.*

ingenti animo, periculo maiore: [11] quippe regio insigni et armis fulgentibus 355
conspicuus unus praecipue telis petebatur. Et digna prorsus spectaculo edidit: multos e muris propugnantes hasta transfixit, quosdam etiam comminus gladio clipeoque inpulsos praecipitavit: quippe turris, ex qua dimicabat, muris hostium propemodum cohaerebat. [12] Iamque, crebris arietibus saxorum conpage laxata, munimenta defecerant et classis 360
intraverat portum et quidam Macedonum in turres hostium desertas evaserant, cum Tyrii, tot simul malis victi, alii supplices in templa confugiunt, alii, foribus aedium obseratis, occupant liberum mortis arbitrium, nonnulli ruunt in hostem, haud inulti tamen perituri; magna pars summa tectorum obtinebat saxa et <quid>quid fors in manus dederat 365
ingerentes subeuntibus. [13] Alexander, exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici ignemque tectis inici iubet. [14] His per praecones pronuntiatis, nemo tamen armatus opem a dis petere sustinuit: pueri virginesque templa conpleverant, viri in vestibulo suarum quisque aedium stabant, parata saevientibus turba. [15] Multis tamen saluti fuere Sido- 370
nii, qui intra Macedonum praesidia erant. Hi urbem quidem inter victores intraverant, sed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque urbem Agenorem condidisse credebant) multos Tyriorum clam protegentes ad sua perduxere navigia, quibus occultatis Sidona devecti sunt. [16] XV milia hoc furto subducta saevitiae sunt. Quantumque sanguinis 375
fusum sit, vel ex hoc aestimari potest, quod intra munimenta urbis VI milia armatorum trucidata sunt. [17] Triste deinde spectaculum victoribus ira praebuit regis: duo milia, in quibus occidendis defecerat rabies, cruci-

PJBoMbBFLV

357 hasta] asta **V** 358 clipeoque] **V**: clyp- *rell.* inpulsos] inpulsas **V** 359 crebris] crebis **V** 361 et] e **L** *a. c.* 362 simul] *om.* **V** *a. c.* 363 obseratis] observatis **P**: obser*atis **L** 364 haud] aut **V** 365 pars] -a- **V**corr *in ras.* <quid>quid ς manus] manibus **Σ** 367 His] is **V** 368 armatus] *om.* **V** 370 Sidonii] syd- **V** 373 clam] *Bentleius*: etiam **ω** 374 occultatis] occultati **J** Sidona] sidonam **V** devecti] deiecti **F** *a. c.* 376 potest ... armatorum] *om.* **V** *a. c.* munimenta] monumenta **P** *a. c.* 377 victoribus] vectoribus *coni. Lucarini*: <vel> victoribus *vel* <etiam> victoribus *Meiser* 378 ira] ita **F** praebuit] praefuit **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* rabies] ratrabies **P**

bus adfixi per ingens litoris spatium pependerunt. [18] Carthaginiensium
380 legatis pepercit, addita denuntiatione belli, quod praesentium rerum
necessitas moraretur.

[19] Tyros septimo mense, quam oppugnari coepta erat, capta est, urbs xx
et vetustate originis et crebra fortunae varietate ad memoriam posteritatis
insignis. Condita ab Agenore diu mare non vicinum modo, sed
385 quodcumque classes eius adierunt dicionis suae fecit. Et, si famae libet
credere, haec gens litteras prima aut docuit aut didicit. Coloniae certe
eius paene orbe toto diffusae sunt: Carthago in Africa, in Boeotia Thebae,
Gades ad Oceanum. [20] Credo libero conmeantes mari saepiusque
adeundo ceteris incognitas terras elegisse sedes iuventuti, qua tunc
390 abundaba<n>t, sive quia crebris motibus terrae (nam hoc quoque traditur)
cultores eius fatigati nova et externa domicilia armis sibimet quaerere
cogebantur. [21] Multis ergo casibus defuncta et post excidium renata, nunc
tandem longa pace cuncta refovente, sub tutela Romanae mansuetudinis
394 adquiescit.

396 **V** Isdem ferme diebus Darei litterae adlatae sunt, tandem ut regi scrip- xxi
tae. Petebat uti filiam suam (Statirae erat nomen) nuptiis Alexander sibi
adiungeret: dotem offerre omnem regionem inter Hellespontum et Ha-
lyn amnem sitam, inde orientem spectantibus terris contentum. [2] Si forte
400 dubitaret, quod offerretur, accipere, numquam diu eodem vestigio stare
fortunam, semperque homines, quantamcumque felicitatem habeant,

PJ(*usque ad* adquiescit 394)**BoMbBFLV**

380 pepercit] perpercit **B** *a. c.* **LV**^{corr} 382 mense] -e *non disp.* **B** 383 crebra] creba **P** 385 quodcumque] cumque **L** *a. c.* 387 paene] **ς**: poene **ω** orbe] orbo **V** *a. c.* Boeotia] boetia **Σ** 388 Gades] *Vindelinus*: gadis **ω** 389 iuventuti] iuventute **LV** abundaba<n>t *Zarotus (fort. iam* **F** *a. c.)* 393 tandem] *Bongarsius*: tamen **ω** 393 mansuetudinis] mansuetudis **Σ** *(in* **BV** *deinde corr.)* 397 Statirae erat] *Modius*: stati praeerat **ω** nomen] -o- **F**^{corr} *in ras.* 398 dotem] detem **L** *a. c.* offerre] *Jeep*: fore **ω** Halyn] *Bruno*: alyn **PBFLV**^{corr}: aly **V** 399 amnem sitam] ammem sitam **P**: amne insitam **L** terris] *om.* **L** *a. c.* Si forte] se fore. Ne *Hedicke* 400 offerretur] offeretur **L** *a. c.*

invidiam tamen sentire maiorem. 3 Vereri se, ne avium modo, quas
naturalis levitas ageret ad sidera, inani ac puerili mente se efferret: nihil
difficilius esse quam in illa aetate tantam capere fortunam. 4 Multas se
adhuc reliquias habere nec semper inter angustias posse deprehendi: 405
transeundum esse Alexandro Euphraten Tigrimque et Araxen et
Choaspen, magna munimenta regni sui; veniendum in campos, ubi
paucitate suorum erubescendum sit; iam Mediam, Hyrcaniam, Bactra
5 et Indos, Oceani accolas, quando aditurum, ne Sogdianos et Arachosi-
os nominem ceterasque gentes ad Caucasum et Tanain pertinentes? 410
Senescendum fore tantum terrarum vel sine proelio obeunti. 6 Se vero
ad ipsum vocare desineret: namque illius exitio se esse venturum. 7 Alex-
ander iis, qui litteras attulerant, respondit Dareum sibi aliena promittere
et, quod totum amiserit, velle partiri. Doti sibi dari Lydiam, Ionas,
Aeolidem, Hellesponti oram, victoriae suae praemia. Leges autem a 415
victoribus dici, accipi a victis: in utro statu ambo essent, si solus ignora-
ret, quam primum Marte decerneret. 8 Se quidem, cum transiret mare,
non Ciliciam aut Lydiam (quippe tanti belli exiguam hanc esse merce-
dem) sed Persepolim, caput regni eius, Bactra deinde et Ecbatana ultimi-
que Orientis oram imperio destinasse. Quocumque ille fugere potuisset, 420
ipsum sequi posse: desineret terrere fluminibus, quem sciret maria
transisse.

PBoMbBFLV

402 Vereri] *primum* -r- **V**^{corr} *in ras.* ne] n **L** *a. c.* avium] auuium **F** 403 mente se efferret] *Bentleius*: mentis afferret **PL**^{corr}: mentis efferret **P**^{corr}: mentis afferet **BFL**: m. affectu efferet **B**^{corr} 406 Tigrimque] tyg- **BFV** 407 Choaspen] *Cellarius*: idaspen **ω** 408 iam] *Mützell*: in **ω**: inde *Heinsius* Hyrcaniam] hir- **Σ** Bactra] bacthra **P** 409 Oceani] oceanum **L** *a. c.* quando] quados **P**^{corr}**L**^{corr}: quandoque **P**^{corr}**Bo**: quado **Σ** Sogdianos] socd- **Σ** *(fort.* soceid- **B***)* 410 Tanain] tanatiin **P**^{corr}: tanatin **B**^{corr}**F**: tanatun **B**: tana*in **L**^{corr} *in ras.*: tanaim **V** pertinentes] pertinentis **F** *a. c.* 412 se esse] ** esse **P** *(se supra ** postea add.)* 414 et] eo **V** Lydiam] **O**: lidiam **ω** 415 Aeolidem] aeodidem **P** *a. c.*: aeodem **V** *a. c.* a victoribus] auctoribus **F** *a. c.* **L** *a. c.* 417 Se quidem] *Stangl, Büttner*: se quoque **ω**: seque *Hedicke*: se *Vogel* 418 Lydiam] lidiam **Σ** 421 desineret] desideret **L** *a. c.*

[9] Reges quidem haec invicem scripserant. Sed Rhodii urbem suam portusque dedebant Alexandro. Ille Ciliciam Socrati tradiderat, Philota regioni circa Tyrum iusso praesidere. Syriam, quae Coele appellatur, Andromacho Parmenio tradiderat bello, quod supererat, interfuturus. [10] Rex, <H>eph<a>estione Phoenices oram classe praetervehi iusso, ad urbem Gazam cum omnibus copiis venit. [11] I[i]sdem fere diebus sollemne erat ludicrum Isthmiorum, quod conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio Graeci, ut sunt temporaria ingenia, decernunt, ut XV legarentur ad regem, qui ob res pro salute ac libertate Graeciae gestas coronam auream donum victoriae ferrent. [12] Idem paulo ante incertae famae captaverant auram, ut, quocumque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur. [13] Ceterum non ipse modo rex obibat urbes adhuc iugum imperii recusantes, sed praetores quoque ipsius, egregii duces, pleraque invaserant, Calas Paphlagoniam, Antigonus Lycaoniam; Balacrus, Hydarne, Darei praetore, superato, denuo Miletum cepit, [14] Amphoterus et Hegelochus CLX navium classe insulas inter Achaiam atque Asiam in dicionem Alexandri redegerunt. Tenedo quoque recepta, Chium incolis ultro vocantibus statuerant occupare; [15] sed Pharnabazus, Darei praetor, conprehensis, qui res ad Macedones trahebant, rursus Apollonidi et

XXII (423) · 425 · 430 · XXIII (434) · 435 · 440

PBoMbBFLV

423 Rhodii] **B**corr: rodii **P**: hrodii **BFV**: horodii **L** 424 dedebant] debebant **BoMbV** Philota] *Vindelinus*: fili a te **P**: filiatae **Σ** 425 regioni] regione **L** *a. c.* appellatur] ape- **P** 426 Parmenio] parmoenio **Σ** bello] *Modius*: ab illo **ω** interfuturus] *Modius*: iter facturus **ω**: interfuturum **Col**: interfuturis **Sig** 427 <H>eph<a>estione *ed. Lugd.* Phoenices] *Aldus*: phoenicis **ω** 428 Gazam] **F**: gazan *rell.* I[i]sdem *Stangl* sollemne] solemne **P** 429 Isthmiorum] **isth*miorum **P**: iistymiorum **Σ** *(*istmiorum **B**corr *in ras.)* 430 concilio] concilia **F** *a. c.* XV] XII **B** 431 Graeciae] grecia **L** *a. c.* 433 animos tulisset fortuna] *Palmerius*: animus tulisset fortunam **ω** 435 sed] *ita* **V**corr *in ras.* egregii] egregiae **L** pleraque] plerasque **V** 436 Calas] **F**: chalas *rell.* Paphlagoniam] paplagoniam **FLV** Lycaoniam] lic- **FV** 437 denuo] *Vogel*: II duos **P**: II duos **Σ**: biduo *Foss* Miletum] *Erasmus, fort. iam* **P**corr: militum **ω** cepit] coepit **PBL** 438 Hegelochus] *Aldus*: eghilocus **ω** 439 Tenedo quoque recepta] *Gronovius*: tenedon quoque receptaculum **ω** *(*t. q. receptaculo **P** *a. c.)* 440 praetor] praeter **V** 441 rursus] russus **B** *a. c.* **V** Apollonidi] **V**: apolinidi **P**: apollinidi **BFLV**corr

Athenagorae, suarum partium viris, urbem cum modico praesidio militum tradit. [16] Praefecti Alexandri in obsidione urbis perseverabant non tam suis viribus quam ipsorum, qui obsidebantur, <freti> voluntate. Nec fefellit opinio: namque inter Apolloniden et duces militum orta seditio 445 inrumpendi in urbem occasionem dedit, [17] cumque porta effracta cohors Macedonum intrasset, oppidani, olim consilio proditionis agitato, adgregant se Amphotero et Hegelocho, Persarumque praesidio caeso, Pharnabazus cum Apollonide et Athenagora vincti traduntur, [18] XII triremes cum suo milite ac remige, praeter eas XXX inanes et <...> piratici lembi 450 Graecorumque III milia a Persis mercede conducta. His in supplementum copiarum suarum distributis piratisque supplicio adfectis captivos re-

XXIV miges adiecere classi suae. [19] Forte Aristonicus, Methymnaeorum tyrannus, cum piraticis navibus, ignarus omnium quae apud Chium acta erant, prima vigilia ad portus claustra successit interrogatusque a custodi- 455 bus, quis esset, Aristonicum ad Pharnabazum venire respondit. [20] Illi Pharnabazum quidem iam quiescere et non posse tum adiri, ceterum patere socio atque hospiti portum et postero die Pharnabazi copiam fore adfirmant. [21] Nec dubitavit Aristonicus primus intrare, secuti sunt ducem piratici lembi, ac, dum adplicant navigia crepidini portus, obicitur a 460 vigilibus claustrum, et, qui proximi excubabant, ab isdem excitantur. Nullo ex <i>is auso repugnare, omnibus catenae iniectae sunt, Amphotero

PBoMbBFLV

442 viris] vi- *ita* **L**^{corr} *in ras.* 443 in] n: **V** *a. c.* 444 suis] suis <fisi> *Vogel*: *post* viribus *Müller* <freti> *add. Lucarini (de hoc v. iam cogit. Mützell)* 445 Apolloniden] **ς**: apolliniden **ω** et] et <Athenagoram> *Acidalius* 446 in] *om.* **L** effracta] effrata **P** 448 se] es **V** Hegelocho] *Freinsheimius*: egilocho **P** *a. c.*: egilacho **P**^{corr}**BFL**^{corr}**V**: egil*cho **L** 449 Apollonide] **ς**: apollinide **ω** vincti] victi **V** *a. c.* 450 XXX] XXX milia **P** <...> *numerus excidit, ut vidit Vogel* 451 Graecorumque] graecorumqu*e **P** mercede] mer*cede **P** 452 supplicio] *om.* **P** *a. c.* captivos remiges] *i. e. omnes captivos ut remis incumberent coegerunt; aliter de sorte* militis *(l. 450) nihil doceremur* 453 Aristonicus] aristonicus ***** **L**: acristonicus **V** Methymnaeorum] *ed. Lugd.*: methymneorum **P**: methimneorum **Σ** *(*mechimneorum **V***)* tyrannus] tir- **P** 457 posse] posset **P** *a. c.* 458 postero] postera **Σ** 459 Aristonicus] acristonicus **V** *a. c.* 462 <i>is **BoMb** auso] auxo **F** iniectae] intectae **L** *a. c.* Amphotero] anpho- **P**

deinde Hegeloc<h>oque traduntur. [22] Hinc Macedones transiere Myti-
lenen, quam C<h>ares Atheniensis nuper occupatam II milium Persarum
465 praesidio tenebat; sed, cum obsidionem tolerare non posset, urbe tradita
pactus, ut incolumi abire liceret, Imbrum petit. Deditis Macedones
pepercerunt.

VI Dareus desperata pace, quam per litteras legatosque impetrari posse xxv
470 crediderat, ad reparandas vires bellumque inpigre renovandum intendit
animum. [2] Duces ergo copiarum Babyloniam convenire, Bessum quo-
que, Bactrianorum praetorem, quam maximo posset exercitu coacto,
descendere ad se iubet. [3] Sunt autem Bactriani inter illas gentes
promptissimi, horridis ingeniis multumque a Persarum luxu ab-
475 horrentibus: siti haud procul Scytharum bellicosissima gente et rapto
vivere adsueta semper in armis erant. [4] Sed Bessus, suspecta perfidia, haud
sane aequo animo in secundo se continens gradu, regem terrebat: nam
cum regnum adfectaret, proditio, qua sola id adsequi poterat, timebatur.
[5] Ceterum Alexander, quam regionem Dareus petisset, omni cura vesti-
480 gans, tamen explorare non poterat, more quodam Persarum arcana regum
mira celantium fide: [6] non metus, non spes elicit vocem, qua prodantur
occulta. Vetus disciplina regum silentium vitae periculo sanxerat; lingua
gravius castigatur quam ullum probrum, nec magnam rem Magi[s]
sustineri posse credunt ab eo, cui tacere grave sit, quod homini facillimum
485 voluerit esse natura.

PBoMbBFLV

463 Hegeloc<h>oque *Aldus (*helegelocoque **L***)* Hinc] hic **V** transiere] transire **F** *a. c.* Mytilenen] *Hedicke*: mithilenen **ω** 464 C<h>ares *Vindelinus* occupatam] occupatum **L** 470 crediderat] crediderant **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 471 Babyloniam] babilloniam **F**: babylloniam **V** 472 praetorem, quam] *Gronovius*: per quam **ω** 474 multumque] multum quoque **L** 475 Scytharum] *Vindelinus*: scitharum **ω** 478 regnum] regum **L** *a. c.* 480 explorare] exploraret **F** *a. c.* 482 disciplina] disciplicina **P** sanxerat] saxerat **B** *a. c.* 483 ullum] ullom **F** *a. c.* probrum] probum **L** Magi[s] *Rutgersius*: satis *Watt*: *del. Iunta* 484 sustineri] sustinere **P** *a. c.* cui] *ita* **L** *corr. in ras.* facillimum] facillinum **F**

xxvi [7] Ob hanc causam Alexander omnium, quae apud hostem gererentur, ignarus urbem Gazam obsidebat. Praeerat urbi Betis, eximiae in regem suum fidei, modicoque praesidio muros ingentis operis tuebatur. [8] Alexander, aestimato locorum situu, agi cuniculos iussit, facili ac levi humo acceptante occultum opus: quippe multam harenam vicinum mare (490) evomit nec saxa cotesque, quae interpellent specus, obstant. [9] Igitur ab ea parte, quam oppidani conspicere non possent, opus orsus, ut a sensu eius averteret, turres muris admoveri iubet. Sed eadem humus, movendis inutilis turribus, desidente sabulo agilitatem rotarum morata, [et] tabulata turrium perfringebat, multique vulnerabantur inpune, cum idem (495) recipiendis qui admovendis turribus labor eos fatigaret. [10] Ergo, receptui signo dato, postero die muros corona circumdari iussit. Ortoque sole, priusquam admoveret exercitum, opem deum exposcens sacrum patrio more faciebat. [11] Forte praetervolans corvus glebam, quam unguibus ferebat, subito amisit; quae cum regis capiti incidisset, resoluta defluxit, (500) ipsa autem avis in proxima turre consedit. Inlita erat turris bitumine ac sulphure, in qua alis haerentibus frustra se adlevare conatus a circumstantibus capitur. [12] Digna res visa, de qua vates consuleret; et erat non intactae a superstitione mentis. Ergo Aristander, cui maxima fides habebatur, urbis quidem excidium <ait> augurio illo portendi, (505) ceterum periculum esse, ne rex vulnus acciperet. Itaque monuit, ne quid eo die inciperet. [13] Ille, quamquam unam urbem sibi, quominus securus Aegyptum intraret, obstare aegre ferebat, tamen paruit vati signumque xxvii receptui dedit. Hinc animus crevit obsessis, egressique porta recedentibus

PJ(*a* 487 Praeerat)**BoMbBFLV**

487 Praeerat] praeterat **F** *a. c.* **L** *a. c.* regem] regum **L** 488 muros] murus **L** *a. c.* 490 occultum] oculum **B**: ocultum **B**^{corr}**FLV** 491 evomit] *Iunta*: evomens **ω** saxa] sa **V** *a. c.* Igitur] agitur **B** 494 [et] *del. Hedicke (1867: de hoc verbo delendo iam cogit. Mützell)*: et<iam> *Hedicke (1908)* 495 idem] idem <in> *Büttner* 497 Ortoque] ortoqu **L** *a. c.* 498 sacrum] -ra **L**^{corr} *in ras.* 500 defluxit] defluit **V** 502 sulphure] **B**: sulpure *rell.* 503 vates] vanes **L** *a. c.* consuleret] consuleretur **B** 504 cui] cu **L** *a. c.* 505 <ait> *Hedicke* portendi] portendi <dicit> *Walter* 506 monuit] movit **P** *a. c.* 509 Hinc] **PL**^{corr}: hic **Σ** egressique] egressisque **B** *a. c.*: egresique **F**

510 inferunt signa, cunctationem hostium suam fore occasionem rati. [14] Sed acrius quam constantius proelium inierunt: quippe ut Macedonum signa circumagi videre, repente sistunt gradum. Iamque ad regem proeliantium clamor pervenerat, cum, denuntiati periculi haud sane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus sumpsit et ad prima signa
515 pervenit. [15] Quo conspecto, Arabs quidam, Darei miles, maius fortuna sua facinus ausus, gladium clipeo tegens, quasi transfuga genibus regis advolvitur. Ille adsurgere supplicem recipique inter suos iussit. [16] At barbarus, gladio strenue in dextram translato, cervicem adpetiit regis. Qui exigua corporis declinatione evitato ictu, in vanum manum barbari lapsam
520 amputat gladio, denuntiato in illum diem periculo, ut arbitrabatur ipse, defunctus. [17] Sed, ut opinor, inevitabile est fatum; quippe dum inter primores promptius dimicat, sagitta ictus est, quam per loricam adactam stantem in humero medicus eius Philippus evellit. [18] Plurimus deinde sanguis manare coepit omnibus territis, quia non, quam alte penetrasset
525 telum, lorica obstante cognoverant. Ipse, ne oris quidem colore mutato, supprimi sanguinem et vulnus obligari iussit. [19] Diu ante ipsa signa vel dissimulato vel victo dolore perstiterat, cum suppressus paulo ante sanguis, medicamento, quo retentus erat, <elapso>, manare largius coepit et vulnus, quod tepens adhuc dolorem non moverat, frigente sanguine
530 intumuit. [20] Linqui deinde animo et submitti genu coepit; quem proximi exceptum in castra receperunt. Et Betis, interfectum ratus, urbem ovans

PJBoMbBFLV

511 inierunt] inier **L** *a. c.* signa] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 513 haud] haut **P** 515 maius] magius **V** 516 clipeo] **M**: clypeo **ω** 518 adpetiit] adpetit **ς** 521 ut] u- **L**^{corr} *in ras.* fatum] factum **F** *a. c.* **V** 522 primores] pli- **P** *a. c.* per] *ita* **L**^{corr} *in ras.* adactam] adactum **L** 523 humero] umero **F** Philippus] plilippus **F** 524 quia non] quia **JBoMb**: qua **B**: quam **V**: quia nom **F** *a. c.*: quia num **L** 525 obstante] obstante non **JBoMb** 527 perstiterat] prestiterat **L** *a. c.* 528 medicamento] labente ligamento *Hedicke (de* ligamento *iam cogit. Cornelissen; cf. tamen 9.5.29)*: <languescente> medicamento *Blomgren* <elapso> *add. Lucarini* : *lect. trad. def. Müller* manare] manere **V** *a. c.* largius] *Heinsius*: longius **ω** 529 tepens] *Acidalius*: stupens **ω**: recens **JBoMb** 530 intumuit] *primum* -u- **L**^{corr} *in ras.* Linqui] liqui **P** *a. c.* **V** *a. c.*: iamque **Mb** 531 ratus] *om.* **L** *a. c.*

XXVIII victoria repetit. [21] At Alexander, nondum percurato vulnere, aggerem, quo moenium altitudinem aequaret, extruxit pluribusque cuniculis muros subrui iussit. [22] Oppidani ad pristinum fastigium moenium novum extruxere munimentum, sed ne id quidem turres aggeri inpositas poterat (535) aequare: itaque interiora quoque urbis infesta telis erant. [23] Ultima pestis urbis fuit cuniculo subrutus murus, per cuius ruinas hostis intravit. Ducebat ipse rex antesignanos et, dum incautius subit, saxo crus eius adfligitur. [24] Innixus tamen telo, nondum prioris vulneris obducta cicatrice, inter primores dimicat, ira quoque accensus, quod duo in obsidione (540) urbis eius vulnera acceperat. [25] Betim egregia edita pugna multisque vulneribus confectum deseruerunt sui nec tamen segnius proelium capessebat, lubricis armis suo pariter atque hostium sanguine. [26] Sed cum undique telis <...> qu<o> ad<d>ucto, insolenti gaudio iuvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator: «Non, ut voluisti,» inquit «morieris, sed, quidquid (545) in captivum inveniri potest, passurum esse te cogita.» [27] Ille non interrito modo, sed contumaci quoque vultu intuens regem nullam ad minas eius reddidit vocem. [28] Tum Alexander: «Videtisne obstinatum ad tacendum?» inquit «Num genu posuit? Num vocem supplicem misit? Vincam tamen silentium et, si nihil aliud, certe gemitu interpellabo.» [29] Ira[m] (550) deinde vertit in rabiem, iam tum peregrinos ritus nova subiciente fortuna. Per talos enim spirantis lora traiecta sunt, religatumque ad currum traxere circa urbem equi, gloriante rege Achillen, a quo genus ipse deduceret, imitatum se esse poena in hostem capienda. [30] Cecidere Persarum Arabumque circa x milia nec Macedonibus incruenta victoria fuit. (555)

PJBoMbBFLV

533 cuniculis] cuniculos **P** *a. c.* muros] moros **P** *a. c.* 536 urbis] *del. Kinch* 537 subrutus] subrutos **L** *a. c.* 539 tamen] tamen ****** **L** 540 dimicat] dem- **P** *a. c.* 541 Betim] baetim **P**: baetin **P**^{corr} 544 <...> *lac. ita explevit Freinsheimius*: <peteretur, ad postremum exhaustis viribus vivus in potestatem hostium pervenit> qu<o> ad<d>ucto *Freinsheimius* 545 mirator] miratur **P**^{corr}: minatur **BoMb** 546 interrito] interito **P** *a. c.* **F** *a. c.* 549 posuit] possit **F** *a. c.* 550 aliud] *om.* **L** Ira[m] *Bruno* 551 subiciente] *Hedicke*: subeunte **ω** *(*sub- **P**^{corr}*in ras.)* 552 enim] etiam *Alanus* spirantis] sipirantis **L** *a. c.* 554 se esse] esse se **F** hostem] hoste ς

Obsidio certe non tam claritate urbis nobilitata est, quam geminato periculo regis. Qui, Aegyptum adire festinans, Amyntan cum x triremibus in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit. [31] Namque etiam secundis atterebantur tamen copiae devictarumque gentium militi
560 minor quam domestico fides habebatur.

VII Aegyptii, olim Persarum opibus infensi (quippe avare et superbe imperitatum sibi esse credebant) ad spem adventus eius erexerant animos, utpote qui Amyntam quoque transfugam et cum precario imperio xxix
565 venientem laeti recepissent. [2] Igitur ingens multitudo Pelusium, qua intraturus videbatur, convenerat. Atque ille septimo die, postquam a Gaza copias moverat, in regionem Aegypti, quam nunc Castra Alexandri vocant, pervenit. [3] Deinde, pedestribus copiis Pelusium petere iussis, ipse cum expedita delectorum manu Nilo amne vectus est. Nec sustinuere
570 adventum eius Persae, defectione quoque perterriti. [4] Iamque haud procul Memphi erat; in cuius praesidio Mazaces, praetor Darei, relictus aurum omne supra octingenta talenta Alexandro omnemque regiam supellectilem tradidit. [5] A Memphi, eodem flumine vectus, ad interiora Aegypti penetrat conpositisque rebus ita, ut nihil ex patrio Aegyptiorum more mutaret,
575 adire Iovis Hammonis oraculum statuit. [6] Iter expeditis quoque et paucis vix tolerabile ingrediendum erat: terra caeloque aquarum penuria est, steriles harenae iacent, quas ubi vapor solis accendit, fervido solo exurente

PJ(*usque ad* periculo regis 557)**BoMbBFLV**

557 Amyntan] amintan **V** 558 Macedoniam] macedonam **L** *a. c.* inquisistionem] conquisitionem *Vogel, sed cf. ThLL s. v. "inquisitio" 1822, 15-21* 559 tamen] *del.* **P**corr **B**corr devictarumque] divictarumque **B** *a. c.* 560 minor] minior **F** *a. c.* 562 infensi] *alterum* -n- **F**corr *in ras.* 564 qui] quia **B** *a. c.* Amyntam] amintam **P**: amytam **F** *a. c.* 569 delectorum] dil- **P** *a. c.* 570 haud] had **F** *a. c.* 571 praesidio] praesidium *Hedicke, sed cf. 7.11.29* Mazaces] *Raderus*: astace **ω**: astace<s> **B**corr**L**corr praetor] ****** **L** aurum omne supra] *Kinch*: oron amne superato **ω**: sponte amne superato *Hedicke (1908)*: <ad Cercas>oron amne superato *Foss*: amne superato *Hedicke (1867)* 572 octingenta] octoginta **L** *a. c.* supellectilem] suppellectilem **BLV**: supplectilem **F** 574 conpositisque] conpotisque **L** *a. c.* 575 Hammonis] hamnonis **P** *a. c.*: ammonis **B** *a. c.* et] ex **P** 576 penuria] puneria **V** *a. c.* 577 exurente]

vestigia, intolerabilis aestus existit. [7] Luctandumque est non solum cum ardore et siccitate regionis, sed etiam cum tenacissimo sabulo, quod praealtum et vestigio cedens aegre moliuntur pedes. [8] Haec Aegyptii vero 580 maiora iactabant; sed ingens cupido animum stimulabat adeundi Iovem, quem generis sui auctorem haud contentus mortali fastigio aut credebat xxx esse aut credi volebat. [9] Ergo cum iis, quos ducere secum statuerat, secundo amne descendit ad Mareotin paludem. Eo legati Cyrenensium dona attulere, pacem et ut adiret urbes suas petentes. Ille, donis acceptis 585 amicitiaque coniuncta, destinata exequi pergit. [10] Ac primo quidem et sequente die tolerabilis labor visus, nondum tam vastis nudisque solitudinibus aditis, iam tamen sterili et emoriente terra. [11] Sed ut aperuere se campi alto obruti sabulo, haud secus quam profundum aequor ingressi terram oculis requirebant: [12] nulla arbor, nullum culti soli occurrebat 590 vestigium. Aqua etiam defecerat, quam utribus cameli vexerant et in arido solo ac fervido sabulo nulla erat. [13] Ad hoc sol omnia incenderat siccaque et adusta erant ora, cum repente (sive illud deorum munus sive casus fuit) obductae caelo nubes condidere solem, ingens aestu fatigatis, etiam si aqua deficeret, auxilium. [14] Enimvero ut largum quoque imbrem 595 excusserunt procellae, pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim inpotentes sui ore quoque hianti captare coeperunt. [15] Quadriduum per vastas solitudines absumptum est. Iamque haud procul oraculi sede aberant, cum conplures corvi agmini occurrunt: modico volatu prima signa antecedentes [et] modo humi residebant, cum lentius agmen in- 600

PBoMbBFLV

Vindelinus: et urente **ω**

578 existit] exurit **B**corr**B**corr 583 iis] *Vindelinus*: his **ω** 584 Mareotin] mereotin **P** Cyrenensium] cyrennsium **V** *a. c.* 585 ut] ut** **V** 586 amicitiaque] amiciaque **L** *a. c.* destinata] diestinata **L** *a. c.* pergit] peregit **F** *a. c.* 590 occurrebat] occurrebant **L** *a. c.* 592 hoc] hoo **B** 593 erant] erat **L** *a. c.* illud] illid **P** *a. c.* munus] manus **L** *a. c.* 595 Enimvero] Idem vero *Hedicke* 597 inpotentes] **T**: inobtentis **ω** hianti] hiante **P** *a. c.* **L** *a. c.* Quadriduum] quatriduum **Σ** 598 absumptum] assumtum **P** 599 volatu] volato **P** *a. c.*: volati **L** *a. c.* 600 [et] *del. Hedicke* lentius] longius *coni. Lucarini*

cederet, modo se pennis levabant ducentium i[n]terque monstrantium ritu.

[16] Tandem ad sedem consecratam deo ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines <s>ita undique ambientibus ramis, vix in densam umbram cadente sole, contecta est multique fontes, dulcibus aquis passim manantibus, alunt silvas. [17] Caeli quoque mira temperies, verno tepori maxime similis, omnes anni partes pari salubritate percurrit. [18] Accolae sedis sunt ab oriente <...>, proximi Aethiopum. In meridiem versam Arabes spectant (Trogodytis cognomen est); horum regio usque ad Rubrum mare excurrit. [19] At qua vergit ad occidentem, alii <A>ethiopes colunt, quos Sim[u]os vocant. A septentrione Nasamones sunt, gens Syrtica, navigiorum spoliis quaestuosa: quippe obsident litora et aestu destituta navigia notis sibi vadis occupant. [20] Incolae nemoris, quos <H>ammonios vocant, dispersis tuguriis habitant: medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum. [21] Prima munitio tyrannorum veterem regiam clausit, in proxima coniuges eorum cum liberis et pelicibus habitabant (hic quoque dei oraculum est), ultima munimenta satellitum armigerorumque sedes erant. [22] Est et aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem (Solis aquam vocant): sub lucis ortum tepida manat, medio die, cuius vehementissimus est calor, frigida eadem fluit, inclinato in vesperam calescit, media nocte fervida exaestuat, quoque nox propius vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsum diei ortum adsueto tepore languescat. [23] Id, <quod> pro deo colitur, non

xxxi 605 610 615 620

PBoMbBFLV

601 ducentium] *Hug*: cedentium **ω** (-um* **F**) i[n]terque **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr} 604 <s>ita *Acidalius* 605 fontes] fontibus **L** *a. c., ut vid.* 606 tepori] tempori **BoMbL** 607 partes]portes **L** *a. c.* 608 <...> *nomen populi desideratur, ut animadvertit Vogel* versam] versum **P**^{corr} 609 Trogodytis] *Hedicke*: tragoditis **ω** 610 At] a **P**^{corr}**Σ** occidentem] occidentalem **P**^{corr}**Σ** <A>ethiopes **M** 611 Sim[u]os *Letellierius* Syrtica] *Vindelinus*: tyrtica **ω** 613 <H>ammonios **Bo** 614 dispersis] dip- **F** tuguriis] tugurius **L** *a. c.* pro] per **L** *a. c.* 615 veterem] veterum *Sebisius* 616 habitabant] habitant **Σ** 618 sedes] sedens **V** 619 ortum] ho- **B** *a. c.* 620 vesperam] vesperum **F** *a. c.* 621 quoque] cumque **L** (cum- *ex corr. in ras.*) 623 languescat] longuescat **P** *a. c.*: languescit **V** Id] Quod *Hedicke* <quod> *add.*

eandem effigiem habet, quam vulgo diis artifices accommodaverunt: umbilico maxime similis est habitus, zmaragdo et gemmis coagmentatus. 24 Hunc, cum responsum petitur, navigio aurato gestant sacerdotes, multis argenteis pateris ab utroque navigii latere pendentibus; sequuntur matronae virginesque, patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo propitiari Iovem credunt, ut certum edat oraculum. 25 Ac tum quidem regem propius adeuntem maximus natu e sacerdotibus filium appellat, hoc nomen illi parentem Iovem reddere adfirmans. Ille se vero et accipere ait et adgnoscere, humanae sortis oblitus. 26 Consuluit deinde, an totius orbis imperium fatis sibi destinaret<ur>. Vates, aeque in adulationem conpositus, terrarum omnium rectorem fore ostendit. 27 Post haec instituit quaerere, an omnes parentis sui interfectores poenas dedissent. Sacerdos parentem eius negat ullius scelere posse violari, Philippi autem omnes luisse supplicia; adiecit invictum fore, donec excederet ad deos. 28 Sacrificio deinde facto, dona et sacerdotibus et deo data sunt, permissumque amicis, ut ipsi quoque consulerent Iovem. Nihil amplius quaesierunt quam an auctor esset sibi divinis honoribus colendi suum regem. Hoc quoque acceptum fore Iovi vates respondet. 29 Vera et salubri aestimatione <pensanti> fidem oraculi vana profecto responsa [si] videri potuissent; sed fortuna, quos uni sibi credere coegit, magna ex parte

PBoMbBFLV

Zarotus

624 eandem] endem **V** 625 habitus] ambitus *Cornelissen* coagmentatus] *Zarotus*: coacm- **ω** 627 argenteis ... latere] *om.* **V** pateris] pateras **P** *a. c.* 630 propius] propicius **V** maximus] *alterum* -m- *in ras.* **P** 631 accipere] accipero **P** *a. c.* 632 Consuluit] consulit **L** *a. c.* 633 fatis] satis **P**^{corr}**BoMbΣ** destinaret<ur> *Bentleius* Vates, aeque] *Bruno*: pater aeque **ω**: Vatesque *Vogel*: Pariter *Novák; totum locum ita refinxit Kinch*: imperium [fatis] sibi destinaret pater. Aeque in adulationem conpositus vates, terrarum adulationem] ad ultionem **B** *a. c.* 636 ullius] illius **V** autem] autem <caesi> *Castiglioni* 640 esset] essed **P** suum] **OMb**: sui **ω** 641 acceptum... respondent] *om.* **V** respondet] **B**^{corr}**L**^{corr}: responditit **P**: respondit **P**^{corr}: respondent **BFL** Vera] <Perpendenti> vera *Prohasel* 642 aestimatione] **aestimatione **L**: aestimanti ratione *Schmidt* <pensanti> *add. Vogel* [si] videri *edd. vett.*: ei videri *Zumpt*: si<cut erant> videri *Foss*: eludere *Jeep*

avidos gloriae magis quam capaces facit. [30] Iovis igitur filium se non solum
645 appellari passus est, sed etiam iussit rerumque gestarum famam, dum
augere vult tali appellatione, corrupit. [31] Et Macedones, adsueti quidem
regio imperio, sed in maiore libertatis umbra quam ceterae gentes,
inmortalitatem adfectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat aut
regi, aversati sunt. [32] Sed haec suo quaeque tempori reserventur; nunc
650 cetera exequi pergam.

VIII Alexander ab Hammone rediens ad Mareotin paludem, haud procul XXXIII
insula Pharo sitam, venit. Contemplatus loci naturam, primum in ipsa
insula statuerat urbem novam condere; [2] inde, ut adparuit magnae sedis
655 insulam haud capacem esse, elegit urbi locum, ubi nunc est Alexandri<a>,
appellationem trahens ex nomine auctoris. Conplexus quidquid soli est
inter paludem ac mare, octoginta stadiorum muris ambitum destinat et,
qui exaedificandae urbi praeessent relictis, Memphin petit. [3] Cupido haud
iniusta quidem, ceterum intempestiva, incesserat, non interiora modo
660 Aegypti sed etiam <A>ethiopiam invisere: Memnonis Tithonique celebrata regia cognoscendae vetustatis avidum trahebat paene extra terminos solis. [4] Sed imminens bellum, cuius multo maior supererat moles, otiosae peregrinationi tempora exemerat. Itaque Aegypto praefecit
Aeschylum Rhodium et Peucesten Macedonem quattuor milibus militum
665 in praesidium regionis eius datis; claustra Nili fluminis Polemonem tueri

PBoMbBFLV

644 capaces] capes **P** *a. c.* facit] -t **F**^{corr} *in ras.* 647 ceterae gentes] ceteri degentes *Cornelissen* 648 adfectantem] adfectandem **L** *a. c.* aut r.] haud r. **P** 649 reserventur] seserventur **L** 652 Hammone] **B**: ammone **ω** ad] *Hedicke*: ut **ω**: in *Steinhoff* Mareotin] **Bo**: mareotyn **ω** 653 insula] insila **B** *a. c.* 654 condere] concedere **F** *a. c.* **L** *a. c.* adparuit] apparuerit **V** 655 Alexandri<a> **P**^{corr}**B**^{corr}: Alexandrea *Vogel* 657 mare] mage **F** *a. c.* 658 exaedificandae] aedificandae **L** *a. c.* urbi] u*rbi **F** Memphin] memphim **Σ** haud] aut **B** *a. c.* 659 incesserat] incesserant **V** 660 <A>ethiopiam **ς** invisere] invise*re **V** Memnonis] memmonis **F** Tithonique] *Aldus*: tithonisque **P**: titonisque **B**^{corr}**FLV**: totonisque **B** 662 Sed] *ita* **L**^{corr} *in ras.* multo] multum **P** 664 Aeschylum] *Aldus*: haesculum **ω** (-s- **L**^{corr} *in ras.*) 665 Polemonem] *Laetus*: polim- **ω**

iubet: xxx ad hoc triremes datae. 5 Africae deinde, quae Aegypto iuncta est, praepositus Apollonius, vectigalibus eiusdem Africae Aegyptique Cle<o>men<e>s. Ex finitimis urbibus commigrare Alexandream iussis, novam urbem magna multitudine inplevit. 6 Fama est, cum rex orbem futuris muris polenta, ut Macedonum mos est, destinasset, avium greges 670 advolasse et polenta esse pastas; cumque id omen pro tristi a plerisque esset acceptum, respondisse vates magnam illam urbem advenarum frequentiam culturam, multisque eam terris alimenta praebituram.

xxxiv 7 Regem, cum secundo amni deflueret, adsequi cupiens H[a]ector, Parm[o]enionis filius, eximio aetatis flore, in paucis Alexandro carus, par- 675 vum navigium conscendit, pluribus, quam capere posset, inpositis. 8 Itaque mersa navis omnes destituit. H[a]ector, diu flumini obluctatus, cum madens vestis et adstricti crepidis pedes natare prohiberent, in ripam tamen semianimis evasit et, ut primum fatigatus spiritum laxavit, quem metus et periculum intenderat, nullo adiuvante (quippe in diversum evaserant 680 alii) exanimatus est. 9 Amissi eius desiderio vehementer adflictus est repertumque corpus magnifico extulit funere. Oneravit hunc dolorem nuntius mortis Andromachi, quem praefecerat Syriae: vivum Samaritae cremaverant. 10 Ad cuius interitum vindicandum, quanta maxima celeritate potuit, contendit, advenientique sunt traditi tanti sceleris 685 auctores. 11 Andromacho deinde Me[m]nona substituit, adfectisque supplicio, qui praetorem interemerant, tyrannos, inter quos Methym-

PBoMbBFLV

666 triremes] trimes **B** *a. c.* quae Aegypto] quaegypto **P** 668 Cle<o>men<e>s *Bruno* finitimis] finitibus **P** *a. c.* Alexandream] alexandriam **P**^{corr}**Σ** iussis] ius **P** *a. c.*: iussit **V** *a. c.* 669 orbem futuris muris] *Jeep (*futuris muris *iam* **O***)*: urbem futuri muris **ω**: orbem futuri muri **BoMb** 670 polenta] polentia **V** *a. c.* destinasset] designasset **Bo** 673 frequentiam] frequentium **V** 674 H[a]ector **M** Parm[o]enionis **M** *(primum* -ni- *add.* **L**^{corr}*)* 676 inpositis] inpotis **V** 677 H[a]ector **M** 678 prohiberent] proi- **P** 679 metus] metens **L**: metuens **L**^{corr} 680 intenderat] intenderet **L** *a. c.* 681 exanimatus] examinatus **L** *a. c.* 683 quem] quam **L** 684 maxima] **BoMb**: maxime **ω** 686 Me[m]nona *Blancardus* 687 inter quos] **ColSigBoMb**: interque **ω** Methymnaeorum] *Bruno*: methimneorum **ω** *(*-m*n- **L***)*

naeorum Aristonicum et †Ersilaum†, popularibus suis tradidit; quos illi
ob iniurias tortos necaverunt. [12] Atheniensium deinde, Rhodiorum et
690 Chiorum legatos audit. Athenienses victoriam gratulabantur et, ut captivi
Graecorum suis restituerentur, orabant; Rhodii et Chii de praesidio
querebantur. [13] Omnes aequa desiderare visi inpetraverunt. Mytilenaeis
quoque, ob egregiam in partes fidem, et pecuniam, quam in bellum
inpenderant, reddidit et magnam regionem finium adiecit. [14] Cypriorum
695 quoque regibus, qui et a Dareo defecerant ad ipsum et oppugnanti Tyrum
miserant classem, pro merito honos habitus est. [15] Amphoterus deinde,
classis praefectus, ad liberandam Cretam missus (namque et Persarum et
Spartanorum armis pleraque eius insulae obsidebantur), ante omnia mare
a piraticis classibus vindicare iussus: quippe obnoxium praedonibus erat,
700 in bellum utroque rege converso. [16] His conpositis, Herculi Tyrio ex auro
crateram cum xxx pateris dicavit inminensque Dareo ad Euphraten iter
pronuntiari iussit.

IX At Dareus, cum Aegypto devertisse in Africam hostem conperisset, xxxv
705 dubitaverat, utrumne circa Mesopotamiam subsisteret an interiora regni
sui peteret, haud dubie potentior auctor praesens futurus ultimis gentibus
inpigre bellum capessendi, quas aegre per praefectos suos moliebatur.
[2] Sed ut idoneis auctoribus fama vulgavit Alexandrum cum omnibus

PBoMbBFLV

688 †Ersilaum† Er<esiorum Eury>silaum *Atkinson*: Eurysilaum *Sauppe*: Stesilaum *Hedicke* 689 tortos] tortas **P** *a. c.* necaverunt] negaverunt **F** *a. c.* 690 gratulabantur] gratubantur **Σ** *(in* **L** *postea corr.)* 691 et Chii] *om.* **L** *a. c.* praesidio] praesido **V** *a. c.* 692 aequa] *Modius*: eaque **PV**: eaquae **BFL**, *cf. Nováki Specil.* Mytilenaeis] *Hedicke*: mitilaneis **P**: mitileneis **P**[corr]**Σ** 694 finium] *def. Baehrens coll. Iust. 38.4.7*: finitimam *Jeep*: finibus eorum *Aldus* 696 habitus] ab- **F** 697 Cretam] cetram **L** *a. c.* 698 Spartanorum] **BoMb**: sparthanorum **P**: parthorum **P**[corr]**B**[corr]: parthanorum **Σ** pleraque] plaraque **P** obsidebantur] obsedebantur **PL** *a. c.*: conserebantur **Mb**: absidebantur **B** *a. c.* 700 in bellum utroque rege] **BoMb**: bello utrumque in regem **P**: bello utrimque in regem **Σ**: bello in utrumque regem *Jeep* 701 Euphraten] ephr- **V** 705 Mesopotamiam] mesopotomiam **F** 707 inpigre] inpige **V** *a. c.*

copiis, quamcumque ipse adisset regionem, petiturum, haud ignarus, quam cum strenuo res esset, omnia longinquarum gentium auxilia Babyloniam contrahi iussit. Bactriani Scythaeque et Indi convenerant; iam et ceterarum gentium copiae partibus simul adfuerunt. [3] Ceterum cum dimidio ferme maior esset exercitus, quam in Cilicia fuerat, multis arma deerant, quae summa cura conparabantur. Equitibus equisque tegumenta erant ex ferreis lamminis serie inter se conexis; quis antea praeter iacula nihil dederat, scuta gladiique adiciebantur, [4] equorumque domandi greges peditibus distributi sunt, ut maior pristino esset equitatus. Ingensque, ut credebat, hostium terror, ducentae falcatae quadrigae, unicum illarum gentium auxilium, secutae sunt. [5] Ex summo temone hastae praefixae ferro eminebant, utrimque a iugo ternos direxerat gladios, inter radios rotarum plura spicula eminebant in adversum; aliae deinde falces summissae rotarum orbibus haerebant et aliae in terram demissae, quidquid obvium concitatis equis fuisset amputaturae. [6] Hoc modo instructo exercitu ac perarmato Babylone copias movit. A parte dextra erat Tigris, nobilis fluvius, laevam tegebat Euphrates, agmen Mesopotamiae campos inpleverat. [7] Tigri deinde superato, cum audisset haud procul abesse hostem, Satropaten, equitum praefectum, cum mille delectis praemisit. Maz<a>eo praetori sex milia data, quibus hostem transitu amnis arceret; [8] eidem mandatum, ut regionem, quam Alexan-

710 715 720 XXXVI 725

PBoMbBFLV

711 Babyloniam] babyllo- **V** Schythaeque] **Bo**: scitheque **P**: scithaeque **Σ** convenerant; iam et] *Raderus*: convenerant. Nam et **ω**: convenerant iam, et *Acidalius* 712 ceterarum] ceterum **L** *a. c.* 713 dimidio] dimio **P** 714 conparabantur] conparabatur **F** *a. c.* 715 tegumenta] tegim- **P**^{corr}**Σ** 716 scuta] secuta **F** *a. c.* 717 domandi] domanti **P** *a. c.*: donandi **F** 718 credebat] *Kinch*: crederat **P**: crediderat **P**^{corr}**Σ** 720 praefixae] **Bo**: praefixo **ω** eminebant] eminebat **P** *a. c.* iugo] ugo **V** *a. c.* 721 rotarum] ratarum **L** *a. c.* 722 summissae] summmissae **L** *a. c.* orbibus] opibus **F**: obibus **V** terram] terra **F** demissae] *Vindelinus*: dimissae **ω** 723 quidquid] quiquid **V** 724 exercitu] exercito **P** *a. c.* **F** *a. c.* Babylone] babyllone **V** A parte] aperte **F** *a. c.* **L** *a. c.* 725 Tigris] tygris **Σ** laevam] laevamque **F** *a. c.* Euphrates] eufr- **F** 726 Mesopotamiae] mepotamiae **L** *a. c.* Tigri] tygri **Σ** 728 delectis] dil- **P** Maz<a>eo *Aldus, semper* 729 transitu] transiti **B** *a. c.*

730 der esset aditurus, popularetur atque ureret: quippe credebat inopia debellari posse nihil habentem, nisi quod rapiendo occupasset; ipsi autem commeatus alii terra, alii Tigri amne subvehebantur. [9] Iam pervenerat Arbela, vicum <ignobilem>, nobilem sua clade facturus. Hic commeatuum sarcinarumque maiore parte deposita, Lycum amnem
735 ponte iunxit et per dies quinque, sicut ante Euphraten, traiecit exercitum. [10] Inde octoginta fere stadia progressus ad alterum amnem (Boumelo nomen est) castra posuit. Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis et vasta planities: ne stirpes quidem et brevia virgulta operiunt solum, liberque prospectus oculorum etiam ad ea, quae procul recessere,
740 permittitur. Itaque, si qua campi eminebant, iussit aequari totumque fastigium extendi. [11] Alexandro, qui numerum copiarum eius, quantum (xxxvii) procul coniectari poterat, aestimabant, vix fecerunt fidem, tot milibus caesis, maiores copias esse reparatas. [12] Ceterum omnis periculi et maxime multitudinis contemptor undecimis castris ad Euphraten pervenit. Quo
745 pontibus iuncto, equites primos ire, phalangem sequi iubet, Maz<a>eo, qui ad inhibendum transitum eius cum sex milibus equitum occurrerat, non auso periculum sui facere. [13] Paucis deinde non ad quietem, sed ad praeparandos animos diebus datis militi, strenue hostem insequi coepit, metuens ne interiora regni sui peteret sequendusque esset per loca omni
750 solitudine atque inopia vasta. [14] Igitur †quarto† die praeter Armeniam penetrat ad Tigrin. Tota regio ultra amnem recenti fumabat incendio:

PBoMbBFLV

730 ureret] utreret **L** *a. c.* 731 rapiendo] r- **L**^{corr} *in ras.* 732 Tigri] **ς**: tygri **ω** 733 <ignobilem> *add. Büttner* 734 commeatuum] commeantium **BoMb** : cummeatuum **L**: commeatum **V** *a. c.* Lycum] licum **L** 735 sicut ante Euphraten] *del. Freinsheimius, Kinch* 736 Boumelo] bouelo **F** *a. c.* 738 vasta] vastra **L** *a. c.* operiunt] operuit **P** *a. c.* **Mb** 739 ad ea] *om.* **B** 740 Itaque] Atque *Hedicke*: Itemque *Stangl* aequari] queri **P** *a. c.* 742 coniectari] convectari **L** *a. c.* 743 reparatas] reper- **V** 744 contemptor] contemtor **P** 745 iubet] iubet* **L** 746 inhibendum] hibendum **F** *a. c.* **L** *a. c.* 747 periculum] periculo **P** *a. c.* ad q.] ad * q. **L** 748 praeparandos] reparandos **B**^{corr} 749 omni] omne **L** *a. c.* 750 solitudine] so*l-**F** †quarto† *haesit Raderus*: quarto <decimo> *Kinch, cf. Atkinsoni comm.* die] de **P** *a. c.* Armeniam] *Mützell*: arbela **ω** 751 Tigrin] tygrin **Σ**

quippe Maz<a>eus, quaecumque adierat, haud secus quam hostis urebat.
[15] Ac primo caligine, quam fumus effuderat, obscurante lucem, insidiarum
metu substitit; deinde ut speculatores praemissi tuta omnia nuntiaverunt,
paucos equitum ad temptandum vadum fluminis praemisit. Cuius alti- 755
tudo primo summa equorum pectora, mox, ut in medium alveum ven-
tum est, cervices quoque aequabat. [16] Nec sane alius <amnis> ad Orientis
plagam tam violentus invehitur, multorum torrentium non aquas solum,
sed etiam saxa secum trahens. Itaque a celeritate, qua defluit, Tigri no-
XXXVIII men est inditum, quia Persica lingua tigrin sagittam appellant. [17] Igitur 760
pedes velut divisus in cornua circumdato equitatu, levatis super capita
armis, haud aegre ad ipsum alveum penetrat. [18] Primus inter pedites rex
egressus in ripam, vadum militibus manu, quando vox exaudiri non
poterat, ostendit. Sed gradum firmare vix poterant, cum modo saxa lubrica
vestigium fallerent, modo rapidior unda subduceret. [19] Praecipuus erat 765
labor eorum, qui humeris onera portabant: quippe cum semetipsos regere
non possent, in rapidos gurgites incommodo onere auferebantur, et dum
sua quisque spolia consequi studet, maior inter ipsos quam cum amni
orta luctatio est cumulique sarcinarum passim fluitantes plerosque
perculerant. [20] Rex monere, ut satis haberent arma retinere, cetera se 770
redditurum. Sed neque consilium neque imperium accipi poterat: ob-
strepebat hinc metus, praeter hunc invicem †nutantium† mutuus clamor.
[21] Tandem, qua leniore tractu amnis aperit vadum, emersere, nec

PBoMbBFLV

752 adierat] admerat **L** *a. c.* 753 fumus] humus *Damsté* effuderat] offuderat *Bongarsius* 754 substitit] subsistit **F** praemissi] praemisi **L** *a. c.* 755 equitum] equitom **F** *a. c.* 757 aequabat] aequ- $\mathbf{F}^{corr}$ *in ras.* Nec] ne **V** sane] amnis *Birt* <amnis> *add. Cornelissen*: <fluvius> *Castiglioni* 758 invehitur] -v- $\mathbf{P}^{corr}$ *in ras.* aquas] a- *non disp.* **B** 759 a] *om.* **B** *a. c.* Tigri] tygri **Σ** 760 tigrin] tygrin **Σ** appellant] ape- **L** 762 pedites] peditos **P** *a. c.* **L** *a. c.* 763 manu] -n- $\mathbf{L}^{corr}$ *in ras.* 764 Sed] se **F** *a. c.* 765 modo] modos **P** rapidior] rapior **L** *a. c.* subduceret] *scil.* vestigium 766 onera] ho- **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 768 consequi] cum sequi **L** *a. c.* 769 orta] horta **V** cumulique] cumulque **P** *a. c.* 771 accipi] ancipi **P** 772 †nutantium† luctantium *vel* iurgantium *Bentleius*: minantium *Lucarini*: vocantium *Freinsheimius*: hortantium *Bergk* 773 aperit] apperit **P**

quicquam praeter paucas sarcinas desideratum est. [22] Deleri potuit
775 exercitus, si quis vincere ausus esset, sed perpetua fortuna regis avertit
inde hostem. Sic Granicum tot milibus equitum peditumque in ulteriore
stantibus ripa superavit, sic angustis in Ciliciae callibus tantam
multitudinem hostium. [23] Audaciae quoque, qua maxime viguit, ratio
minui potest, quia numquam in discrimen venit, an temere fecisset.
780 Maz<a>eus, qui, si transeuntibus flumen supervenisset, haud dubie
oppressurus fuit inconpositos, in ripa demum ad iam perarmatos
adequitare coepit. [24] Mille admodum equites praemiserat: quorum
paucitate Alexander explorata, deinde contempta, praefectum Paeonum
equitum Aristona laxatis habenis invehi iussit. [25] Insignis eo die pugna
785 equitum et praecipue Aristonis fuit: praefectum equitatus Persarum
Satropaten, directa in guttur[e] hasta, transfixit fugientemque per medios
hostes consecutus, ex equo praecipitavit et obluctanti gladio caput
dempsit, quod relatum magna cum laude ante regis pedes posuit.

790 **X** Biduo ibi stativa rex habuit; in proximum deinde pronuntiari <iter> XXXIX
iussit. [2] Sed prima fere vigilia luna deficiens primum nitorem sideris sui
condidit, deinde, sanguinis colore suffuso, lumen omne foedavit,
sollicitisque sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio et ex ea

PBoMbBFLV

774 Deleri] delere **P** *a. c.* potuit] -ui- **F**^{corr} *in ras.* 775 vincere] vincire **V** 777 Ciliciae] ci*litiae **P** : -ci- **L**^{corr} *in ras.* callibus] *Aldus*: colligibus **P**: collibus **Σ** 778 ratio] <admi>ratio *Freinsheimius*: <mi>ratio *Madvig* 779 minui] non iniri *Bentleius*: minime iniri *Heinsius* discrimen] discrimine **F** *a. c.* 780 qui, si] que **P** *a. c.*: qui **F** *a. c.* supervenisset] perven- **L** 781 incompositos] incompositis **P** *a. c.* ad iam] *Hedicke*: etiam **ω**: et iam *Nett* perarmatos] peramatos **P**: perarmatis *Nett* 782 Mille] *om.* **P**: quo **Bo**: quem **F** *a. c.* **Mb**: co **L**: quem **F** *a. c.*: o o **V** praemiserat] perm- **L** *a. c.* 783 contempta] contemta **P** Paeonum] *Aldus*: poeniorum **PBo**: poenorum **P**^{corr}**BF**^{corr}**LV**: poenorium **F** 784 habenis] ab- **P** 786 directa] der- **P** guttur[e] *Faber* hasta] asta **P** 787 hostes] ostes **V** consecutus] consecutos **F** *a. c.* gladio caput] caput gladio **BFL**^{corr}**V**: c. gaudio **L** 788 dempsit] demsit **P** regis] reges **V** 790 stativa rex] rex stativa **Σ** habuit] habut **P** deinde] deinde <iter> *Novák* <iter> *add.* **ς** 791 iussit] iussit <iter> **L**^{corr} 793 sub] -b **V**^{corr} *in ras.* et] *om.* **F** *a. c.*

formido quaedam incussa est. 3 Dis invitis in ultimas terras trahi se querebantur: iam nec flumina posse adiri nec sidera pristinum servare 795 fulgorem, vastas terras, deserta omnia occurrere; in unius hominis iactationem tot milium sanguinem inpendi, fastidio esse patriam, abdicari Philippum patrem, caelum vanis cogitationibus petere. 4 Iam pro<pe> seditionem res erat, cum ad omnia interritus duces principesque militum frequentes adesse praetorio iubet Aegyptiosque vates, quos caeli ac siderum 800 peritissimos esse credebat, quid sentirent expromere [iubet]. 5 At illi, qui satis scirent temporum orbes inplere destinatas vices lunamque deficere, cum aut terram subiret aut sole premeretur, rationem quidem ipsis perceptam non edocent vulgus; 6 ceterum adfirmant solem Graecorum, lunam esse Persarum, quotie<n>sque illa deficiat, ruinam stragemque il- 805 lis gentibus portendi, veteraque exempla percensent Persidis regum, quos adversis dis pugnasse lunae ostendisset defectio. 7 Nulla res multitudinem efficacius regit quam superstitio: alioqui inpotens, saeva, mutabilis, ubi vana religione capta est, melius vatibus quam ducibus suis paret. Igitur edita in vulgus Aegyptiorum responsa rursus ad spem et fiduciam erexere 810

XL torpentes. 8 Rex, impetu animorum utendum ratus, secunda vigilia castra movit: dextra Tigrim habebat, a laeva montes, quos Gordyaeos vocant. 9 Hoc ingressis iter speculatores, qui praemissi erant, sub lucis ortum Dareum adventare nuntiaverunt. Instructo igitur milite et conposito

PBoMbBFLV

794 incussa] inconcussa **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* ultimas] ultimis **P** *a. c.* se querebantur] se querebatur **B** *a. c.* **F**: sequebantur **L** 795 adiri] *Vindelinus*: adire **ω** 796 fulgorem] fulguorem **F** *a. c.* occurrere] occurre **L** *a. c.* in] in* **V** 798 Philippum] fil- **Σ** petere. Iam] petere regem *Hedicke* pro<pe> **ς**: pro<pe ad> *Nett* 799 seditionem] seditione **P**^{corr}**Σ** 800 iubet] *del. Zumpt* siderum] siderium **L** *a. c.* 801 credebat] credeba<n>t *Bergenus* [iubet] *del. Mützell, Kinch* 803 terram] terra **V** sole] solem **FL** *a. c.* **V** 804 perceptam] praeceptam **LV** *a. c.* 805 quotie<n>sque **B**^{corr} stragemque] *stra- **L** 807 adversis] *ad- **L** 808 alioqui inpotens] **P**^{corr}: alioquim potens **P** *a. c., ut vid.*: alioquin inpotens **BFL**^{corr}**V**: a. inponens **L** 809 vana] una **B** *a. c.* 812 Tigrim] tygrim **BFL**^{corr}**V**: tygrum **L** Gordyaeos] *ed. Lugd.*: cordeos **ω** *(*-aeos **P***)* 813 ingressis] *Zumpt*: ingressus **ω**: ingresso **BoMb** ortum] hortum **B** *a. c.* 814 conposito] -o *ita* **L**^{corr} *in ras.*

815 agmine antecedebat. [10] Sed Persarum moratores erant mille ferme, qui
speciem magni agminis fecerant: quippe ubi explorari vera non possunt,
falsa per metum augentur. [11] His cognitis rex, cum paucis suorum
adsecutus agmen, refugientium ad suos alios cecidit, cepit alios; equitesque
praemisit speculatum, simul ut ignem, quo barbari cremaverant vicos,
820 extinguerent. [12] Quippe fugientes raptim tectis acervisque frumenti
iniecerant flammas; quae cum in summo haesissent, ad inferiora non-
dum penetraverant. [13] Extincto igitur igne, plurimum frumenti repertum
est: copia aliarum quoque rerum abundare coeperunt. Ea res ipsa militi
ad persequendum hostem animum incendit: quippe urente et populante
825 eo terram festinandum erat, ne incendio cuncta praeciperet. [14] In ratio-
nem ergo necessitas versa est: quippe Maz<a>eus, qui antea per otium
vicos incenderat, iam fugere contentus pleraque inviolata hosti reliquit.
[15] Alexander haud longius CL stadiis Dareum a se abesse conpererat. I-
taque ad satietatem quoque copia commeatuum instructus quadriduo
830 in eodem loco substitit. [16] Interceptae deinde Darei litterae sunt, quibus
Graeci milites sollicitabantur, ut regem aut interficerent aut proderent,
dubitavitque, an eas pro contione recitaret, satis confisus Graecorum
quoque erga se benivolentiae ac fidei. [17] Sed Parmenio deterruit, <non>
esse talibus promissis inbuendas aures militum adfirmans: patere vel u-
835 nius insidiis regem, nihil nefas esse avaritiae. Secutus consilii auctorem
castra movit.

PBoMbBFLV

815 antecedebat] antecedebant **P** *a. c.* moratores] metatores *Heinsius* 816 magni agminis] agminis magni **F** 818 alios]aloos **P** *a. c.* cepit] coepit **FLV** 819 cremaverant] cremaver **B** *a. c.* 820 extinguerent] extingueret **F** *a. c.* 823 aliarum]aliorum **V** *a. c.*: illarum *coni. Lucarini* abundare] **B**: hab- *rell.* ipsa] ipsi **F** 825 festinandum] festinandam **P** *a. c.* 826 otium] o*tium **P** 827 vicos] vocis **P** *a. c.* pleraque] p- **L**^{corr} *in ras.* 829 commeatuum] commeatum **P** *a. c.*: commeantium **Mb** quadriduo] quatriduo **Σ** 830 substitit] subsistit **F** *a. c.* **V** deinde] dende **F** *a. c.* 831 Graeci] grecie **F** *a. c.* 832 contione] contentione **F** *a. c.* confisus] confusis **B** *a. c.* 833 Sed] sed et **P**^{corr}**B**^{corr} Parmenio] parmoenio **Σ** <non> *add.* **BoMb**

XLI [18] Iter facienti spado e captivis, qui Darei uxorem comitabantur, deficere eam nuntiat et vix spiritum ducere. [19] Itineris continui labore animique aegritudine fatigata inter socrus et virginum filiarum manus conlapsa erat, deinde et extincta: [20] id ipsum nuntians alius supervenit. Et 840 rex, haud secus quam si parentis mors nuntiata esset, crebros edidit gemitus lacrimisque obortis, qualis Dareus profudisset, in tabernaculum, in quo mater erat Darei defuncto adsidens corpori, venit. [21] Hic vero renovatus est maeror, ut prostratam humi vidit. Recenti malo priorum quoque admonita receperat in gremium adultas virgines, magna quidem mutui 845 doloris solacia, sed quibus ipsa deberet esse solacio. [22] In conspectu erat nepos parvulus, ob id ipsum miserabilis, quod nondum sentiebat calamitatem ex maxima parte ad ipsum redundantem. [23] Crederes Alexandrum inter suas necessitudines flere et solacia non adhibere, sed quaerere. Cibo certe abstinuit omnemque honorem funeri patrio 850 Persarum more servavit, dignus, hercule, qui nunc quoque tantae et mansuetudinis et continentiae ferat fructum. [24] Semel omnino eam viderat [quo die capta est, nec ut ipsam, sed ut Darei matrem videret] eximiamque pulchritudinem formae eius non libidinis habuerat XLII invitamentum sed gloriae. [25] E spadonibus, qui circa reginam erant, 855 Tyriotes inter trepidationem lugentium elapsus per eam portam, quae, quia ab hoste aversa erat, levius custodiebatur, ad Darei castra pervenit exceptusque a vigilibus in tabernaculum regis perducitur gemens et veste lacerata. [26] Quem ut conspexit Dareus, multiplici doloris expectatione commotus et, quid potissimum timeret, incertus: «Vultus» inquit «tuus 860

PBoMbBFLV

837 facienti] faciente **F** *a. c.*: faciendi **L** e] et **FV** *a. c.* qui] qua **P** comitabantur] committa- **V** 838 Itineris] iteneris **V** *a. c.* continui] continua **F** *a. c.* 840 et] *om.* **P** *a. c.* nuntians] nuntias **L** *a. c.* 841 haud] hau **P** *a. c.* parentis] parentes **F** *a. c.* 843 adsidens] adsedens **F** *a. c.* renovatus] revovatus **L** *a. c.* 846 ipsa] ipse **P** *a. c.* **Bo** 847 miserabilis] mirabilis **L** 848 ex] et **P** 850 quaerere] sequere **F** *a. c.* 851 tantae] *Bongarsius*: tantum **ω** 852 mansuetudinis] mansuetidinis **F** 853 [quo die ... videret] *del. Kinch* ut[1]] *om.* **L** *a. c.* 856 trepidationem] trepidinem **L** *a. c.* portam] portem **L** *a. c.* 860 commotus] commeatus **B** *a. c.* tuus] tuens **V**

nescio quod ingens malum praefert, sed cave miseri hominis auribus parcas: didici esse infelix, et saepe calamitatis solacium est nosse sortem suam. [27] Num, quod maxime suspicor, e[t]loqui timeo, ludibria meorum nuntiaturus es mihi et, ut credo, ipsis quoque omni tristiora supplicio?»
865 [28] Ad haec Tyriotes: «Istud quidem procul abest» inquit; «quantuscumque enim reginis honos ab iis, qui parent, haberi potest, tuis a victore servatus est. Sed uxor tua paulo ante excessit e vita.» [29] Tunc vero non gemitus modo sed etiam eiulatus totis castris exaudiebatur. Nec dubitavit Dareus, quin interfecta esset, quia nequisset contumeliam perpeti exclamatque
870 amens dolore: «Quod ego tantum nefas commisi, Alexander? Quem tuorum propinquorum necavi, ut hanc vicem saevitiae meae <redderes>? Odisti me, non quidem provocatus; sed finge iustum intulisse te bellum: cum feminis ergo agere debueras?» [30] Tyriotes adfirmare per deos patrios nihil in eam gravius esse consultum: ingemuisse etiam Alexandrum morti
875 et non parcius flevisse quam ipse lacrimaret. [31] Ob haec ipsa amantis animus in sollicitudinem suspicionemque revolutus est, desiderium captivae profecto a consuetudine stupri ortum esse coniectans. [32] Summotis igitur arbitris, uno dumtaxat Tyriote retento, iam non flens, sed suspirans: «Videsne,» inquit, «Tyriote, locum mendacio non esse? Tor-
880 menta iam hic erunt; sed ne expectaveris per deos, si quid tibi tui regis reverentiae est: num, quod et scire expeto et quaerere pudet, ausus est et dominus et iuvenis?» [33] Ille quaestioni corpus offerre, deos testes invocare, caste sancteque habitam esse reginam. [34] Tandem, ut fides facta est vera

PBoMbBFLV(*de quo vide praef.*)

862 calamitatis] calamitates **P** *a. c.* 863 e[t]loqui *Stangl* ludibria] ludribria **BL** meorum] eorum **P** *a. c.* 864 tristiora] tristitiora **V** 865 Tyriotes] -riotes **F**^{corr} *in ras.* quantuscumque] quatuscumque **F** *a. c.* 866 reginis] regi*nis **P**: regnis **B** *a. c.* honos] onus **P** *a. c.* **F** *a. c.* iis] his **ω** a victore] auctore **L** *a. c.* 867 gemitus] genitus **P** *a. c.* 868 exaudiebatur] exaudiebantur **P**^{corr}**Σ** 869 quin] qui **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* interfecta] interfacta **F** 871 <redderes> *hic add. Müller*: <restitueres> **P**^{corr}**B**^{corr}: <reddere> **L**^{corr} 872 Odisti] ho- **V** 875 quam ipse] *om.* **P** *a. c.* ipsa] ipse **BFL** 878 retento] retenta **P** *a. c.* 879 inquit] *Walch*: in te **ω** Tyriote] **B**^{corr}: tyriotum **ω** 881 quod] quid **P** *a. c.* et] *om.* **L** *a. c.* expeto] exp*eto **L**

esse, quae adfirmaret spado, capite velato diu flevit manantibusque adhuc lacrimis, veste ab ore reiecta, ad caelum manus tendens: «Di patrii,» 885 inquit «primum mihi stabilite regnum; deinde, si de me iam transactum est, precor, ne quis potius Asiae rex sit quam iste tam iustus hostis, tam misericors victor.»

XLIII **XI** Itaque, quamquam frustra pace bis petita omnia in bellum consilia 890 converterat, victus tamen continentia hostis, ad novas pacis condiciones ferendas x legatos, cognatorum principes, misit; quos Alexander, consilio advocato, introduci iussit. 2 E quibus maximus natu: «Dareum,» inquit «ut pacem a te iam hoc tertio peteret, nulla vis subegit, sed iustitia et continentia expressit. 3 Matrem, coniugem, liberos eius, nisi quod sine 895 illo sunt, captos esse non sensimus: pudicitiae earum, quae supersunt, curam haud secus quam parens agens reginas appellas, speciem pristinae fortunae retinere pateris. 4 Vultum tuum video, qualis Darei fuit, cum dimitteremur ab eo; et ille tamen uxorem, tu hostem luges. Iam in acie stares, nisi cura te sepulturae eius moraretur. Ecquid mirum est, si tam 900 ab amico animo pacem petit? Quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? 5 Antea imperio tuo finem destinabat Halym amnem, qui Lydiam terminat; nunc, quidquid inter Hellespontum et Euphraten est, in dotem filiae offert, quam tibi tradit. 6 Ochum filium, quem habes, pacis et fidei obsidem retine, matrem et duas virgines filias redde: pro tribus corporibus 905 xxx milia talentum auri precatur accipias. 7 Nisi moderationem animi tui notam haberem, non dicerem hoc esse tempus, quo pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes. 8 Respice, quantum post te reliqueris;

PBoMbBFLV(*de hoc vide praef.*)

884 manantibusque] manantibus **BoMbB** *a. c.* 885 Di] dii **F** 886 stabilite] stabilitate **P** *a. c.*: stabile **MbF** *a. c.* (-e **L**^{corr} *in ras.*) 887 rex sit] rexit **P** *a. c.* **F** *a. c.* 888 misericors] miserico*rs **L** 890 omnia] -a **L**^{corr} *in ras.* 893 quibus] qui*bus **L** 894 iustitia] iustitia <tua> *edd. vett.* (*post* continentia *iam* **ς**) 895 quod] quod * **P** 897 haud] aud **P** *a. c.* 899 hostem] ostem **F** *a. c.* 900 moraretur] moreretur **L** *a. c.* Ecquid] **ς**: et quid **ω** 902 Halym] *ed. Lugd.*: alim **ω** Lydiam] lydia **P**: ludiam **FL** 904 quam] *om.* **P** *a. c.* **ColSigBoMb** 907 non] *del. Freinsheimii amicus* non] *om.* **F** *a. c.* 908 etiam] tiam **L** *a. c.*

intuere, quantum petas. Periculosum est praegrave imperium: difficile
910 est enim continere, quod capere non possis. Videsne, ut navigia, quae
modum excedunt, regi nequeant? Nescio an Dareus ideo tam multa
amiserit, quia nimiae opes magnae iacturae locum faciunt. [9] Facilius
quaedam vincere quam tueri: quam, hercule, expeditius manus nostrae
rapiunt, quam continent! Ipsa mors uxoris Darei admonere te potest
915 minus iam misericordiae tuae licere quam licuit.» [10] Alexander, legatis XLIV
excedere tabernaculo iussis, quid placeret, ad consilium refert. Diu nemo,
quid sentiret, ausus est dicere incerta regis voluntate. [11] Tandem Parmenio
antea suasisse[m] ait, ut captivos apud Damascum redimentibus red-
deret: ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis, qui †multi† vincti viro-
920 rum fortium occuparent manus. [12] Et nunc magnopere censere, ut unam
anum et duas puellas, itinerum agminumque inpedimenta, XXX milibus
talentum auri permutet. [13] Opimum regnum occupare posse condicione,
non bello nec quemquam alium [inter Histrum et Euphraten] possedisse
terras <tam> ingenti spatio intervalloque discretas. Macedoniam quoque
925 potius respiceret, quam Bactra et Indos intueretur. [14] Ingrata oratio regi
fuit; itaque, ut finem dicendi fecit: «Et ego» inquit «pecuniam quam
gloriam mallem, si Parmenion essem: nunc Alexander de paupertate secu-
rus sum et me non mercatorem memini esse, sed regem. [15] Nihil quidem
habeo venale, sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet
930 reddi, honestius dono dabimus, quam pretio remittemus.» [16] Introductis

PBoMbBFLV(*de hoc vide praef.*)

909 petas] potes **F**: petes **F**^{corr} difficile] -cile **L**^{corr} *in ras.* 910 possis] posses **P** *a. c.* 911 Nescio] ut scio **P** *a. c.* 912 nimiae] nimae **P** 913 quaedam] quidem *Schefferus* vincere] facere **L** *a. c.* tueri] tueri <praedam> *Vogel* expeditius] expeditus **P** *a. c.* 914 Darei] dari **L** 918 suasisse[m] *Budaeus* redderet] *Budaeus*: redderes **ω** 919 iis] his **ω** †multi† multas *Bentleius*: multorum *Kinch*: in ultimis *Lucarini*: simul *Acidalius*: vel *Novák*: *del. Freinsheimius* 920 occuparent] occuparant **P**^{corr}**Σ** 921 anum] manum **L** *a. c.* 922 talentum] talen **V** *a. c.* 923 alium] aliud **P** *a. c.* **BoMb** [inter Histrum et Euphraten] *del. Lucarini* (euphaten **P**) 924 <tam> *add. Castiglioni* ingenti] ingenti<ore> *Hedicke* discretas] *Acidalius*: desertas **ω** Macedoniam] macedonam **P** *a. c.* quoque] *om.* **PBoMb** 927 Parmenion] parmoenion **Σ** 928 memini esse] meminisse **P** *a. c.*: meminesse **L** *a. c.*

deinde legatis, ad hunc modum respondit: «Nuntiate Dareo me, quae fecerim clementer et liberaliter, non amicitiae eius tribuisse, sed naturae meae. 17 Bellum cum captivis et feminis gerere non soleo: armatus sit oportet, quem oderim. 18 Quodsi saltem pacem bona fide peteret, deliberarem forsitan, an darem; verum enimvero, cum modo milites meos 935 litteris ad proditionem, modo amicos ad perniciem meam pecunia sollicitet, ad internecionem mihi persequendus est, non ut iustus hostis, sed ut percussor veneficus. Condiciones vero pacis, quas adfertis, si accepero, victorem eum faciunt. 19 Quae post Euphraten sunt, liberaliter donat. Ubi igitur me adeatis, [nempe] obliti estis: nempe ultra Euphraten 940 sum. Liberalissimum ergo dotis, quam promittit, terminum castra mea transeunt. Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, quo ceditis. 20 Eadem liberalitate dat mihi filiam suam: nempe quam scio alicui servorum eius nupturam. Multum vero mihi praestat, si me Maz<a>eo generum praeponit! 21 Ite, nuntiate regi vestro et quae amisit et quae adhuc habet, praemia 945 esse belli: hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximae lucis adsignatura fortuna est.» 22 Legati respondent, cum bellum in animo sit, facere eum simpliciter, quod spe pacis non frustraretur. Ipsos petere, ut quam primum dimittantur ad regem: eum quoque bellum parare debere. Dimissi nuntiant adesse certamen. 950

XLV **XII** Ille quidem confestim Maz<a>eum cum tribus equitum milibus ad itinera, quae hostis petiturus erat, occupanda praemisit. 2 Alexander, cor-

PBoMbBFLV(*de hoc vide praef.*)

931 hunc] huc **P** *a. c.* 932 liberaliter] liberabiliter **P** 936 pecunia] pecuniam **PL** *a. c.* 937 sollicitet] solliciet **P** *a. c.* internecionem] internic- **FL** *a. c.* 938 percussor] **O**: perculsor **ω** 939 eum] enim **L** *a. c.* Euphraten] eufraten **FL** liberaliter donat ... Euphraten sum] *om.* **B** *a. c.* 940 adeatis] *Hedicke*: adfatis **ω**: adfatimine **B**^{corr}: affamini **M**^{corr} [nempe] *del. Laetus* Euphraten] euphaten **B**^{corr}: eufraten **F** 941 Liberalissimum] *Kinch*: libera tisummum **P**: liberali tisummum **P**^{corr}: liberalitati summum **Σ** *(*lib. *del* **B**^{corr}*)* 943 nempe] nemphe **P** scio] sciam **P** alicui] <alioqui> alicui *Kinch* 944 nupturam] nuptarum **L** *a. c.* 946 regente] regemte **P** *a. c.* **L** *a. c.* 949 frustraretur] frustaretur **L** 952 confestim] confestum **L** *a. c.* Maz<a>eum] mazeom **F** *a. c.* 953 hostis] hospis **L** *a. c.* peti-

pori uxoris eius iustis persolutis omnique graviore comitatu intra eadem
955 munimenta cum modico praesidio relicto, ad hostem contendit. 3 <In>
duo cornua diviserat peditem, utrique lateri equite circumdato; in-
pedimenta sequebantur agmen. 4 Praemissum deinde cum citis equiti-
bus Menidan iubet explorare, ubi Dareus esset. At ille, cum Maz<a>eus
haud procul consedisset, non ausus ultra procedere, nihil aliud quam
960 fremitum hominum hinnitumque equorum exaudisse nuntiat. 5 Ma-
z<a>eus quoque, conspectis procul exploratoribus, in castra se recepit,
adventus hostium nuntius.

Igitur Dareus, qui in patentibus campis decernere optabat, armari
militem iubet aciemque disponit. 6 In laevo cornu Bactriani ibant equites,
965 mille admodum, Dahae totidem, et Arachosii Susianique quattuor mi-
lia explebant. Hos centum falcati currus sequebantur. Proximus quadri-
gis erat Bessus cum VIII milibus equitibus item Bactrianis. 7 Massagetae
duobus milibus agmen eius claudebant. Pedites his plurium gentium
non inmixtos, sed suae cuiusque nationis iunxerat copias. Persas deinde
970 cum Mardis Sogdianisque Ariobarzanes et Orontobates ducebant. 8 Illi
partibus copiarum, summae Orsines praeerat, a septem Persis oriundus,
ad Cyrum quoque, nobilissimum regem, originem sui referens. 9 Hos a-
liae gentes, ne sociis quidem satis notae, sequebantur. Post quas L quadrigas

PBoMbBFLV(*de hoc vide praef.*)

turus] peri- **FL**

954 persolutis] pros- **F** 955 <In> *add. Acidalius* 956 peditem] *Acidalius*: peditum **ω** utrique lateri] **ς**: utimque lateri **PF**: utrimque latera **BL** inpedimenta] inpedimento **B** 957 citis] *Freinsheimius*: scytis **P**: scitis **Σ**: Scythis *Modius*: suetis *Büttner*: suis *Hedicke*: ducentis *Bardon*: trecentis *Dostler* 960 hinnitumque] **M**: hyn- **ω** 961 recepit] reciepit **B** *a. c.* 962 adventus] aventus **P** 965 Arachosii Susianique] *Laetus*: arachosiis uanique **P**: arachosus uanique **Bo**: *om.* **Mb**: arachosii suanique **Σ** quattuor] quattuor* **L** milia] *om.* **Σ** 967 Bessus cum] bessum **P** *a. c.*: bescum **FL**:bessus **P**^{corr}**L**^{corr}: bessed cum **F**^{corr} milibus] *om.* **FLV** equitibus] equitum **B** 969 cuiusque] *Halm* : quisque **ω** : quisquis **F** *a. c., cf. Kraner-Meusel ad Caes. B. C. 1.83* 970 Mardis] margdis **F** *a. c.* Ariobarzanes] *Laetus*: oriobarzanes **ω** (-zayes **L**) Orontobates] *Zumpt*: orionibates **ω** 971 oriundus] oriundis **F** *a. c.* 972 Cyrum] cyrrum **B** nobilissimum] nobissimum **L** *a. c.* 973 notae] no*tae **V**

Phradates magno Caspiorum agmine antecedebat. Indi ceterique Rubri
maris accolae, nomina verius quam auxilia, post currus erant. [10] Claude- 975
batur hoc agmen aliis falcatis curribus, quis peregrinum militem
adiunxerat. Hunc Armenii, quos Minores appellant, Armenios Babylonii,
utrosque Belitae et qui montes Cossaeorum incolebant sequebantur.
[11] Post hos ibant Gortuae, gentis quidem Euboicae, sed, Medos quondam
secuti, iam degeneres et patrii moris ignari. Adplicuerat his Phrygas et 980
Cataonas. Parthyaeorum deinde gens incolentium terras, quas nunc Parthi
Scyt<h>ia profecti tenent, claudebant agmen. Haec sinistri cornus <f>acies
fuit. [12] Dextrum tenebant natio Maioris Arm[o]eniae Cadusiique et
Cappadoces et Syri ac Medi. His quoque falcati currus L erant. [13] Summa
totius exercitus, equites XLV milia, pedestris acies †CC† milia expleverat. 985
Hoc modo instructi X stadia procedunt iussique subsistere, armati hostem
XLVI expectabant. [14] Alexandri exercitum pavor, cuius causa non suberat,
invasit: quippe lymphati trepidare coeperunt, omnium pectora occulto
metu percurrente. Caeli fulgor tempore aestivo ardenti similis internitens
ignis praebuit speciem flammasque ex Darei castris splendere, velut inlati 990
temere praesidiis, credebant. [15] Quodsi perculsis Maz<a>eus, qui
praesidebat itineri, supervenisset, ingens clades accipi potuit; nunc, dum
ille segnis in eo, quem occupaverat, tumulo sedet, contentus non lacessi,

PBoMbBFLV

974 Indi] inde **V** *a. c.* 975 nomina] nomine **L** *a. c.* 976 agmen] agmem **V** peregrinum]pereginum **L'** 977 adiunxerat] adiunxerant **P** *a. c.* Armenii] armti **P** *a. c.* Babylonii] babilonii **FLV** 978 Belitae] <Ar>belitae *Bosworth* Cossaeorum] **BoMb**: quossaeorum **ω** sequebantur] *om.* **F** *a. c.* 979 gentis] *Freinsheimius*: gentes **ω** Euboicae] eubociae **F** sed, Medos quondam secuti] *Lucarini*: medos quondam secuti, sed **ω** 980 patrii] patri **P** *a. c.* **F** *a. c.* Phrygas] *phrygas **P**: phrigas **L**: phrycas **V** 981 Cataonas] catonas **F** *a. c.* Parthyaeorum] *Zumpt*: parthoyrum **P**: parthoirum **Σ** (-toi- **F**): parthorum Bcorr 982 Scyt<h>ia **ς** <f>acies **ς** 983 Maioris] maris **V** *a. c.* Arm[o]eniae **Bo** 984 Cappadoces] pappadoces **F** *a. c.* Summa] summam **PB** 985 milia] *om.* **FLV** †cc† DC *Modius* 988 lymphati] lymfati **PLV** 989 internitens] internites **V** 990 praebuit] prae*buit **L** 991 praesidiis] insidiis *Meiser* 992 clades] **L**[corr]: cladis **ω** 993 occupaverat, tumulo] occupaveratumulo **P**

[16] Alexander, cognito pavore exercitus, signum, ut consisterent, dari, ante
995 ipsos arma deponere ac levare corpora iubet, admonens nullam subiti
causam esse terroris, hostem procul stare. [17] Tandem compotes sui pariter
arma et animos recepere. Nec quicquam ex praesentibus tutius visum est
quam eodem loco castra munire. [18] Postero die Maz<a>eus (cum delectis
equitum in edito colle, ex quo Macedonum prospiciebantur castra,
1000 consederat) sive metu sive quia speculari modo iussus erat, ad Dareum
rediit. [19] Macedones eum ipsum collem, quem deseruerat, occupaverunt:
nam et tutior planitie erat et inde acies hostium, quae in campo
explicabatur, conspici poterat. [20] Sed caligo, quam circa humidi effuderant
montes, universam equidem rei faciem non abstulit, ceterum agminum
1005 discrimina atque ordinem prohibuit perspici. Multitudo inundaverat
campos fremitusque tot milium etiam procul stantium aures inpleverat.
[21] Fluctuari animo rex et modo suum, modo Parmenionis consilium sera
aestimatione perpendere: quippe eo ventum erat, unde recipi exercitus
nisi victor sine clade non posset. [22] Itaque, dissimulato †eo†, mercennari-
1010 um equitem ex Paeonia praecedere iubet. [23] Ipse phalangem, sicut antea
dictum est, in duo cornua extenderat: utrumque cornu equites tegebant.
Iamque nitidior lux, discussa caligine, aciem hostium ostenderat et
Macedones, sive alacritate sive taedio expectationis, ingentem pugnanti-
um more edidere clamorem. Redditus et a Persis nemora vallesque
1015 circumiectas terribili sono inpleverat. [24] Nec iam contineri Macedones

PBoMbBFLV(*de hoc vide praef.*)

995 ipsos] ipso **B** arma] arma<que> **B**corr 996 hostem] ostem **P** *a. c.* 997 recepere] **B**corr**L**corr: recipere **ω** tutius] totius **V** 999 prospiciebantur] prosciebantur **F** 1001 Macedones] macedonus **F** *a. c.* quem] quam **F** 1003 explicabatur] explicabantur **V** *a. c.* humidi] **F**: um- *rell.* effuderant] effuderunt **L** *a. c.*: offuderant *Heinsius* 1004 universam equidem] universae quidem *Zumpt* 1006 stantium] adstantium **F** 1007 Fluctuari] flut- **P** et] ex **P** *a. c.* modo] modum **V** 1008 recipi] reci **B** *a. c.* 1009 †eo† periculo *Müller*: animo *Jeep*: metu *Freinsheimius*: pavore *Bongarsius* 1010 Paeonia] *Francinus*: poena **P**: poenia **P**corr**Σ** 1011 extenderat] extenderet **V** *a. c.* cornu] cornu* **P** 1012 Iamque] namque **PBoMb** ostenderat] ho- **L** *a. c.* 1013 taedio] cedio **P** *a. c.* 1014 more] mo**re **P** 1015 terribili] terribi **P** inpleverat] impleverant **P** *a. c.* **BoMb**

poterant, quin cursu quoque ad hostem contenderent. Melius adhuc ratus in eodem tumulo castra munire, vallum iaci iussit strenueque opere perfecto in tabernaculum, ex quo tota acies hostium conspiciebatur, secessit. 1019

XLVII **XIII** Tum vero universa futuri discriminis facies in oculis erat: armis 1021
insignibus equi virique splendebant et omnia intentiore cura praeparari apud hostem sollicitudo praetorum agmina sua interequitantium ostendebat[ur] [2] ac pleraque inania, sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor, sollicita<m> expectatione 1025
mentem turbaverant. [3] Igitur sive dubius animi sive ut suos experiretur, consilium adhibet, quid optimum factu esset exquirens. [4] Parmenio, peritissimus inter duces artium belli, furto, non proelio opus esse censebat: intempesta nocte opprimi posse hostes; discordis moribus, linguis, ad hoc somno et inproviso periculo territos, quando in nocturna trepidatione 1030
coituros? [5] At interdiu primum terribiles occursuras facies Scyt<h>arum Bactrianorumque: hirta illis ora et intonsas comas esse, praeterea eximiam vastorum magnitudinem corporum. Vanis et inanibus militem magis quam iustis formidinis causis moveri. [6] Deinde tantam multitudinem circumfundi paucioribus posse, <cum> non in Ciliciae angustiis et invi- 1035

PBoMbBFLV

1016 poterant] poterat **P** *a. c.* **F** *a. c.*: poterant **Mb**^{corr} *in ras.* quin] qui in **FV** ad] ab **V** Melius] <Rex> melius *Hedicke* 1018 perfecto] -er- **L**^{corr} *in ras.* conspiciebatur] conspiciebantur **L** *a. c.* 1019 secessit] successit **Σ** 1021 Tum] tunc **B** 1022 insignibus] <et> insignibus *coni. Lucarini* intentiore] intentione **V** 1024 ostendebat[ur] *Freinsheimius* 1025 hinnitus] **B**^{corr}: *ynnitus **P** (h *supra* * *add.*): hynnitus **Σ** sollicita<m> *Iunta* 1026 dubius] debubius **F** 1027 quid] quit **P**: quod **F** *a. c.* optimum] **B**: obt- *rell.* Parmenio] parmoenio **BL** 1028 peritissimus] peritissimis **P** *a. c.*: paritissimus **F** 1029 intempesta] intempesto **L** *a. c.* 1030 somno] summo **L**: <semi>somnos *Müller*: somno <graves> *Mützell* territos] territis **P** *a. c.* **BoMb** nocturna] nucturna **V** *a. c.* 1031 At] aut **F** terribiles] terribeles **F** Scyt<h>arum **Bo** 1032 hirta] **M** : hyrta **ω** 1033 Vanis] vanas **P** *a. c.*: *om.* **Mb** inanibus] inibus **L** *a. c.* 1034 tantam] tantum **L** *a. c.* 1035 <cum> *add. Bentleius* Ciliciae] ciliae **L** *a. c.*

is callibus, sed in aperta et lata planitie dimicarent. 7 Omnes ferme Parmenioni adsentiebantur: Polypercon haud dubie in eo consilio positam victoriam arbitrabatur. 8 Quem intuens rex (namque Parmenionem nuper acrius, quam vellet, increpitum rursus castigare non sustinebat): «La-
1040 trunculorum» inquit «et furum ista sol<l>ertia est, quam praecipitis mihi: quippe illorum votum unicum est fallere. 9 Meae vero gloriae semper aut absentiam Darei aut angustias locorum aut furtum noctis obstare non patiar. Palam luce adgredi certum est: malo <me> meae fortunae paeniteat, quam victoriae pudeat. 10 Ad haec illud quoque accedit: vigilias
1045 agere barbaros et in armis stare, ut ne decipi quidem possint, conpertum habeo. Itaque ad proelium vos parate». Sic incitatos ad corpora curanda dimisit. 11 Dareus id, quod Parmenio suaserat, hostem facturum esse (XLVIII) coniectans, frenatos equos stare magnamque exercitus partem in armis esse ac vigilias intentiore cura servari iusserat; ergo ignibus tota eius castra
1050 fulgebant. 12 Ipse cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circumibat, Solem et Mithrem sacrumque et aeternum invocans ignem, ut illis dignam vetere gloria maiorumque monumentis fortitudinem inspirarent. 13 Et profecto, si qua divinae opis auguria humana mente concipi possent, deos stare secum. Illos nuper Macedonum animis subitam
1055 incussisse formidinem, adhuc lymphatos ferri agique arma iacientes; expetere praesides Persarum imperii debitas e vaecordibus poenas. 14 Nec ipsum ducem saniorem esse: quippe ritu ferarum praedam modo, quam expeteret, intuentem in perniciem, quae ante praedam posita esset, incurrere.

PBoMbBFLV

1036 in] i- **P**^{corr} *in ras.* dimicarent] dimicari *Schefferus* 1037 Polypercon] polip- **Σ** 1039 non] *om.* **L** *a. c.* 1040 furum] fu**rum **L** sol<l>ertia **B**^{corr} praecipitis] praeitis **P** *a. c.* **ColSigBo** 1042 aut ab. ... aut an.] haud ab. ... haud an. **P**: aud ab. ... aud an. **P**^{corr} 1043 <me> *add.* **ς** 1048 frenatos] -a- **L**^{corr} *in ras.* equos] equo **P** 1051 circumibat] circumhibat **V** Solem] solam **P** *a. c.* Mithrem] mythrem **P** eternum] aeternorum **F** *a. c.* 1052 maiorumque] *Francinus*: maioremque **ω** 1053 insipirarent] inspica- **V** 1054 deos] deo **P** Illos] illis **L** *a. c.*: illosi **V** 1055 iacientes] iacintes **V** 1056 e vaecordibus] sine cordibus **B** *a.c.*

Similis apud Macedones quoque sollicitudo erat noctemque, velut in eam certamine edicto, metu egerunt. [15] Alexander, non alias magis territus, ad vota et preces Aristand<r>um vocari iubet. Ille in candida veste verbenas manu praeferens, capite velato praeibat preces regi[s] Iovem Minervamque Victoriam propitianti. [16] Tunc quidem, sacrificio rite perpetrato, reliquum noctis adquieturus in tabernaculum rediit. Sed nec somnum capere nec quietem pati poterat: modo e iugo montis aciem in dextrum Persarum cornu demittere agitabat, modo recta fronte concurrere hosti, interdum haesitare, an potius in laevum detorqueret agmen. [17] Tandem gravatum animi anxietate corpus altior somnus oppressit. Iamque luce orta duces ad accipienda imperia convenerant, insolito circa praetorium silentio attoniti: [18] quippe alias accersere ipsos et interdum morantes castigare adsueverat, tunc ne ultimo quidem rerum discrimine excitatum esse mirabantur et non somno quiescere, sed pavore marcere credebant. [19] Non tamen quisquam ex custodibus corporis intrare tabernaculum audebat. Et iam tempus instabat, nec miles iniussu ducis aut arma capere poterat aut in ordines ire. [20] Diu Parmenio cunctatus, cibum ut caperent, ipse pronuntiat. Iamque exire necesse erat: tunc demum intrat tabernaculum saepiusque nomine conpellatum, cum voce non posset, tactu excitavit: [21] «Multa lux» inquit «est: instructam aciem hostis admovit, tuus miles adhuc inermis expectat imperium. Ubi est vigor ille animi tui? Nempe excitare vigiles soles.» [22] Ad haec Alexander: «Credisne me prius somnum capere potuisse, quam exonerarem animum sollicitudine, quae quietem morabatur?» signumque pugnae tuba dari iussit. Et

PBoMbBFLV

1061 eam] ea **P**^{corr}**BLV** 1062 Aristand<r>um *Erasmus (*saristantum **V**, *deinde* s- *eras.)* 1063 praeferens] praeferans **V** regi[s] *Acidalius* Minervamque] minaru*mque **P** 1065 somnum] summo **L'** *a. c.* 1066 poterat] poterant **V** montis] *om.* **F** *a. c.* 1067 demittere] *Bruno*: dimittere **ω** hosti] osti **P** *a. c.* 1069 anxietate] anxiaetate **P** orta] horta **P** 1070 silentio] silentium **L** *a. c.* 1073 pavore marcere] pavore arcere **P** *a. c.*: pavorem arcessere **F** *a. c.* 1075 iniussu] iniussii **L** *a. c.* 1076 aut] haud **P** *a. c.* in] *om.* **L'** *a. c.* cibum] cybum **B** *a. c.* **LV** ut] *om.* **V** *a. c.* 1080 tuus] tuos **V** *a. c.* inermis] inhermis **P** 1081 Credisne] **T**^{corr}**Bo**: credesne **ω** 1082 potuisse] potuisset **L'** *a. c.* animum] animum***** **V**

cum in eadem admiratione Parmenio perseveraret, quod solutum se cu-
1085 ris somnum c[o]episse dixisset: [23] «Minime» inquit «mirum est: ego enim, cum Dareus terram ureret, vicos excinderet, alimenta corrumperet, potens mei non eram; [24] nunc vero quid metuam, cum acie decernere paret? Hercule, votum meum inplevit. Sed huius consilii postea quoque ratio reddetur: vos ite ad copias, quibus quisque praeest, ego iam adero et,
1090 quid fieri velim, exponam.» [25] Raro admodum, admonitu magis amicorum quam metu discriminis adeundi, lorica uti solebat; tunc quoque munimento corporis sumpto processit ad milites. Haud alias tam alacrem viderant regem et vultu eius interrito certam spem victoriae augurabantur. [26] Atque ille, proruto vallo, exire copias iubet aci- L
1095 emque disponit. In dextro cornu locati sunt equites, quos agema appellabant; praeerat his Clitus, cui iunxit Philotae turmas ceterosque praefectos equitum lateri eius adplicuit. [27] Ultima Meleagri ala stabat, quam phalanx sequebatur. Post phalangem Argyraspides erant; his Nicanor, Parmenionis filius, praeerat. [28] In subsidiis cum manu sua Coe-
1100 nos, post eum Orestae Lyncestaeque sunt <positi>; post illos Polypercon, mox peregrini milites. Huius agminis princeps Amyntas erat: Philippus Balacri eos regebat, in societatem nuper adscitos. Haec dextri cornus fa-

PBoMbBFLV

1084 perseveraret] *Iunta*: adseveraret **ω** curis] curus **L** *a. c.* 1085 c[o]episse **B**^{corr} 1090 Raro] **ColSigBoMb**: ratio **ω** magis] *Freinsheimius*: agens **ω** 1091 discriminis] discriminis <quod> *Freinsheimius* adeundi, lorica] *Lucarini*: adeundum erat **ω** (-dem e. **F**): adeundi, thorace *Zumpt*: adeundum erat, lorica *Müller, accepto suppl. Freinsheimii* 1092 quoque] quidem *Stangl*: utique *Eberhard* munimento] monimento **F** 1093 alacrem] **ς**: alacres **ω** et] et <ex> *Acidalius* 1095 agema] *Bruno*: agima **ω** 1096 Clitus] citus **F** 1097 Meleagri] maleagri **F** 1098 phalanx] phalax **P** *a. c.* sequebatur] sequebantur **V** *a. c.* Argyraspides] argiraspides **Σ** Nicanor] -r **L**^{corr} *in ras.* 1099 Coenos] coenes **F**: coenas **V** 1100 Orestae] *Freinsheimius*: orestes **ω** Lyncestaeque] **P**^{corr}: lycestaeque **P**: lincestaeque **Σ** <positi> *add. Foss* Polypercon] **ς**: polipercon **ω** 1101 mox] *Haupt*: dux **ω** milites] *Hedicke*: militis **ω** Huius] <Post> huius *Kinch, acceptis lectionibus codicis* **P** *(sed non* erant*)* agminis] **L**^{corr}: agmen **P**: agmeis **F**: agm**is **L**: agmeiis **V** princeps] *om.* **PBoMb** Amyntas] amintas **FLV**: Amyntae *Kinch* erat] erant **P** *a. c.* **BoMb**: <ab>erat *Hedicke* Philippus] *Loccenius*: phaligrus **ω** 1102 Balacri] baracri **Σ** eos] <Stympha>eos *Tarn* regebat] regebant **Σ** adscitos]

cies erat. 29 In laevo Craterus Peloponnensium equites habebat, Achaeorum et Locrensium et Mal<i>eon turmis sibi adiunctis. Hos Thessali equites claudebant Philippo duce. Peditum acies equitatu tegebatur. Frons laevi cornus haec erat. 30 Sed ne circumiri posset a multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat. Cornua quoque subsidiis firmavit non recta fronte, sed a latere positis, ut, si hostis circumvenire aciem temptasset, parata pugnae forent. 31 Hic Agriani erant, quibus Attalus praeerat, adiunctis sagittariis Cretensibus. Ultimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem orbe muniret. Illyrii hic erant, adiuncto milite mercede conducto, Thracas quoque simul obiecerat leviter armatos. 32 Adeoque aciem versabilem posuit, ut, qui ultimi stabant, ne circumirentur, verti tamen et in frontem circumagi possent. Itaque non prima quam latera, LI non latera munitiora fuere quam terga. 33 His ita ordinatis praecipit ut, si falcatos currus cum fremitu barbari emitterent, ipsi, laxatis ordinibus, impetum incurrentium silentio exciperent, haud dubius sine noxa transcursuros, si nemo se opponeret; sin autem sine fremitu inmisissent, eos ipsi clamore terrerent pavidosque equos telis utrimque suffoderent. 34 Qui cornibus praeerant, extendere ea iussi ita, ut nec circumvenirentur, si artius starent, nec tamen ultra modum aciem exinanirent. 35 Inpedimenta cum captivis, inter quos mater liberique Darei cu-

PBoMbBFLV

adscitus *Zumpt*

1103 Craterus] caterus **L** *a. c.* Peloponnensium] Peloponnesium *Vogel* 1104 Mal<i>eon *Cellarius* Hos] hos * **L** 1105 tegebatur] *om.* **F** *a. c.*: tegebantur **V** 1106 ne circumiri] nec hyrcum iri **F**: nec ** ircum iri **L** a multitudine] aemultitudine **FL** *a. c.* **V** 1107 recta] re acta **B** *a. c.* 1108 circumvenire] circumveniret **F** 1109 parata] parati **L** *(-*i **L**^{corr} *in ras.)* para **V** *a. c.* pugnae] gne **P** 1110 sagittariis] sagittarius **F** *a. c.* **L** *a. c.* Ultimos] ultims **P** *a. c.*: ultimus **B** *a. c.*: utimus **L** *a. c.* a] a* **L** 1111 orbe] orbe ******** **L** Illyrii] **Bo**: illirii **ω** hic] hinc **V** 1112 Thracas] tracas **PF** : hracas **L** *a. c.* 1113 circumirentur] circircumirentur **F**: circumi**rentur **F** 1115 non] nec **L** *a. c.* terga] terga ** **L** 1118 inmisissent] inmisisent **FL** *a. c.*: inmississent **V** 1119 eos] eo **P** *a. c.* equos] quos **L** *a. c.* 1120 iussi] iussi* **P** nec] -c **L**^{corr} *in ras.* 1121 tamen] -men **L**^{corr} *in ras.* ultra modum] ς: ultimam **ω**

stodiebantur, haud procul acie in edito colle constituit, modico praesidio relicto. Laevum cornu, sicut alias, Parmenioni tuendum datum, ipse
1125 in dextro stabat.

[36] Nondum ad iactum teli pervenera<n>t, cum Bion quidam transfuga, quanto maximo cursu potuerat, ad regem pervenit nuntians murices ferreos in terram defodisse Dareum, qua hostem equites emissurum esse credebat notatumque certo signo locum, ut fraus evitari a suis posset.
1130 [37] Adservari transfuga iusso, duces convocat expositoque, quod nuntiatum erat, monet, ut regionem monstratam declinent equitemque periculum edoceant. [38] Ceterum hortantem exercitus exaudire non poterat, usum (LII) aurium intercipiente fremitu duorum agminum; sed <in> conspectu
1134 omnium duces et proximum quemque interequitans adloquebatur:

1136 **XIV** Emensis tot terras in spem victoriae, de qua dimicandum foret, hoc unum superesse discrimen.Granicum hic amnem Ciliciaeque montes et Syriam Aegyptumque prae<ter>euntibus raptas, ingentia spei gloriaeque incitamenta, referebat. [2] Reprehensos ex fuga Persas pugnaturos, quia
1140 fugere non possent. Tertium iam diem metu exangues armis suis oneratos in eodem vestigio haerere. Nullum desperationis illorum maius indicium esse, quam quod urbes, quod agros suos urerent, quidquid non corrupissent, hostium esse confessi. [3] Nomina modo vana gentium ignotarum ne extimescerent: neque enim ad belli discrimen pertinere,
1145 qui ab iis Scythae quive Cadusii appella<re>ntur. Ob id ipsum, quod i-

PBoMbBFLV

1123 colle] ille **P** 1124 cornu] cornus **P** *a. c.*: conu **L** *a. c.* Parmenioni] permenioni **P** 1126 iactum] iectum **B** *a. c.* **F** *a. c.* **L** *a. c.* pervenera<n>t *Vogel* 1127 potuerat] poterat **Bo** 1128 defodisse] diffodisse **P**^{corr}**Σ** 1129 credebat] credebant **P** 1131 regionem] re**gionem **L** equitemque] equi**temque **L** 1132 hortantem] *Bentleius*: hoc tandem **ω** poterat] poterant **P** *a. c.* 1133 <in> *add. Vindelinus* 1134 adloquebatur] adloquebantur **V** 1136 de qua] deque **P** *a. c.*: deaque **FL** *a. c.* 1138 prae<ter>euntibus *Modius (non bene disp.* **L***)* 1139 ex] et **P** *a. c.*: *om.* **BoMb** 1140 metu] -u *om.* **P** *a. c.* 1143 Nomina] omina **L** *a. c.* 1144 ad] a **P** 1145 iis] <h>iis **P**^{corr} Scythae] *Aldus*: scytarum **P**: scitarum **Σ** appella<re>ntur *Zumpt*

gnoti essent, ignobiles esse: [4] numquam ignorari viros fortes, at inbelles ex latebris suis erutos nihil praeter nomina adferre. Macedones virtute adsecutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret. [5] Intuerentur barbarorum inconditum agmen: alium nihil praeter iaculum habere, alium funda saxa librare, paucis iusta arma esse. Itaque illinc (1150) plures stare, hinc plures dimicaturos. [6] Nec postulare se, ut fortiter capesserent proelium, ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum: se ante prima signa dimicaturum. Spondere pro se tot cicatrices, totidem corporis decora; scire ipsos unum paene se praedae communis exortem in illis colendis ornandisque usurpare victoriae praemia. [7] Haec se fortibus (1155) viris dicere. Si qui dissimiles eorum essent, illa fuisse dicturum: pervenisse eo, unde fugere non possent. Tot terrarum spatia emensis, tot amnibus montibusque post <t>ergum obiectis, iter in patriam et <ad> penates manu esse faciendum. Sic duces, sic proximi militum instincti sunt.

LIII [8] Dareus in laevo cornu erat, magno suorum agmine, delectis equitum (1160) peditumque stipatus, contempseratque paucitatem hostis, vanam aciem esse extentis cornibus ratus. [9] Ceterum, sicut curru eminebat, dextra laevaque ad circumstantia agmina oculos manusque circumferens: «Terrarum,» inquit «quas Oceanus hinc adluit, illinc claudit Hellespontus, paulo ante domini<s> iam non de gloria, sed de salute et, quod saluti (1165) praeponitis, libertate pugnandum est. [10] Hic dies imperium, quo nulla

PBoMbBFLV

1146 at] aut **BoMbF** 1147 latebris] labris **P** *a. c.* erutos] eruptos **F** *a. c.* Macedones] macedonas **P**^{corr}**Σ** 1149 nihil] nihilo **P** *a. c.* 1150 habere] barbare **P** *a. c.* funda] -da **L**^{corr} *in ras.* librare] liberare **P** *a. c.* **V** iusta] iuxta **F** 1152 ni ipse] ni id **BoMb**: nipse **B** *a. c.*: nil ipse **F** se] sae **P**: *om.* **V** 1155 colendis] colendis ** **L** ornandisque] ornan*disque **P** 1156 dissimiles] dissimilis **P** *a. c.* 1157 eo] eos **P** *a. c.* **ColSigBo** fugere] frugere **F** *a. c.* 1158 post <t>ergum **BoMb** et] ad *Hedicke* <ad> *add. Lucarini (coll. 5.5.20, 6.9.28)* 1159 instincti] insticti **V** 1160 magno] mano **B** *a. c., ut vid.* agmine] agmine <et> *Stangl* delectis] delictis **L** *a. c.* 1161 vanam] **T**^{corr}: variam **ω**: raram *Heinsius* 1162 curru] cornu **P** *a. c.* 1163 circumstantia] circumstanti **P** 1164 quas] *om.* **L** Oceanus] oceamus **L** *a. c.* 1165 domini<s> **P**^{corr} *(*do **P***)* 1166 praeponitis] praeponitus **P** *a. c.* **V** imperium] imperum **L** *a. c.* nulla] **ς**: nullum **ω**

amplius vidit aetas, aut constituet aut finiet. Apud Granicum minima
virium parte cum hoste certavimus, in Cilicia victos Syria poterat excipere,
magna munimenta regni Tigris atque Euphrates erant. [11] Ventum est eo,
1170 unde pulsis ne fugae quidem locus est. Omnia tam diutino bello exhausta
post <t>ergum sunt: non incolas suos urbes, non cultores habent terrae.
Coniuges quoque et liberi sequuntur hanc aciem, parata hostibus prae-
da, nisi pro carissimis pignoribus corpora opponimus. [12] Quod mearum
fuit partium, exercitum, quem paene inmensa planities vix caperet, con-
1175 paravi; equos, arma distribui; commeatus ne tantae multitudini deessent,
providi; locum, in quo acies explicari posset, elegi. [13] Cetera in vestra
potestate sunt: audete modo vincere famamque, infirmissimum adversus
fortes viros telum, contemnite. Temeritas est, quam adhuc pro virtute LIV
timuistis; quae ubi primum impetum effudit, velut quaedam animalia
1180 emisso aculeo, torpe[n]t. [14] Hi vero campi deprehendere paucitatem,
quam Ciliciae montes absconderant. Videtis ordines raros, cornua extenta,
mediam aciem vanam, exhaustam; nam ultimi, quos locavit aversos, terga
iam praebent. Obteri, mehercule, equorum ungulis possunt, etiam si
nihil praeter falcatos currus emisero. [15] Et bello vicimus, si vicerimus
1185 proelio; nam ne illis quidem ad fugam locus est: hinc Euphrates, illinc
Tigris prohibet inclusos. [16] Et quae antea pro illis erant, in contrarium

PBoMbBFLV

1167 vidit] vidi **V** 1168 certavimus] certivimus **P** *a. c.*: certaminis **Mb** victos] victo **L** Syria] siria **FLV** 1169 Tigris] tygris **BLV**: trigris **F** erant] erat **P** *a. c.* 1170 diutino] -u- *madore evan. in* **F** exhausta] exausta **Σ** 1171 post <t>ergum **B**^{corr} suos] suas **L** 1172 liberi] liberis **L** *a. c.* **V** 1173 nisi] misi **L** *a. c.* opponimus] oppinimus **V** 1174 inmensa] inmens*a **L** planities] plenities **L** *a. c.* conparavi] conperavi **P** *a. c.* 1175 deessent] *alterum* -s- **P**^{corr} *in ras.* 1176 quo] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 1177 sunt] *om.* **F** *a. c.* audete] audite **L** *a c.* 1179 timuistis] timuisti **V** 1180 torpe[n]t **ς** Hi] **MO**: ii **ω** 1182 aciem] aciam **L** *a. c.* vanam] *del. Hedicke*: vanam <et> **ς** exhaustam] **M**: exaustam **P**: exhausta **Σ** (exa- **B** *a. c.)* quos ... aversos] *del. Eussner* aversos] adversus **F** *a. c.* 1183 si nihil] si nil **BF**^{corr}**LV**: simul **F** 1184 praeter] prae*ter **L** falcatos] facatos **V** *a. c.* vicimus, si vicerimus] *Alanus*: vicerimus, si vincimus **ω**: vicerimus, si vi[n]cimus **ς** 1185 hinc ... inclusos] *del. Kinch* 1186 Tigris] tygris **BFV** inclusos] -cl- **L**^{corr} *in ras.* contrarium] contrariam **L** *a. c.*

versa sunt. Nostrum mobile et expeditum agmen est, illud praeda grave. Inplicatos ergo spoliis nostris trucidabimus, eademque res et causa erit victoriae et fructus. [17] Quodsi quem e vobis nomen gentis movet, cogitet Macedonum illic arma esse, non corpora. Multum enim sanguinem 1190 invicem hausimus, et semper gravior in paucitate iactura est. [18] Nam Alexander, quantuscumque ignavis et timidis videri potest, unum animal est et, si quid mihi creditis, temerarium et vaecors, adhuc nostro pavore quam sua virtute felicius. [19] Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest ratio. Licet felicitas adspirare videatur, tamen ad ultimum temeritati 1195 non sufficit. Praeterea breves et mutabiles vices rerum sunt et fortuna numquam simpliciter indulget. [20] Forsitan ita dii fata ordinaverint, ut Persarum imperium, quod secundo cursu per CCXXX annos ad summum fastigium evexerant, magno motu concuterent magis quam adfligerent admonerentque nos fragilitatis humanae, cuius nimia in prosperis rebus 1200 oblivio est. [21] Modo Graecis ultro bellum inferebamus, nunc in sedibus nostris propulsamus inlatum: iactamur invicem varietate fortunae. Videlicet imperium mutuo adfectamus, quia una gens non capit. [22] Ceterum, LV etiamsi spes non subesset, necessitas tamen stimulare deberet. Ad extrema perventum est. Matrem meam, duas filias, Ochum in spem huius imperii 1205 genitum, principes, illam subolem regiae stirpis, duces vestros reorum instar vinctos habet: nisi quid in vobis opis est, ego maiore mei parte captivus sum. Eripite viscera mea ex vinculis, restituite mihi pignora, pro quibus ipsi mori non recusatis, parentem, liberos; nam coniugem in

PBoMbBF(*de quo vide praef.*)**LV**

1187 mobile] nobile **P** et] *om.* **F** 1189 quem] quidem **P** *a. c.* **V** 1191 hausimus] ausimus **L** 1193 quid] quit **P** adhuc] aduc **L** 1194 felicius] filicius **P** 1195 adspirare] adsperare **L** *a. c.* videatur] videantur **P** *a. c.* 1197 Forsitan] forsitant **F** ordinaverint] ordinaverunt **V**^corr 1198 annos] anos **L** *a. c.* 1199 adfligerent] adfigerent **L** *a. c.* 1200 admonerentque] admonerenque **L** in prosperis] improsperis **L** *a. c.* 1201 oblivio] oblivo **L** *a. c.*: oblio **V** *a. c.* 1203 mutuo adfectamus, quia] *Lucarini*: quia mutuo adfectamus **ω** non] -n **L**^corr *in ras.* 1204 non] no* **L** 1206 subolem] **ς**: sobolem **ω** duces] decem **L** *a. c.* reorum] *Cuperus*: regum **ω** 1207 vinctos] victos **V** quid] quod **BoV** opis est] *Foss*: ipse **ω**: spei est *Heinsius* 1209 liberos]beros **L** *a. c.*

1210 illo carcere amisi. [23] Credite nunc omnes hos tendere ad vos manus, inplorare patrios deos, opem vestram, misericordiam, fidem exposcere, ut compedibus, ut servitute, ut precario victu ipsos liberetis. An creditis aequo animo iis servire, quorum reges esse fastidiunt? [24] Video admoveri hostium aciem, sed, quo propius discrimen accedo, hoc minus iis,
1215 quae dixi, possum esse contentus. Per ego vos deos patrios aeternumque ignem, qui praefertur altaribus fulgoremque solis intra fines regni mei orientis, per aeternam memoriam Cyri, qui ademptum Medis Lydisque imperium primus in Persidem intulit, vindicate ab ultimo dedecore nomen gentemque Persarum. [25] Ite alacres et spiritus pleni, ut, quam
1220 gloriam accepistis a maioribus vestris, posteris relinquatis. In dextris vestris iam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. Effugit mortem, quisquis contempserit: timidissimum quemque consequitur. [26] Ipse non patrio more solum, sed etiam, ut conspici possim, curru vehor nec recuso, quo minus imitemini me, sive fortitudinis exemplum sive ignaviae
1225 fuero.»

XV Interim Alexander, ut et demonstratum a transfuga insidiarum locum circumiret et Dareo, qui cornu tuebatur, occurreret, agmen obliquum incedere iubet. [2] Dareus quoque eodem suum obvertit, Besso admonito, LVI
1230 ut Massagetas equites in laevum Alexandri cornu <a> latere invehi iuberet. [3] Ipse ante se falcatos currus habebat, quos signo dato universos in hostem

PBoMbBFLV

1210 illo] illa **P** hos tendere] ostendere **P** *a. c.*: extendere **BoMb** 1213 iis] his **Σ** 1214 quo] qua **P**^{corr}**B** iis] <h>iis **P**^{corr}: his **Σ** 1215 dixi] dixi* **L** esse] es*se **L** aeternumque] aeternum **P** *a. c.* **Mb** 1216 qui] -i **V**^{corr} *in ras.* 1217 Cyri] ciri **Σ** *(in* **B** *deinde corr.*: -r- **L**^{corr} *in ras.)* qui]quia **B** *a. c.* Lydisque] **B**^{corr}: lidisque **ω** 1218 ultimo] utimo **L** *a. c.* 1219 gentemque] gentenque **F** Ite] ita **L** 1220 relinquatis] reliquatis **P** 1221 opem] opes *Kinch*: omnem *Bentleius* 1222 quisquis] **T**: quisque **ω** 1223 curru] curre **V** *a. c.* recuso] recuso ****** **V** 1224 minus] minis **P** imitemini] mitemini **L** *a. c.* sive] siv **V** *a. c.* fortitudinis] fortitutinis **B** *a. c.* 1228 circumiret] circumirent **Σ** Dareo] **M**: dario **ω** cornu] <dextrum> cornu **B**^{corr} agmen] *om.* **P** *a. c.* **BoMb** obliquum] obliquam **LV** 1229 Dareus] **B**: darius *rell.* 1230 Massagetas] *Bruno*: massagetes **ω** <a> *add.* **OColSig** 1231 se] *om.* **B** habebat] -at *ita* **L**^{corr} *in ras.*

effudit. Ruebant laxatis habenis aurigae, quo plures, nondum satis proviso impetu, obtererent. [4] Alios ergo hastae multum ultra temonem eminentes, alios ab utroque latere demissae falces laceravere. Nec sensim Macedones cedebant, sed effusa fuga turbaverant ordines. [5] Maz<a>eus quoque per- 1235 culsis metum incussit, mille equitibus ad diripienda hostis inpedimenta circumvehi iussis, ratus captivos quoque, qui simul adservabantur, rupturos vincula, cum suos adpropinquantes vidissent. [6] Non fefellerat Parmenionem, qui in laevo erat: propere igitur Polydamanta mittit, qui et periculum ostenderet <regi> et, quid fieri iuberet, consuleret. [7] Ille, 1240 audito Polydamante: «Abi, nuntia» inquit «Parmenioni, si acie[m] vicerimus, non nostra solum nos recuperaturos, sed etiam, quae hostium sunt, occupaturos. [8] Proinde non est, quod virium quicquam subducat ex acie, sed ut me, ut Philippo patre dignum est, contempto sarcinarum damno, fortiter dimicet.» [9] Interim barbari inpedimenta turbaverant 1245 caesisque plerisque custodum captivi, vinculis ruptis, quidquid obvium erat, quo armari possent, arripiunt et adgregati suorum equitibus Macedonas ancipiti circumventos malo invadunt. [10] Laeti, qui circa Sisigambim erant, vicisse Dareum, ingenti caede prostratos hostis, ad ultimum etiam inpedimentis exutos esse nuntiant: quippe eandem 1250 fortunam ubique esse credebant et victores Persas ad praedam discurrisse. [11] Sisigambis, hortantibus captivis ut animum a maerore adlevaret, in

PBoMbBFLV

1232 plures] pules **V** proviso] provisi **L** *a. c.* 1233 hastae] *primum* -a- **L**^{corr} *in ras.* 1234 demissae] dimissae **Σ**: demissae <summissaeque> *coni. Lucarini coll. 4.9.5* laceravere] lacer*avere **L** 1237 iussis] iussit **V** *a. c.* 1238 adpropinquantes] adpropin*quantes **L** fefellerat] fefellera **V** 1239 Parmenionem] parmoen- **FLV** Polydamanta] **P**^{corr}: polydamante **P**: polidamanta **BFL**: polidamenta **V** mittit] m. <ad regem> **ς** 1240 <regi> *add. Lucarini (post* qui *iam Hedicke)* fieri] -i *ita* **L**^{corr} *in ras.* iuberet] iuberet <rex> *Eussner* 1241 Polydamante] **ς**: polidamante **ω** *(*-men- **V** *a. c.)* Parmenioni] parmoenioni **BF**: parmaenioni **L** acie[m] **OBoMb** 1242 recuperaturos] recip- **P** *a. c.* 1243 occupaturos] -a- **L**^{corr} *in ras.* non est] non**est **P** quod] quo 1244 dignum] -gn- *in ras.* **P** 1245 fortiter] forter **P** *a. c.* inpedimenta] npedimta **L** *(*i- *postea add.)* turbaverant] turbaverat **P** 1248 ancipiti] acipiti **L** *a. c.* Laeti, qui] **ς**: laetique **ω** 1249 Dareum] **T**: darium **ω** hostis] hostes **P**^{corr}**Σ** 1250 exutos] -o- *ita* **L**^{corr} *in ras.*

eodem, quo antea fuit, perseveravit. Non vox ulla excidit ei, non oris color vultusve mutatus est: sedit inmobilis, credo praecoqui gaudio verita
1255 inritare fortunam, adeo ut, quid mallet, intuentibus eam fuerit incertum. [12] Inter haec Menidas, praefectus equitum Alexandri, cum paucis turmis opem inpedimentis laturus advenerat [et] (incertum, suone consilio an regis imperio), sed non sustinuit Cadusiorum Scytharumque impetum: quippe vix temptato certamine refugit ad regem, amissorum in-
1260 pedimentorum testis magis quam vindex. [13] Iam consilium Alexandri dolor vicerat et, ne cura recuperandi sua militem a proelio averteret, non inmerito verebatur. Itaque Areten, ducem <h>asta<to>rum (sarisophoros vocabant) adversus Scythas mittit.

[14] Inter haec currus, qui circa prima signa turbaverant aciem, in LVII
1265 phalangem invecti erant: Macedones, confirmatis animis, in medium agmen accipiunt. [15] Vallo similis acies erat: iunxerant hastas et ab utroque latere temere incurrentium ilia suffodiebant. Circumire deinde [et] currus et propugnatores praecipitare coeperunt. [16] Ingens ruina equorum aurigarumque aciem conpleverat: hi territos regere non poterant, qui
1270 crebra iactatione cervicum non iugum modo excusserant, sed etiam currus everterant, vulnerati interfectos trahebant, nec consistere territi nec progredi debiles poterant. [17] Paucae tamen evasere quadrigae in ultimam aciem iis, quibus inciderunt, miserabili morte consumptis: quippe amputata virorum membra humi iacebant et, quia calidis adhuc vulneribus
1275 aberat dolor, trunci quoque et debiles quidam arma non omittebant,

PBoMbBFLV

1253 quo] quod **L** 1256 Menidas] *Laetus*: minidas **ω** 1257 [et] *Bruno*: est *Hedicke, cf. Oblinger* 1258 regis] geris **V** Cadusiorum] *Bruno*: caucasiorum **ω** Scytharumque] schitharumque **BL**: schitarumque **F**: scitharumque **V** 1261 ne] *om.* **P** *a. c.* 1262 verebatur] verberatur **P** *a. c.* <h>asta<to>rum **ς** 1263 adversus] adversas **P** *a. c.* Scythas] schitas **BFL**: scithas **V** 1264 prima signa] *Laetus*: signa prima **ω** 1265 medium] medum **L** 1266 iunxerant] iunxerat **PV** *a. c.*: iuncxerat **P**corr 1267 incurrentium] *scil.* equorum [et] *om. Laetus* 1269 qui] hi **P**corr**Σ** 1270 crebra] cebar **L** *a.c.*: creba **V** currus] curus **P** *a. c.* 1271 everterant] everterent **P** *a. c.* 1273 iis] is **F** inciderunt] inciderant *Vogel* 1274 iacebant] ia- **L**corr *in ras.* 1275 aberat] aberrat **F** *a. c.* quoque] que **L** *a. c.* quidam] *Heinsius*: quidem **ω** *(post* arma **B**corr**F***)* omittebant] omititebat **P**: moititebant **P**corr: omitebant **L**

donec, multo sanguine effuso, exanimati procumberent. [18] Interim Aretes, Scytharum, qui inpedimenta diripiebant, duce occiso, gravius territis instabat. Supervenere deinde a Dareo Bactriani pugnaeque vertere fortunam. Multi ergo Macedonum primo impetu obtriti sunt, plures ad Alexandrum refugerunt. [19] Tum Persae, clamore sublato qualem victores solent edere, ferociter in hostem, quasi ubique profligatum, incurrerunt. Alexander territos castigare, adhortari, proelium, quod iam elanguerat, solus accendere, confirmatisque tandem animis ire in hostem iubet. LVIII [20] Rarior acies erat in dextro cornu Persarum: namque inde Bactriani discesserant ad opprimenda inpedimenta. Itaque Alexander laxatos ordines invadit et multa caede hostium invehitur. [21] At qui in laevo cornu erant Persae, spe posse eum includi, agmen suum a tergo dimicantis opponunt; ingensque periculum in medio haerens adisset, ni equites Agriani, calcaribus subditis, circumfusos regi barbaros adorti essent aversosque caedendo in se obverti coegissent. Turbata erat utraque acies. Alexander et a fronte et a tergo hostem habebat. [22] Qui averso ei instabant [et] ab Agrianis equitibus premebantur; Bactriani, inpedimentis hostium direptis, reversi ordines suos recuperare non poterant; plura simul abrupta a ceteris agmina, ubicumque alium alii fors miscuerat, dimicabant. [23] Duo reges iunctis prope agminibus proelium accenderant. Plures Persae cadebant, par ferme utrimque numerus vulnerabatur; curru Dareus, Alexander equo vehebatur. [24] Utrumque delecti tuebantur sui immemores: quippe amisso rege nec volebant salvi esse nec poterant.

1280 1285 1290 1295

PBoMbBFLV

1276 exanimati] examinati **P** *a. c.* Interim] interim **** **L** Aretes] *Vindelinus*: aretis **ω** 1277 Scytharum] schitharum **BFL**: scitharum **V** territis] territis ** **L** 1279 ad] *om.* **V** 1280 clamore] clomore **P** 1282 adhortari] adortari **P** elanguerat] elanguerant **V** 1285 ordines] hordines **P** 1286 At qui] **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr}: atque **ω** 1287 a tergo] abergo **L** *a. c.* 1288 ni] in **L** *a. c.* 1290 aversosque] aversoque **P** *a. c.* 1292 [et] **ς**: et <ipsi> *Hedicke* premebantur] premebantur <et> **P**^{corr} inpedimentis] inpidimentis **P** 1294 abrupta] arupta **V** 1295 accenderant] accederant **V** 1296 numerus vulnerabatur] numerabatur **F** 1297 equo] eque **L** *a. c.* Utrumque] **OBoMb**: utrimque **ω** 1298 sui] -i **L**^{corr} *in ras.* immemores] inimemores **P** *a. c.* **F** poterant] poterat **P** *a. c.*

Ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebat egregium.
1300 [25] Maximum tamen periculum ad[h]i[be]bant, quos maxime tuebantur: quippe sibi quisque caesi regis expetebat decus. [26] Ceterum, sive ludi- LIX brium oculorum sive vera species fuit, qui circa Alexandrum erant vidisse se crediderunt paulum super caput regis placide volantem aquilam, non sono armorum, non gemitu morientium territam, diuque circa equum
1305 Alexandri pendenti magis quam volanti similis adparuit. [27] Certe vates Aristander, alba veste indutus et dextra praeferens lauream, militibus in pugnam intentis avem monstrabat, haud dubium victoriae auspicium. [28] Ingens ergo alacritas et fiducia paulo ante territos accendit ad pugnam, utique postquam auriga Darei, qui ante ipsum sedens equos regebat,
1310 hasta transfixus est. Nec aut Persae aut Macedones dubitavere, quin ipse rex esset occisus.

[29] Ergo lugubri ululatu et incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium turbavere cognati Darei et armigeri. Laevumque cornu in fugam effusum destituerat currum, quem
1315 a dextra parte stipati in medium agmen receperunt. [30] Dicitur acinace stricto Dareus dubitasse, an fugae dedecus honesta morte vitaret; sed eminens curru nondum omnem suorum aciem proelio excedentem destituere erubescebat, [31] dumque inter spem et desperationem haesitat, sensim Persae cedebant et laxaverant ordines. Alexander mutato <e>quo
1320 (quippe plures fatigaverat) resistentium adversa ora fodiebat, fugientium

PBoMbBFLV

1299 regis] reges **F** *a. c.* 1300 Maximum] maxium **P** adi[h]b[eb]ant **ς** 1301 regis] *om.* **BoMb**: reges **F** *a. c.* **L** *a. c.* expetebat] expectebat **V** sive] sive <illud> *Vogel* 1303 paulum] paululum **P**^{corr}**Σ** 1304 gemitu] -u **L**^{corr} *in ras.* morientium] orientium **P** *a. c.* territam] territamque **P** *a. c.* equum] equitum **V** *a. c.* 1305 volanti] volenti **P** 1307 avem] autem **B**: *del.* **B**^{corr} victoriae] vi*c- **L** 1310 aut M.] aut per m. **F** 1312 Ergo] erg* **L** ululatu] ulalatu **P** *a. c.*: ululatus **F** *a. c.* incondito] ncondito **P** *a. c.* gemituque] gemitu quae **P**: gemutuque **L** *a. c.* 1313 pugnantium] pug*nantium **L** cognati] cogniti **P** *a. c.* 1314 Laevumque] laevoque **P** *a. c.*: levuque **P**^{corr} cornu] *del.* **P**^{corr}: *om.* **B** effusum] effusam **P** *a. c.* **Bo** destituerat] destituerant **P** *a. c.* **Bo** 1315 receperunt] recoeperunt **PV** 1316 an] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 1319 laxaverant] laxa**verunt **L** *a. c.* <e>quo **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr} 1320 fodiebat] fodebat **P** *a. c.*

terga. [32] Iamque non pugna, sed caedes erat, cum Dareus quoque currum suum in fugam vertit. Haerebat in tergis fugientium victor, sed prospectum oculorum nubes pulveris, quae ad caelum efferebatur, abstulerat; ergo haud secus quam in tenebris errabant ad sonum notae vocis ut ad signum subinde coeuntes. [33] Exaudiebant tamen strepitus 1325
habenarum, quibus equi currum vehentes identidem verberabantur: haec sola fugientis vestigia excepta sunt.

LX **XVI** At in laevo Macedonum cornu (Parmenio, sicut ante dictum <est, id> tuebatur), longe alia fortuna utriusque partis res gerebatur. Maz<a>e- 1330
us, cum omni suorum equitatu vehementer invectus, urguebat Macedonum alas. [2] Iamque abundans multitudine acie<m> circumvehi coeperat, cum Parmenio equites nuntiare iubet Alexandro, in quo discrimine ipsi essent: ni mature subveniretur, non posse sisti fugam. [3] Iam multum viae praeceperat rex inminens fugientium tergis, cum a Parmenione tristis 1335
nuntius venit. Refrenare equos iussi, qui vehebantur, agmenque constitit frendente Alexandro eripi sibi victoriam e manibus et Dareum felicius fugere quam se sequi. [4] Interim ad Maz<a>eum superati regis fama pervenerat. Itaque, quamquam validior erat, tamen fortuna partium territus, perculsis languidius instabat. Parm[o]enio ignorabat quidem cau- 1340
sam sua sponte pugnae remissae, sed occasione vincendi strenue est usus. [5] Thessalos equites ad se vocari iubet: «Ecquid videtis» inquit «istos, qui

PBoMbBFLV

1321 pugna] pugna* **L** 1322 suum] sum **L** *a. c.* 1323 caelum] caedem **P** *a. c.* efferebatur] *Heinsius*: referebatur **ω** 1324 haud] aut **B** *a. c.* sonum] so**num **P** notae] nocte **V** 1325 ut ad] *Lucarini*: aut **ω** (haud **P** *a. c.*: haut **V**): ut *Aldus* 1326 identidem] idenidem **L** *a. c.* haec] hae **B** *a. c.* 1329 At] ad **V** Parmenio] parmoenio **P** ante] antea **B** <est, id> *add. Lucarini* (<est> *iam* $\mathbf{L}^{corr}$) 1330 fortuna] fortuna* **L** 1332 abundans] hab- **P** acie<m> **BoMb** coeperat] cep- **B** *a. c.* 1333 cum] tum **P** *a. c.* **BoMb** Parmenio] parmoenio **PLV** equites] quites **L** *a. c.* iubet] ibet **L** 1334 ni] ne **F** *a. c.*: nu **V** *a. c.* sisti] siste **P** *a. c.*: resisti **ColBoMb** fugam] **F** *a. c.*: fuga *rell.* 1335 Parmenione] **B**: parmoen- *rell.* 1337 sibi] si **V** felicius] filicius **P**: *om.* **Mb** 1339 partium] *er. in* **L**, *deinde add. in marg.* 1340 Parm[o]enio **ς** causam] causa **P** 1341 pugnae] pugna **P** *a. c.* remissae] remiss*ae **L** occasione] ocasione **V** 1342 ad se vocari iubet] advectus *Freinsheimius* Ecquid]

ferociter modo instabant, pedem referre subito pavore perterritos? Nimirum nobis quoque regis nostri fortuna vicit. Omnia Persarum caede
1345 strata sunt. 6 Quid cessatis? An ne fugientibus quidem pares estis?» Vera dicere videbatur et spes languentis quoque erexerat. Subditis calcaribus proruere in hostem. Et illi iam non sensim sed citato gradu recedebant, nec quicquam fugae, nisi quod nondum terga verterant, deerat. Parmenio tamen ignarus, quaenam in dextro cornu fortuna regis esset, repressit
1350 suos. 7 Maz<a>eus, dato fugae spatio, non recto itinere, sed maiore et ob id tutiore circuitu Tigrin superat et Babylonam cum reliqui<i>s devicti exercitus intrat. 8 Dareus paucis fugae comitibus ad Lycum amnem (LXI) contenderat. Quo traiecto dubitavit, an solveret pontem: quippe hostem iam adfore nuntiabatur. Sed tot milia suorum, quae nondum ad amnem
1355 pervenera<n>t, ponte re<s>cis<s>o videbat hostis praedam fore. 9 Abeuntem, cum intactum sineret pontem, dixisse constat malle se sequentibus iter dare, quam auferre fugientibus. Ipse, ingens spatium fuga emensus, media fere nocte Arbela pervenit.

10 Quis tot ludibria fortunae ducum, agminum caedem multiplicem,
1360 devictorum fugam, clades nunc singulorum nunc universorum aut animo adsequi queat aut oratione conplecti? Propemodum saeculi res in unum illum diem, pro!, fortuna cumulavit. 11 Alii qua brevissimum patebat iter, alii devios saltus et ignotas sequentibus calles petebant. E-

PBoMbBFLV

etquid **PF**: en quid **BoMb**: hecquid **L**

1343 instabant] instabat **V** *a. c.* 1344 Nimirum ... strata sunt] *fort. delenda, cum ll. 1340-1 repugnent* Omnia] omni **L** *a. c.* 1345 strata] stracta **FLV** fugientibus] fugentibus **L** *a. c.* 1346 languentis] languentes **P**corr **Σ** erexerat] eraxerat **P** *a. c.* 1347 proruere] proru<p>ere *Gronovius* sensim] semsim **BLV** recedebant] recebant **P** 1348 Parmenio] parmoenio **BF** 1349 in dextro] *om.* **F** *a. c.* 1350 fugae] *Aldus*: pugnae **ω** 1351 Tigrin] tygrin **Σ** Babylonam] babilonam **FL**: babillonam **V**: Babylona *Zumpt* reliqui<i>s **OT** 1352 Lycum] licum **PF** 1355 pervenera<n>t **P**corr re<s>cis<s>o **ς** 1356 malle] male **L** *a. c.* 1357 fugientibus] -bus **L**corr *in ras.* 1358 media] moedia **P**: meda **L** *a. c.* 1359 ducum] du*cum **P** 1362 pro!] *del.* **T**corr *Castiglioni* fortuna] fur- **B** *a. c.* Alii] -lii **L**corr *in ras.* 1363 devios] *Jeep*: divis*os **P**: diversos **BoMb**: divisos **Σ** petebant] patebant **F** *a. c.*

ques pedesque confusi sine duce armatis inermes, integris debiles <in>plicabantur. [12] Deinde, misericordia in metum versa, qui sequi non 1365 poterant inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis praecipue fatigatos et saucios perurebat passimque omnibus rivis prostraverant corpora, praeterfluentem aquam hianti ore captantes. [13] Quam cum avide turbidam hausissent, tendebantur extemplo praecordia premente limo resolutisque et torpentibus membris, cum supervenisset hostis, novis vulneribus 1370 excitabantur. [14] Quidam, occupatis proximis rivis, deverterant longius, ut, quidquid occulti humoris usquam manaret, exciperent nec ulla adeo avia et sicca lacuna erat, ut vestigantium sitim falleret. [15] E proximis vero itineri vicis ululatus senum feminarumque exaudiebantur, barbaro ritu LXII Dareum adhuc regem clamantium. [16] Alexander, ut supra dictum est, 1375 inhibito suorum impetu, ad Lycum amnem pervenerat, ubi ingens multitudo fugientium oneraverat pontem et plerique, cum hostis urgeret, in flumen se praecipitaverant gravesque armis et proelio ac fuga defetigati gurgitibus hauriebantur. [17] Iamque non pons modo fugientes, sed ne amnis quidem capiebat agmina sua inprovide subinde cumulantis: quippe 1380 ubi intravit animos pavor, id solum metuunt, quod primum formidare coeperunt.

[18] Alexander, instantibus suis ne inpune abeuntem hostem †permitteret† sequi, hebetia esse tela et manus fatigatas tantoque cursu corpora

PBoMbBFLV

1364 armatis] arma*tis **L** inermes] inhe- **P** 1365 <in>plicabantur **Mb** 1368 praeterfluentem] prae*t- **V** 1369 extemplo] exemplo **P** *a. c.*: -mplo **F**corr *in ras.* 1370 torpentibus] -t- **L**corr *in ras.* membris] menbris **V** 1371 excitabantur] excibantur **P** *a. c.*: citabantur **Mb** proximis] proxumis **P** *a. c.* 1372 humoris] moris **P** *a. c.*: humore **F** *a. c.* usquam] utquam **L** *a. c.* 1373 et] *om.* **L** lacuna] lucuna **B** *a. c.* **F**corr**LV** *a. c.* vestigantium] **BoMb**: castigantium **ω**: cuncta vestigantium *Walter* proximis] proxumis **P** vero] **B**corr: vere **ω** 1375 regem] daregem **P** 1376 inhibito] inhabito **P** ad] a **P** *a. c.* Lycum] licum **FLV** amnem] anem **P** 1377 oneraverat] honeraverat **P** 1379 hauriebantur] auriebantur **V** 1380 cumulantis] cumulanti **P** *a. c.* **Bo**: cumulati **Mb** 1381 intravit] inatravit **P** 1383 ne] *del. Acidalius* †permitteret†: intermitteret *Jeep*: remitteret *Lucarini*: praetermitteret *Prohasel* 1384 sequi] -i **L**corr *in ras.* hebetia] hebentia **PBoMb** fatigatas] fatigatus **P** *a. c.* **L**

1385 exhausta et praeceps in noctem diei tempus causatus est; [19] re vera de laevo cornu, quod adhuc in acie stare credebat, sollicitus, reverti ad ferendam opem suis statuit. Iamque signa converterat, cum equites a Parmenione missi illius quoque partis victoriam nuntiant. [20] Sed nullum eo die maius periculum adi<i>t, quam dum copias reducit in castra. Pauci 1390 eum et incompositi sequebantur ovantes victoria, quippe omnes hostes aut in fuga<m> effusos aut in acie cecidisse credebant: [21] cum repente ex adverso apparuit agmen equitum, qui primo inhibuere cursum, deinde Macedonum paucitate conspecta turmas in obvios concitaverunt. [22] Ante signa rex ibat, dissimulato magis periculo quam spreto. Nec defuit ei 1395 perpetua in dubiis rebus felicitas: [23] namque praefectum equitatus avidum certaminis et ob id ipsum incautius in se ruentem hasta transfixit; quo ex equo lapso, proximum ac dein plures eodem telo confodit. [24] Invasere turbatos amici quoque. Nec Persae inulti cadebant: quippe non universae acies quam hae tumultuariae manus vehementius iniere certamen. 1400 [25] Tandem barbari, cum obscura luce tutior fuga videretur esse quam pugna, dispersis agminibus abiere. Rex, extraordinario periculo defunctus, incolumis suos reduxit in castra. [26] Cecidere Persarum, quorum numerum victores finire potuerunt, milia XL, Macedonum minus quam CCC desiderati sunt. [27] Ceterum hanc victoriam rex maiore ex parte virtuti 1405 quam fortunae suae debuit: animo, non, ut antea, loco vicit. [28] Nam et aciem peritissime instruxit et promptissime ipse pugnavit et magno

LXIII

PBoMbBFLV

1385 diei] die **P** *a. c.* 1387 suis] sui **P** *a. c.* 1388 Parmenione] parmoenione **Σ** *(*p**a- **L***)* partis] pactis **V** 1389 eo die] **P**^{corr}**B**^{corr}: hodie **ω** : hoc die *Hedicke* adi<i>t **B**^{corr}: adit **P** *a. c.*: addidit **Σ**: accidit **Σ**^{corr} 1390 eum] um **L** *a. c.* ovantes] ov*antes **L** 1391 fuga<m> *Vindelinus* 1393 obvios] obvias **L** *a. c.* 1394 ibat] hibat **F** dissimulato] dissimilato **P** Nec] ne*c **L** 1395 praefectum] perfectum **P** *a. c.* 1397 equo] quo **P** *a. c.* 1399 quam] *om.* **P** *a. c.* iniere] iniacere **P** *a. c.* **F** *a. c.*: in **L**: inire *vel* iniere **L**^{corr}: iniecere **OColBoMb** 1400 luce] *luce **L** 1401 agminibus] acminibus **F** abiere] adiere **V** defunctus] defunctis **L** *a. c.* 1402 incolumis] *Eberhard*: incolumes **ω** 1403 finire] inire *Modius* 1404 desiderati] ac desiderati **F** *a. c.* 1405 animo ... vicit] *del. Vogel* 1406 peritissime] peritissim **L** *a. c.* promptissime] promptissimi **P** *a. c.*

consilio iacturam sarcinarum inpedimentorumque contempsit, cum in ipsa acie summae rei videret esse discrimen dubioque adhuc pugnae eventu pro victore se gessit; [29] perculsos deinde hostium <ut> fudit, fugientes, quod in illo ardore animi vix credi potest, prudentius quam avidius (1410) persecutus est. [30] Nam si parte exercitus adhuc in acie stante instare cedentibus perseverasset, aut culpa sua victus esset aut aliena virtute vicisset; iam si multitudinem equitum occurrentium extimuisset, victori aut foede fugiendum aut miserabiliter cadendum fuit. [31] Ne duces quidem copiarum sua laude fraudandi sunt: quippe vulnera, quae quisque excepit, (1415) indicia virtutis sunt: [32] <H>eph<a>estionis brachium hasta ictum est, Perdicca et Coenos et Menidas sagittis prope occisi. [33] Et, si vere aestimare Macedonas, qui tunc erant, volumus, fatebimur et regem talibus ministris et illos tanto rege fuisse dignissimos.

PBoMbBFLV

1409 hostium <ut> *Müller*: hostis ut *Bentleius* 1410 potest, prudentius] prudentius potest **B** *a. c.* **L** *(*-t *add.* **L**^{corr}*)* **V** 1411 instare] stare **P** *a. c.*: snstare **F** 1412 perseverasset] perseverasse **B** *a. c., ut vid.* 1413 si multitudinem] similitudinem **P** *a. c.* **BoMb** 1414 duces] duces* **L** 1415 excepit] excoepit **P** 1416 virtutis] virtuti **L** <H>eph<a>estionis *ed. Lugd.* ictum] *ictum **V** 1417 Perdicca] perdicta **P** *a. c.* occisi] occiso **P** *a. c.* aestimare] stimare **L** *a. c.*

Q. Curtii Rufi historiarum liber quartus explicit incipit liber v **P**: Q. Curtii Rufi historiarum Alexandri Magni Macedonis liber IIII explicitus. Incipit quintus feliciter **B**: Curti Rufi historiarum liber IIII explicit incipit liber quintus **F**: Q. Curti Rufi historiarum liber IIII explicit incipit liber v **L**: Curti Rufi historiarum liber IIII explicit incipit liber quintus **V**

LIBER V

QUAE interim ductu <alieno, auspicio> imperioque Alexandri vel in Graecis vel Illyriis ac Thraecia gesta sunt, si suis quaeque temporibus reddere voluero, interrumpendae sunt res Asiae, 2 quas utique ad fugam mortemque Darei universas in conspectu<m> dari et, sicut inter se cohaerent, ita opere ipso coniungi, haud paulo aptius videri potest. Igitur, quae proelio apud Arbela coniuncta sunt, ordiar dicere.

3 Dareus media fere nocte Arbela pervenerat eodemque magnae partis amicorum eius ac militum fugam fortuna conpulerat. 4 Quibus convocatis exponit haud dubitare se, quin Alexander celeberrimas urbes agrosque, omni copia rerum abundantes, petiturus esset: praedam opimam paratamque ipsum et milites eius spectare. 5 Id suis rebus tali in statu saluti fore: quippe se deserta cum expedita manu petiturum. Ultima regni sui adhuc intacta esse: inde bello vires haud aegre reparaturum. 6 Occuparet sane gazam avidissima gens et ex longa fame satiaret se auro, mox futura praedae sibi: usu didicisse pretiosam supellectilem pelicesque et spadonum agmina nihil aliud fuisse quam onera et inpedimenta: eadem trahentem

PBoMbBFLV

1 ductu] ductu* **L** <alieno, auspicio> *add. Badian*: <Antipatri> ductu, imperio <auspicio>que Alexandri *vel* <Antipatri> ductu imperioque Alexandri *Büttner* imperioque] imperio **V** Alexandri] Antipatri *Faber* 2 Graecis] graeci **P** *a. c.*: graecia **BoMb** Illyriis] illiriis **L**: in hylliriis **V** Thraecia] thracia **Σ** 3 voluero] -o **L**^{corr} *in ras.* 4 conspectu<m> *Modius* 5 coniungi] coniungi* **L** haud] **B**^{corr}: aut **ω** 6 Arbela] **B**: harbela *rell.* coniuncta] coniuncti **B** *(ceterum -iunc- non bene disp.)* 7 Arbela] **ς**: arbelam **P**: harbelam **Σ** 8 amicorum eius] amicorumque **P**^{corr} 9 dubitare] -u- **L**^{corr} *in ras.* celeberrimas] celib- **P** *a. c.* 10 abundantes] ha- **PV** esset] esse **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* opimam] opinam **P** 12 manu] manu** **L** sui] si **V** 13 vires] viris **L** *a. c.* haud] aut **PBV**: haut **P**^{corr} 15 didicisse] didicisse se **PBoMb** pretiosam] *pret- **P** supellectilem] suppe- **F** spadonum] spadona **L** *a. c.* 16 nihil] nichil **F** aliud] aliut **V** onera] ho- **V**

Alexandrum, quibus rebus antea vicisset, inferiorem fore. [7] Plena omnibus desperationis videbatur oratio, quippe Babylonam, urbem opulentissimam, dedi cernentibus: iam Susa, iam cetera ornamenta regni, causam[que] belli, victorem occupaturum. [8] At ille docere pergit non speciosa dictu, sed usu necessaria in rebus adversis sequenda esse: ferro geri bella, non auro, viris, non urbium tectis. Omnia sequi armatos: sic maiores suos perculsos in principio rerum celeriter pristinam reparasse fortunam. [9] Igitur, sive confirmatis eorum animis sive imperium magis quam consilium sequentibus, Mediae fines ingressus est.

11 [10] Paulo post Alexandro Arbela traduntur, regia supellectile ditique gaza repleta: IIII milia talentum fuere praeterea pretiosae vestes, totius, ut supra dictum est, exercitus opibus in illam sedem congestis. [11] Ingruentibus deinde morbis, quos odor cadaverum totis iacentium campis vulgaverat, maturius castra movit. Euntibus a parte laeva <. . . > Arabia, odorum fertilitate nobilis regio. [12] Campestre iter est <in terra> inter Tigrin et Euphraten iacenti[a], tam uberi et pingui, ut a pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo propter venas aquarum resudante. [13] Ipsi amnes ex Arm[o]eniae montibus profluunt a<c> magno deinde

PBoMbBFLV

17 Plena] pleno **P** *a. c.* 18 Babylonam] babilonam **F**: babyllonam **V**: Babylona *Zumpt* 19 cernentibus] *Iunta*: certantibus **ω** iam] iams **P** cetera] cetera<s urbes> *coni. Lucarini, servato* causamque ornamenta] ordinamenta **P** *a. c.* 20 causam[que] *Snakenburgius*: <praemia> causamque *Castiglioni* 21 ferro] fero **P** *a. c.* 23 suos] suas **L** 24 Igitur] legitur **F** *a. c*: *igitur **L** confirmatis] confirmates **L** *a. c.* 26 traduntur] traditur **P**^{corr}**Σ** *(*-it- **L**^{corr} *in ras.)* supellectile] supellectili **B**^{corr}: suppellectile **F** 27 fuere] fere **P** *a. c.* **BoMb**: vere **F**: fure **V** pretiosae] pretiosa **P**, *tuetur Kinch*: prociosae **P**^{corr} vestes] veste *Kinch* totius] tutius **L** 28 sedem] sedem*** **L** 29 cadaverum] cadev- **B** *a. c.* 30 <...> *aliqua sine dubio hic exciderunt, cum Arabia a dextra, minime a laeva esset procedentis exercitus:* <Artacene, a dextra> *Miller* 31 odorum] o*d- **P** <in terra> *add. Köhler* 32 Tigrin] tyg- **Σ** Euphraten] eufr- **FL** iacenti[a] *Köhler*: iacenti a<gro> *Novák* a] *om.* **L** *a. c.* 33 perimat] peremat **P** *a. c.* 34 fere] ferre **P** *a. c.* venas] *ita* **L**^{corr} *in marg.; ras. in ipso versu* 35 amnes] agnes **V** *a. c., ut vid.* Arm[o]eniae **ς** a<c> **BoMb**

aquarum divortio iter, quod coeperunt, percurrunt: II milia et quingenta stadia emensi sunt, qui amplissimum intervallum circa Arm[o]eniae montes notaverunt. 14 Idem, cum Mediae et Gordyaeorum terram secare coeperunt, paulatim in artius coeunt et, quo longius manant, hoc angustius inter se spatium terrae relinquunt. 15 Vicini maxime sunt in campis, quos incolae Mesopotamiam appellant: mediam namque ab utroque latere cludunt. Tandem per Babyloniorum fines in Rubrum mare inrumpunt. 16 Alexander quartis castris ad Mennim urbem pervenit. Caverna ibi est, ex qua fons ingentem bituminis vim effundit, adeo ut satis constet Babylonios muros ingentis operis huius fontis bitumine interlitos esse.

III 17 Ceterum Babylona procedenti Alexandro Maz<a>eus, qui ex acie in eam urbem confugerat, cum adultis liberis supplex occurrit, urbem seque dedens. Gratus adventus eius regi fuit: quippe magni operis obsidio futura tam munitae urbis. 18 Ad hoc vir inlustris et manu promptus famaeque etiam proximo proelio celebris et ceteros ad deditionem suo incitaturus exemplo videbatur. Igitur hunc quidem benigne cum liberis excipit; 19 ceterum quadrato agmine, quod ipse ducebat, velut in aciem irent, ingredi suos iubet. Magna pars Babyloniorum constiterat in mu-

PBoMbBFLV

36 milia] *om.* **Σ** *(add.* **B**corr*)* 37 stadia] stadi **P** *a. c.* emensi] **B**corr: emensa **ω** intervallum] inteva- **L** *a. c.* Arm[o]eniae **T** 38 Mediae] media **P** *a. c.* **Bo**: Mediam *Hedicke* Gordyaeorum] *Bentleius*: gordiaeorum **ω** 39 coeunt] **B**corr: quoeunti **PB** *a. c.*: quoeunt **P**corr**F**: quoeunt* **L** longius] long*ius **L** 40 Vicini] *Laetus*: vicina **ω** maxime] maxima **BoMb**: maxim **L** *a. c.* 42 Tandem] *Freinsheimius*: eadem **ω**: Idem *Aldus* Babyloniorum] babilo- **L**: babyllo- **V** 44 ingentem] incentem **P** *a. c.* effundit] -t **P**corr *in ras.*: effudit **F** *a. c.* adeo] at eo **P** *a. c.* ut] ut* **V** 45 Babylonios] babilo- **L**: babbylo- **V** ingentis operis] *del. Bothe* 47 Babylona] *Zumpt*: babilona **P**: babylonam **BF**: babilonam **L**: babyllonam **V** acie] atiae **V** 48 supplex] suplex **P**corr**V** 49 futura] futura <erat> **L**corr *sed cf. 5.11.8; 10.6.9* 50 promptus] propraetus **L**: proprecus **V** famaeque] famaque **P**corr**Σ** 51 deditionem] ditionem **P** suo] *Damsté*: sui **ω** 53 quadrato] quadratu **P** *a. c.*: quadrat* **L** *(*-to **L**corr*)* aciem irent] **BoMb** : acie migrent **ω** *(*atiae migrans **V***)*: migrent *del. Kinch* 54 Babyloniorum] babyllo- **V**

ris, avida cognoscendi novum regem, plures obviam egressi sunt. [20] Inter quos Bagophanes, arcis et regiae pecuniae custos, ne studio a Maz<a>eo vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus utroque latere dispositis, quae non ture modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. [21] Dona eum sequebantur greges pecorum equorumque; leones quoque et pardales caveis praeferebantur. [22] Magi deinde suo more carmen canentes, post hos Chaldaei Babyloniorumque non vates modo, sed etiam artifices cum fidibus sui generis ibant, laudes hi regum canere soliti, Chaldaei siderum motus et statas vices temporum ostendere. [23] Equites deinde Babylonii, suo equorumque cultu ad luxuriam magis quam ad magnificentiam exacto, ultimi ibant. Rex, armatis stipatus, oppidanorum turbam post ultimos pedites ire iussit, ipse cum curru urbem ac deinde regiam intravit. Postero die supellectilem Darei et omnem pecuniam recognovit. [24] Ceterum ipsius urbis pulchritudo ac vetustas non regis modo sed etiam omnium oculos in semet haud inmerito convertit. Samiramis eam condiderat, non, ut plerique credidere, Belus, cuius regia ostenditur. [25] Murus, instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium XXX et duorum pedum <in> latitudinem amplectitur: quadrigae inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. [26] Altitudo muri L cubitorum eminet spatio; turres denis pedibus quam murus altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXV[III]

PBoMbBFLV

55 avida] avido **V** 56 Bagophanes] **V**: bagofa- *rell.* 57 iter] inter **V** coronisque] coronusque **L** *a. c.* constraverat] constav- **P** argenteis] argentes **P** *a. c.* 58 ture] thure **V** 59 cumulaverat] cumululav- **P**: cumululaverant **P**^corr pecorum] *om.* **V** 60 pardales] par- **L**^corr *in ras.* caveis] caveae his **V** 61 Chaldaei] **B**^corr**V**: chaldei **P**: caldaei **B**: caldei **FL**: *del. Kinch* Babyloniorumque] babyllo- **V**: Babyloniorum *Kinch* 62 fidibus] fidelibus **MbV** sui] sui* **P** generis] eneris **L** *a. c.* 63 regum] -u- **L**^corr *in ras.* Chaldaei] caldaei **V** statas] **PΣ**^corr: statutas **P**^corr**Σ** 64 Babylonii] babilonii **F**: babylonii **L**: babyllonii **V** 66 oppidanorum] opi- **V** 67 cum] cum cum **V**: *del. Cornelissen* curru] exercitu *Britzelmayr* supellectilem] suppellectilem **FV** 69 etiam omnium] etiam * omnium **L**; *ceterum locutio suspecta; fort.:* omnium <militum> 70 Samiramis] **P**^corr: sameramis **ω** 71 regia] regi **P** *a. c.* instructus] *om.* **P** *a. c.* **ColSigBoMb** laterculo] la*te- **L** 72 interlitus] interlito *Henrichsen* <in> *add. Freinsheimius* 75 CCCLXV[III] *Brissonius*

stadia conplectitur: singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriae proditum est. Aedificia non sunt admota muris, sed fere spatium iugeri unius absunt. [27] Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt (per LXXX stadia habitabatur) nec omnia continua sunt,
80 credo, quia tutius visum e<s>t pluribus locis spargi. Cetera serunt coluntque ut, si externa vis ingr[a]uat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo subministrentur. [28] Euphrates interfluit magnaeque molis crepidinibus coercetur. Sed omnium operum magnitudinem circumveniunt cavernae ingentes, in altitudinem pressae ad accipiendum
85 impetum fluminis; quod ubi adpositae crepidinis fastigium excessit, urbis tecta corriperet, nisi essent specus lacusque, qui exciperent. [29] Coctili laterculo structi sunt, totum opus bitumine adstringitur. Pons lapideus flumini inpositus iungit urbem. Hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est: quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus
90 ad fundamenta iacienda egesto, vix suffulciendo operi firmum reppererunt solum. [30] Harenae autem subinde cumulatae et saxis, quis pons sustinetur, adnexae morantur amnem, qui retentus acrius, quam si libero cursu mearet, inliditur. [31] Arcem quoque ambitu[s] XX stadia complexam ha- v
bent. XXX pedes in terram t<ur>rium fundamenta demissa sunt, ad LXXX
95 summum munimenti fastigium pervenit. [32] Super arcem, vulgatum

PBoMbBBLV

77 Aedificia] aedeficia **L** admota] amota **L** *a. c.* 78 unius] unus **L** *a. c.* totam] totam* **L** 79 stadia] stadi*a **L** habitabatur] habitatur **L** *a. c.* 80 tutius] totius **F** *a. c.* e<s>t **O** 81 ingr[a]uat **TBoMb**: ingravit **B** *a. c.* obsessis] obsis **F** *a. c.* 82 subministrentur] subministrantur **L** *a. c.* interfluit] interfuit **P** *a. c.* 83 coercetur] cohe- **LV** magnitudinem] magnitudinum **L** *a. c.* circumveniunt] circum amnem vincunt *coni. Lucarini*: circa urbem vincunt *Vogel* 84 ingentes] ingentem *Hedicke, fort. recte* altitudinem] altitudine **V** 85 fastigium] fastidium **P** *a. c.* 87 adstringitur] adstrigitur **L** *a. c.* 88 mirabilia] miserabilia **P** *a. c.* 89 penitus] poen- **P** 90 iacienda egesto] **P**^{corr}**B**^{corr}: iaciendo geste **ω** *(-o non disp. in* **BV***)* suffulciendo] *Bongarsius:* sufficiendo **ω** *(*sufic- **V***)*: sufficiendum **P**^{corr}: sufficiens *Jeep* firmum] **BoMb** : firmo **ω** reppererunt] *Barthius*: repperiunt **P**: reperiunt **Σ** *(*-nt **L**^{corr} *in ras.)* 91 pons] pon **P** 93 inliditur] **P**^{corr}**B**^{corr} *in ras.* **L**^{corr}**V**^{corr}: inlitur **PV**: illiditur inlitus **L** ambitu[s] *Vindelinus* 94 terram] terra **P** t<ur>rium **M** demissa] dimissa **PV** 95 munimenti] munimentis **P** *a. c.*

Graecorum fabulis miraculum, pensiles horti sunt, summam murorum altitudinem aequantes multarumque arborum umbra et proceritate amoeni. 33 Saxo pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt; super pilas lapide quadrato solum stratum est patiens terrae, quam altam iniciunt, et humoris, quo rigant terras; adeoque validas arbores sustine[n]t 100
moles, ut stipites earum VIII cubitorum spatium crassitudine aequent, in L pedum altitudinem emineant frugiferaeque sint, ut si terra sua alerentur. 34 Et cum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat, haec moles, quae tot arborum radicibus premitur tantique nemoris pondere onerata est, inviolata durat: quippe 105
XX <pedes> lati parietes sustinent XI pedum intervallo distantes, ut procul visentibus silvae montibus suis inminere videantur. 35 Syriae regem Babylone regnantem hoc opus esse molitum memoriae proditum est, amore coniugis victum, quae desiderio nemorum silvarumque in campestribus locis virum conpulit amoenitatem naturae genere huius 110
operis imitari.

VI 36 Diutius in hac urbe quam usquam constitit rex, nec alio loco disciplinae militari magis nocuit. Nihil urbis eius corruptius moribus, nihil ad inritandas inliciendasque inmodicas cupiditates instructius. 37 Liberos coniugesque cum hospitibus stupro coire, modo pretium flagitii detur, 115
parentes maritique patiuntur. Convivales ludi tota Perside regibus

PBoMbBFLV

96 summam] summa **PF** 97 aequantes] **OBo**: aequantis **ω** 98 amoeni] **ς**: amoenos **ω** pilae] polae **L** *a. c.* onus] ho- **PV** 99 solum] sole **P** *a. c.* 100 et] *om.* **L** *a. c.* sustine[n]t *Bentleius* 101 stipites] stip***tes **L** crassitudine] **P**^{corr}**B**^{corr}: crassitudinem **P**: grassitudinem **Σ** *(*g**ssit- **L***)* 102 frugiferaeque] **BoMb**: frugifera aeque **P**: frugiferae aeque **P**^{corr}**Σ** sint] sunt **BoMbB** *a. c.*: sin **L** alerentur] alarentur **B** *a. c.* **FL**: lerentur **V** *a. c.* 103 naturam] nut- **P** 104 perimat] peremat **P** *a. c.* radicibus] racibu **P** *a. c.* 105 onerata] ho- **PV** 106 <pedes> *add. Foss* parietes] pariete*s **P** distantes] destantes **P** *a. c.* 107 Syriae] siriae **FL** 108 Babylone] Babilone **F**: babyllone **V** 109 coniugis] coniungis **P** 110 campestribus] campestri*bus **L** genere huius operis] gere operis huius **V**: gerere operis huius **V**^{corr}: opere huius generis *Meiser* 112 alio loco] alius locus *Kinch* 113 Nihil] nichil **V** 114 inmodicas] modicas **V** *a. c.* instructius] intructius **P** *a. c.* 115 stupro] stup*ro **L**

purpuratisque cordi sunt, Babylonii maxime in vinum et, quae ebrietatem sequuntur, effusi sunt. [38] Feminarum convivia ineuntium in principio modestus est habitus, dein summa quaeque amicula exuunt paulatimque
120 pudorem profanant, ad ultimum (honos auribus habitus sit) ima corporum velamenta proiciunt. Nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virginumque, apud quas comitas habetur vulgati corporis vilitas. [39] Inter haec flagitia exercitus ille domitor Asiae per XXXIIII dies saginatus ad ea, quae sequebantur, discrimina haud dubie debilior futurus fuit, si
125 hostem habuisset. Ceterum, quo minus damnum sentire[n]t, identidem incremento renovabatur. [40] Namque Amyntas Androm[o]eni ab Antipatro Macedonum peditum VI milia adduxit, D praeterea eiusdem generis equites, [41] cum his DC T<h>racas, adiunctis peditibus suae gentis III milibus D et ex Peloponneso mercennarius miles ad IIII milia advenerat
130 cum trecentis octoginta equitibus. [42] Idem Amyntas adduxerat L principum Macedoniae liberos adultos ad custodiam corporis: quippe inter epulas hi sunt regi<bu>s ministri idemque equos ineuntibus proelium admovent venantesque comitantur et vigiliarum vices ante cubiculi fores servant, magnorumque praefectorum et ducum haec
135 incrementa sunt et rudimenta.

[43] Igitur rex, arci Babylon<ia>e Agat<h>one praesidere iusso, cum septingentis Macedonum trecentisque mercede conductis, praetores, qui

PBoMbBFLV

117 cordi sunt] cordis **V** Babylonii] babilonii **F**: babyllonii **V** ebrietatem] aebritatem **P**: aebrietatem **B** *a. c.* 118 sequuntur] -quu- **L**^{corr} *in ras.* 120 honos] **P**^{corr}**B**^{corr}: honus **P**: onus **Σ** ima] **OMb**: una **ω**: intima *Bentleius* 121 proiciunt] -u- **L**^{corr} *in ras.* 122 virginumque] *Barthius*: virorumque **ω** quas] *Barthius*: quos **ω** vulgati] vulgrati **L** *a. c.* 123 domitor] dominator **P** *a. c.* 125 habuisset] habusset **L** *a. c.* sentire[n]t *Modius* 126 Amyntas] amintas **Σ** Androm[o]eni **ς** Antipatro] antrip- **P** 127 adduxit] addixit **L** *a. c.* 128 DC] **TBoMb**: $\overline{\text{DC}}$ **ω** T<h>racas **T** gentis] gentes **P** *a. c.* 129 Peloponneso] *Zarotus*: peloponenso **ω**: peloponnenso **B**^{corr} mercennarius] marc- **L** *a. c.* 130 trecentis] nongentis *Vogel*: octingentis *Atkinson* Amyntas] amintas **Σ** 131 principum] principium **P** *a. c.* **L** *a. c., ut vid.* 132 regi<bu>s *Vogel (*rigis **L** *a. c.)*: regii *Watt* 136 arci] *arca **P**: archi **FV** Babylon<ia>e **ς** *(*babilone **F**: babyllone **V***)* Agat<h>one **B**^{corr} praesidere iusso] **BoMb**: praesides eius so **P**: praeside esse iusso **P**^{corr}**BFL**: praeside eius iusso **V** 137 trecentis-

regioni Babyloniae ac Ciliciae praeessent, Menetem et Apollodorum relinquit. II milia his militum cum mille talentis data; utrique praeceptum, ut in supplementum milites legerent. [44] Maz<a>eum transfugam satrapea Babylon<ia>e donat, Bagophanem, qui arcem tradiderat, se sequi iussit; Armenia Mithreni, Sardium proditori, data est. [45] Ex pecunia deinde Babyloniae tradita Macedonum equitibus sesceni denarii tributi; peregrinus eques quingenos accepit; duceni <. . .> pedes trium stipendium mensum.

VII **II** His ita conpositis, in regionem, quae Sittacene vocatur, pervenit: fertilis terra, copia rerum et omni commeatu abundans. [2] Itaque diutius ibi substitit ac, ne desides otio dimitterent animos, iudices dedit praemiaque proposuit de virtute militari certantibus. [3] Novem, qui fortissimi iudicati essent, singulis militum milibus praefuturi erant

PBoMbBFLV

que] trecentisqu*e **L**

138 regioni] regione **L** *a. c.* Ciliciae] *ita* **L**^{corr} *in ras.* praeessent] prae*essent **P** *(-nt in ras.)* Menetem] **ς**: manetam **ω**: Meneta *Acidalius* Apollodorum] apollodoro **B** *a. c.* **FV**: apollodora **L** 139 his] **ς**: is **ω** (si **B**) mille] *om.* **F** *a. c.* **LV** talentis] talentes **L** *a. c.* data] dat **P**^{corr}**BF**^{corr}**LV** 140 satrapea *Vindelinus*: satrape **ω** (satoape **V**) 141 Babylon<ia>e **ς** (babilone **L**) se] *om.* **P** *a. c.* **BoMb** 142 Armenia] armoenia **Σ** Mithreni] ithreni **P**: mithrenis **B** *a. c.* proditori] proditore **L** *a. c.* 143 Babyloniae] bababyloniae **F**: Babylone *Vogel* 144 duceni] ducem **P** *a. c.* **BoMb**: ducenis **P**^{corr} <...> *Post h. v. lac. ind. Müller; locum ita ref. vv. dd.*: ducenos pedes, mercenarius stipendium mensium II *Cunze*: ducenos pedes, ceteri stipendium duum mensum *Zumpt*: ducenos pedes domesticus, mercennarius duorum stipendium mensum *Hedicke*: ducenos pedes domesticus, ceteri trium stipendium mensum *Bardon*: ducenos pedes Macedonum, duum stipendium mensum mercennarius *Mützell; cf. Diod. 17.64.6.* stipendium] spendium **P** 147 ita] ita** **L** Sittacene] *Glareanus*: satrapene **ω** (-paen- **PF**): satrape<a Sittace>ne *Vogel* 148 terra] *om.* **L** *a. c.* 149 substitit] subtitit **L** dimitterent] remitterent *Acidalius*: demitterent *Bruno; servavi dubit. libr. lect. coll. ThLL s. v. "dimitto" 1217, 17-26* 150 proposuit] posuit **V** *a. c.*: praeposuit **V**^{corr} certantibus] ce*rtantibus **L** Novem] nova *Hedicke*: octo *Modius*: VIII. Ii *Vogel (cf. praeclaram H. Laffi emendationem «Rend. Acc. Linc.» s.* IX, *15, 2004, 619-620)* 151 militum] mlitum **L** praefuturi] -rae- **L**^{corr} *in ras.*: -tu-

(chiliarchas vocabant), tunc primum in hunc numerum copiis distributis: namque antea quingenariae cohortes fuerant nec fortitudini[s] praemia cesserant. 4 Ingens militum turba convenerat egregio interfutura
155 certamini, testis eadem cuiusque factorum et de iudicibus latura sententiam: quippe verone an falso honos cuique haberetur, ignorari non poterat. 5 Primus omnium virtutis causa donatus est Atarrhias senior, qui omissum apud Halicarnason a iunioribus proelium unus maxime accenderat, proximus ei Antigenes visus est, tertium locum Philotas Augaeus obtinuit,
160 quartus Amyntae datus, post hos Antigonus et ab eo Lyncestes Amyntas <proximus> fuit, septimum locum Theodotus <. . . >, ultimum obtinuit Hellanicus. 6 In disciplina quoque militaris rei a maioribus <tradita> pleraque summa utilitate mutavit. Nam cum ante equites in suam quisque gentem discriberentur seorsus a ceteris, exempto nationum discrimine,
165 praefectis non utique suarum gentium, sed delectis attribuit. 7 Tuba, cum castra movere vellet, signum dabat, cuius sonus plerumque tumultuantium fremitu exoriente haud satis exaudiebatur; ergo perticam, quae undique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum: observa<ba>tur ignis noctu, fu-
170 mus interdiu.

PBoMbBFLV

add. **L**^{corr}

152 chiliarchas] chiliarcas **P** vocabant] vocabam **L** *a. c.* 153 fortitudini[s] *Bentleius* 154 cesserant] *Acidalius*: gesserant **ω** 155 testis] testes **P** *a. c.* cuiusque] c- **L**^{corr} *in ras.* 157 Atarrhias] *Hedicke*: adarrhias **P**: adarrihas **B**: adarribias **FV**: adarrihias **L** 158 Halicarnason] ahalic. **F** *a. c.* a] ia **F** *a. c.* 159 Antigenes] *Modius*: antigenis **ω** *(*anteg- **L** *a. c.)* Augaeus] *Modius*: augheus **ω** 160 quartus] quaritus **P** *a. c.* Lyncestes] lin- **Σ** Amyntas] amintas **FLV** *(*-a- **L**^{corr} *in ras.)* 161 <proximus> *add. Kinch* Theodotus] **ς**: theodetus **ω** *(*te- **L***)* <...>*lac. ind. Aldus* 162 militaris rei] militari tradita **ς**: militari relicta *Hedicke* <tradita> *add.* **ς** 163 mutavit] utavit **P** *a. c.* ante] mante **P** 164 discriberentur] desc- **B**: discreberentur **V** exempto] excepto **P**: exepto **P**^{corr} nationum] nutionum **P** *a. c.* 165 praefectis] praefecti **L** *a. c.* delectis] electis **BoV** 168 praetorium] praetorum **L** *a. c.* ex] **L**^{corr} *in ras.* 169 eminebat] eminens *Hedicke* observa<ba>tur **BoMb**: *del. Modius* noctu] noctuque **B** fumus] fumusque **B**^{corr}

VIII [8] Iamque Susa ei aditurο Abulites, regionis eius praefectus, sive Darei iussu, ut Alexandrum praeda retineret, sive sua sponte, filium obviam misit, traditurum se urbem promittens. [9] Benigne iuvenem excepit rex et eodem duce ad Choaspin amnem pervenit, delicatam, ut fama est, vehe[me]ntem aquam. Hic Abulites cum donis regalis opulentiae occurrit. 175 [10] Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiae, XII elephanti a Dareo ex India acciti, iam non terror, ut speravera[n]t, Macedonum, sed auxilium, opes victi ad victorem transferente fortuna. [11] Ut vero urbem intravit, incredibilem ex thesauris summam pecuniae egessit: L milia talentum argenti non signati forma, sed rudi pondere. [12] Multi reges tan- 180 tas opes longa aetate cumulaverant liberis posterisque, ut arbitrabantur, quas una hora in externi regis manus intulit. [13] Consedit deinde in regia sella, multo excelsiore quam pro habitu corporis. Itaque, cum pedes summum gradum non contingerent, unus ex regiis pueris mensam subdidit pedibus. [14] Et cum spadonem, qui Darei fuerat, ingemiscentem 185 conspexisset rex, causam maestitiae requisivit. Ille indicat Dareum vesci in ea solitum, seque sacram eius mensam ad ludibrium reccidentem sine lacrimis conspicere non posse. [15] Subiit ergo regem verecundia violandi hospitales deos iamque subduci iubebat, cum Philotas: «Minime vero haec feceris, rex, sed omen quoque accipe, mensam, ex qua libavit hostis 190 IX epulas, tuis pedibus esse subiectam.» [16] Rex, Persidis finem aditurus,

PBoMbBFLV

171 Susa] susam **P**corr**B** ei] *om.* **B** *a. c.* Abulites] abulitus **P** *a. c.*: abutes **F** *a. c.* sive] *om.* **L** *a. c.* Darei] dariei **B** *a. c.* 174 ad Choaspin] *Zumpt*: adeo haspin **ω** delicatam] **Mb**: dedicata **ω** 175 vehe[me]ntem *Erasmus (-m om.* **V***)* Abulites] abulitus **P** *a. c.* 176 dona] dono **V** velocitatis] vol- **P** eximiae] eximia **P** *a. c.*: eximae **L** *a. c.* elephanti] elephante **P** *a. c.* 177 acciti, iam] -i ia- **V**corr *in lac.* speravera[n]t *Modius* 178 opes] *opes **PL** 179 pecuniae] pecuniam **MbF** egessit] egisset **BoMbF** milia] *om.* **PBoMb** 181 posterisque] pot- **V** 183 habitu] ibitu **P** *a. c.*: abito **L**: abitu **L**corr pedes] pedes *** **L** 184 summum] *Vogel*: imum **ω**: primum *Schädel* 185 pedibus] peditibus **P** *a. c.* spadonem] spanem **L** *a. c.* ingemiscentem] ingemescentem **P** *a. c.* 186 requisivit] requisiit **P** *a. c.* Dareum] dar*eum **V** 187 solitum] -t- **L**corr *in ras.* 188 violandi] violendi **B** *a. c.* 190 sed omen] sodomem **P** *a. c.* 191 Persidis] -d- **L**corr *in ras.*

Susa[m] urbem Archelao et praesidium III milium tradidit, Xenophilo
arcis cura mandata est, mille Macedonum aetate gravibus praesidere [arcis]
custodiae iussis, [17] thesaurorum Callicrati tutela permissa, satrapea
195 regionis Susianae restituta Abulitae. Matrem quoque et liberos <Darei>
in eadem urbe deponit. [18] Ac forte Macedonicas vestes multamque
purpuram dono ex Macedonia sibi missam cum iis, quae confecerant,
tradi Sisigambi (omni namque honore eam et filii quoque pietate pro-
sequebatur) [19] admonerique iussit, ut, si cordi <ei> quoque vestis esset
200 conficere eam neptes suas adsuefaceret, dono[que] se, <quae> docerent,
dare. Ad hanc vocem lacrimae obortae prodidere animum aspernantis id
munus: quippe non aliud magis in contumeliam Persarum feminae
accipiunt quam admovere lanae manus. [20] Nuntiant, qui dona tulerant,
tristem esse Sisigambim dignaque res et excusatione et solacio visa. Ipse
205 ergo pervenit ad eam et: «Mater,» inquit «hanc vestem, qua indutus
sum, sororum non donum solum, sed etiam opus vides: nostri decepere
me mores. [21] Cave, obsecro, in contumeliam acceperis ignorationem me-
am. Quae tui moris esse cognovi, ut spero, abunde servata sunt. [22] Scio
apud vos filio in conspectu matris nefas esse considere, nisi cum illa
210 permisit: quotienscumque ad te veni, donec, ut considerem, adnueres,

PBoMbBFLV

192 Susa[m] *Modius* Archelao] archeleo **P**, *ut vid.* **Bo**: archiloco **Mb** praesidium] praesidi*um **L** milium] *Laetus*: -lia **ω** 193 mandata] *primum* -a- **L**^{corr} *in ras.* mille Macedonum] **Bo**: go macedonum **P**: macedonum **Σ** *(*-nam **L** *a. c.)* [arcis] *del. Lucarini* 194 thesaurorum] tes- **L** satrapea] satropea **L** *a. c.* 195 restituta] restitute **P** *(*-e *deinde del.)* **Bo**: restitutet **L** *a. c.* Abulitae] abu*li*te **P** <Darei> *add. Hedicke (iam* **O** *post* quoque*)*: <regis> *Vogel* 196 vestes] veste **L** *a. c.* 197 iis] *Vindelinus*: his **ω** quae] *om.* **PBoMb**: qui *Modius* confecerant] confecerat **P** *a. c.* 198 Sisigambi] **P**^{corr}**V**^{corr}: sisigam **P**: sisigambim **B**: sisigabim **FL**: sisigabi **L**^{corr}: cisigambi **V** omni] iubet omni **Σ** 199 admonerique] admoverique **P** iussit] *del. Hedicke* si] sc **P** *a. c.* <ei> *add. Madvig* quoque] *del. Castiglioni* 200 adsuefaceret] adsuefacere **P** *a. c.* **BoMb** dono[que] *Jeep* <quae> *add. Heusinger* docerent] **BoMb**: docere*t **P**: doceret **Σ** 201 obortae] absortae **P** *a. c.* prodidere] prodire **F** *a. c.* 204 tristem] tristim **P** excusatione] excutione **V** 205 qua] in qua **P** *a. c.* 206 decepere] decipere **P** *a. c.* 207 acceperis] acciperis **P** 209 considere] conside **L** *a. c.* 210 permisit] *alterum* -i- **L**^{corr} *in ras.* adnueres] adnues **P**

steti. Procumbens venerari me saepe voluisti: inhibui. Dulcissimae matri Olympiadi nomen debitum tibi reddo.»

x **III** Mitigato animo eius, rex quartis castris pervenit ad Tigrim fluvium; Pasitigrim incolae vocant. Oritur in montibus Uxiorum et per L stadia 215 silvestribus ripis praeceps inter saxa devolvitur. 2 Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo praeterit, iam navium patiens. DC sunt stadia mollioris soli, per quod leni tractu aquarum Persico mari se insinuat. 3 Amne superato cum VIIII milibus peditum et Agrianis sagittariisque <...> Graecorum mercennariorum tribus milibus, additis mille Thracum, 220 in regionem Uxiorum pervenit. Finitima Susis est et in primam Persidem excurrit, artum inter se et Susianos aditum relinquens. 4 Medates erat regionis praefectus, haud sane temporum homo: quippe ultima pro fide experiri decreverat. 5 Sed periti locorum Alexandrum docent occultum iter esse per calles et aversum ab urbe: si paucos misisset leviter armatos, 225 super capita hostium evasuros. 6 Cum consilium placuisset, idem itinerum fuerunt duces. M et D mercede conducti et Agriani fere M Tauroni praefecto dati ac post solis occasum iter ingredi iussi. 7 Ipse, tertia vigilia

PBoMbBFLV

211 steti] **BoMb**: restiti **ω** inhibui] inbui **PF** *a. c.* **V** 212 Olympiadi] *Iunta*: olimpides **P**: olimpiadis **P**corr**Σ** 214 Tigrim] **ς**: tigrum **P**: tygrum **P**corr: tygim **BL**: tygrin **F**: tigim **V** 215 Pasitigrim] **ς**: fasim tigim **ω** incolae] -o- **L**corr *in ras.* Oritur in] orituri **P** *a. c.* 216 praeceps] praeces **P** devolvitur] **P**corr: divulvitur **P**: divolvitur **Σ** 217 clementiore] clemetiore **L** *a. c.* iam] **BoMb**: nam **ω** patiens] patens **B** DC] **BoMb**: DC **P**: CD **Σ** sunt] sun **L** *a. c.* 218 Persico] persicco **F** 219 sagittariisque] *Loccenius*: satrianisque **ω** 220 <...> *lac. iam animadv. editt., qui* et *(Zumpt) vel* atque *(Hedicke) inseruerunt; ego ampliorem eam esse suspicor, cum et numerum Agrianorum sagittariorumque desiderem* 220 mercennariorum] **ColSigBoMb**: marcennario **P**: marcennarios **P**corr: mercennarios **B**: mercennario **FLV** additis] abditis **P** *a. c.* mille] *om.* **P**corr**Σ** Thracum] trhacum **P** 221 Finitima] finitima* **P** in] m **P** 222 artum] arcum **P** *a. c.* inter] in*ter **L** Medates] *Vogel*: madates **ω** 223 regionis] regiones **L** *a. c.* haud] au **P**: hau **P**corr 224 decreverat] decrevarat **L** *a. c.* 225 esse] asse **L** *a. c.* 226 hostium] hostiam **L** *a. c.* evasuros] evasurus **P** *a. c.* itinerum] itinererum **L** *a. c.*: iterum **V** 227 duces] *om.* **F** *a. c.*: *extra lin. in* **V** M] *om.* **F** *a. c.* **L** *a. c.* **V** mercede] *vacat spat. post h. v. in* **B** M] *om.* **F** *a. c.* **L** *a. c.* **V** 228 Ipse] ipse ips **L** *a. c.* tertia] -i- **L** *corr. in ras.*

castris motis, circa lucis ortum superat angustias caesaque materia crati-
230 bus et pluteis faciundis, ut, qui turres admoverent, extra teli iactum essent,
urbem obsidere coepit. [8] Praerupta erant omnia saxis et cotibus inpedita.
Multis ergo vulneribus depulsi, ut quibus non cum hoste solum, sed
etiam cum loco dimicandum esset, subibant tamen, [9] quia rex inter
primos constiterat interrogans, tot urbium victores an erubescerent haerere
235 in obsidione castelli exigui et ignobilis, simul admonens <...>. Inter haec
eminus petebatur; quem testudine obiecta milites (ut decederet,
<per>pellere nequierant) tuebantur. [10] Tandem Tauron super arcem urbis xi
se cum suo agmine ostendit; ad cuius conspectum et hostium animi
labare et Macedones acrius proelium inire coeperunt. [11] Anceps oppidanos
240 malum urgebat nec sisti vis hostium poterat. Paucis ad moriendum,
pluribus ad fugam animus fuit, magna pars in arcem concessit. Inde xxx
oratoribus missis ad deprecandum, triste responsum a rege redditur, non
esse veniae locum. [12] Itaque, suppliciorum quoque metu perculsi, ad
Sisigambim, Darei matrem, occulto itinere ignotoque hostibus mittunt,
245 qui peterent, ut ipsa regem mitigaret, haud ignari parentis eam loco diligi
colique. Et Medates sororis eius filiam secum matrimonio iunxerat,
Dareum propinqua cognatione contingens. [13] Diu Sisigambis supplicum
precibus repugnavit, abnuens deprecationem pro illis [non] convenire
fortunae, in qua esset, adicitque metuere sese, ne victoris indulgentiam
250 fatigaret, saepiusque cogitare captivam esse se quam reginam fuisse. [14] Ad

PBoMbBFLV

230 ut ... essent] *del. Kraffert* 231 erant] erant **** **L** 232 solum] selum **V** 233 tamen] temen **L** *a. c.* inter primos] inter rimos **P** *a. c.*: interritus **ColSig**: inte primos **V** 234 constiterat] constituerat **P** *a. c.* 235 <...> *lac. a Zumptio agnitam ita expl. Hedicke*: <Tauronem mox auxilium esse laturum>: *ita Lucarini* <in tergis hostium mox suos apparituros> 236 eminus] geminus **V**: eminus *** **P** testudine] testu*dine **L** decederet] diceret **B** *a. c.*: recederet *Hedicke*: inde cederet **BoMb** 237 <per>pellere *Bruno* 239 acrius] crius **P** *a. c.* coeperunt] coe*p- **L** 240 urgebat] urgue- **P** vis] viis **P** *a. c.* **F** *a. c.* 245 loco] quoque **P** 246 Medates] mad- **P**^{corr} *(item l. 255)* sororis] soris **F** *a. c.* iunxerat] unxerat **P** *a. c.* 247 contingens ... precibus] *om.* **L** *a. c.* 248 [non] *om. Modius fort. ex* **ColSig** convenire] -i- **L**^{corr} *in ras.* 249 adi<e>citque **ς** *(-qu*e* **P***)* ne] nec **Σ** *(corr.* **B**^{corr}*)*

ultimum victa litteris Alexandrum ita deprecata est, ut ipsum excusaret,
quod deprecaretur: petere se, ut illis quoque, si minus, sibi ignosceret;
pro necessario ac propinquo suo, iam non hoste, sed supplice, tantum
vitam precari. [15] Moderationem clementiamque regis, quae tunc fuit, vel
una haec res possit ostendere: non Medati modo ignovit, sed omnes et 255
deditos et captivos [et] libertate atque inmunitate donavit, urbem reliquit
intactam, agros sine tributo colere permisit. A victore Dareo plura mater
non inpetrasset.

XII [16] Uxiorum dein gentem subactam Susianorum satrapae contribuit
divisisque cum Parmenione copiis illum campestri itinere procedere iubet, 260
ipse cum expedito agmine iugum montium c[o]epit, quorum perpetuum
dorsum in Persidem excurrit. [17] Omni hac regione vastata, tertio die
Persidem, quinto angustias, quas illi Susidas pylas vocant, intrat.
Ariobarzanes has cum xxv milibus peditum occupaverat, rupes undi-
que praeruptas et abscisas, in quarum cacuminibus extra teli iactum 265
barbari stabant de industria quieti et paventibus similes, donec in
artissimas fauces penetraret agmen. [18] Quod ubi contemptu sui pergere
vident, tum vero ingentis magnitudinis saxa per montium prona de-
volvunt, quae incussa saepius subiacentibus petris maiore vi incidebant
nec singulos modo, sed agmina proterebant. [19] Fundis quoque excussi 270
lapides et sagittae undique ingerebantur. Nec id miserrimum fortibus
viris erat, sed quod inulti, quod ferarum ritu veluti in fovea deprehensi

PBoMbBFLV

253 propinquo] -quo **L**^{corr} *in ras.* hoste] hostes **P** *a. c.* 254 clementiamque] clementi-am **B** *a. c.* 255 res possit] responsit **B** *a. c.* **LV** ostendere] -ret **P** *a. c.* 256 [et] *om.* **BoMb** libertate] liberate **P** inmunitate] inmutate **L** *a. c.* 257 agros] a-gro **B** *a. c.* colere] colore **V** permisit] -er- **L**^{corr} *in ras.* 259 Uxiorum] uxio**rum **L** 260 divisisque] divisitque **P** *a. c.* Parmenione] parmoenione **Σ** 261 c[o]e-pit **B**^{corr} 262 Persidem] *haesit Freinsheimius* 263 pylas] **O**: pilas **ω** 264 Ario-barzanes] ariobazanes **F** *a. c.* rupes undique praeruptas et abscisas] *Lucarini*: rupes et undique praeruptas abscisas **P**: rupes abscisas et undique praeruptas **P**^{corr}**V**: rupes et un-dique praeruptas et abscisas **BoMb**: rupes abscisas undique praeruptas **BL**: abscisas rupes undique praeruptas **F**: rupes praeruptas et undique abscisas *Kinch* 265 teli] te **L** *a. c.* 266 industria] -d- **L**^{corr} *in ras.* 267 fauces] *om.* **L** *a. c.* 268 per] pro **V** 269 in-cussa] **OBoMb**: sn **P**: incusse **P**^{corr}**Σ** incidebant] *Bruno*: incedebant **ω** *(*-bat **L** *a. c.)*

caederentur. [20] Ira igitur in rabiem versa, eminentia saxa conplexi, ut ad hostem pervenirent, alius alium levantes conabantur ascendere: ea ipsa
275 multorum simul manibus convolsa in eos, qui conmoverant, recidebant. [21] Nec stare ergo poterant nec niti, ne testudine quidem protegi, cum tantae molis onera propellerent barbari. Regem non dolor modo sed etiam pudor temere in illas angustias coniecti exercitus angebat. [22] Invictus ante eam diem fuerat, nihil frustra ausus: inpune Ciliciae fauces in-
280 traverat, mare quoque novum in Pamphyliam iter aperu[en]erat; tunc haesitabat deprehensa felicitas, [23] nec aliud remedium erat quam reverti, qua venerat. Itaque, signo receptui dato, densatis ordinibus scutisque super capita consertis, retro evadere ex angustiis iubet. xxx fuere stadia,
284 quae remensi sunt.

286 **IV** Tum castris undique aperto loco positis, non consultare modo, quid agendum esset, sed vates quoque adhibere coepit a superstitione animi. [2] Sed quid tunc praedicere Aristander, cui [tum] plurimum credebat ex vatibus, poterat? Itaque, damnatis intempestivis sacrificiis, peritos loco-
290 rum convocari iubet: per Mediam iter ostendebant tutum apertumque. [3] Sed rex deserere milites insepultos erubescebat ita[que] tradito more, ut vix ullum militiae tam sollemne esset munus quam humandi suos. Captivos ergo, quos nuper exceperat, vocari iubet. [4] Inter quos erat quidam Graecae Persicaeque linguae peritus, qui frustra eum in Persidem xiii

PBoMbBFLV

273 eminentia] minentia **L** *a. c.* **V** conplexi] conpleti **V** 275 simul] *om.* **F** *a. c.* convolsa] convulsa **Σ** 276 niti] *niti **L** 277 molis] moles **P** *a. c.* onera] hon- **P** 278 coniecti] *Bruno*: eiecti **ω** *(*eicti **L** *a. c.)* 280Pamphyliam] pamphiliam **Σ** aperu[en]erat **B**[corr] 283 angustiis] angusti*is **P**: angustus **F** *a. c., ut vid.* stadia] stadi*a **L** remensi] remansi **P** *a. c.* 286 loco] -co **L**[corr] *in ras.* consultare] culsare **V** *a. c.* 288 tunc] *Vindelinus*: tum **ω** praedicere] praedice **L** *a. c.* cui [tum] *Zumpt*: cumitum **Σ** *(in* **BL** *deinde corr.)* 289 peritos] -o- **L**[corr] *in ras.* 290 convocari iubet] iubet convocari **F** Mediam] **L**: medium *rell*: per <... ad> Mediam *Atkinson (vel ...* Medum *Badian)* 291 deserere] deferre **P** *a. c.* ita[que] **ς** 292 sollemne] solemne **P** humandi] humandis **P** *a. c.* 293 ergo] ergo ** **L** quidam] quidem **L** *a. c.* 294 peritus] peritis **P** *a. c.* frustra] frusta **L** *a. c.*

montium dorso exercitum ducere adfirmat, silvestres esse calles vix singulis pervios, omnia contegi frondibus inplexosque arborum ramos silvas committere. [5] Namque Persis ab altero latere perpetuis montium iugis clauditur. Hoc dorsum, quod in longitudinem MDC, in latitudinem CLXX stadia procurrit, a Caucaso monte ad Rubrum mare pertinet, quaque defecit mons, aliud munimentum, fretum, obiectum est. [6] Planities deinde sub radicibus montium spatiosa procumbit, fertilis terra multisque vicis atque urbibus frequens. [7] Araxes amnis per hos campos multorum aquas torrentium evolvit in Medum; Medus [ad mare] ad meridiem versus minor amnis eo, quem accepit, evehitur, [8] gignendaeque herbae non alius est aptior, quidquid adluit, floribus vestiens. Platani quoque et populi contegunt ripas, ita ut procul visentibus continuata videantur montibus nemora riparum. Quippe obumbratus amnis presso in solum alveo delabitur, inminentque colles, ipsi quoque frondibus laeti, radices eorum humore subeunte. [9] Regio non alia tota Asia salubrior habetur: temperat caelum hinc perpetuum iugum opacum et umbrosum, quod aestus levat, illinc mare adiunctum, quod modico tepore terras fovet. [10] His captivus expositis, interrogatus a rege, auditune an oculis conperta haberet quae diceret, pastorem se fuisse et omnes eas calles percurrisse respondit; bis captum, semel a Persis in Lycia, iterum ab ipso. [11] Subit animum regis memoria oraculo editae sortis: quippe consulenti responsum erat ducem

295 300 305 310 XIV 315

PBoMbBFLV

298 Hoc dorsum] *huc transp. Vogel, post* procurrit **ω** longitudinem] longitudine **BV**: longitudune **F** MDC] $\overline{\text{MDC}}$ **BL**^corr: $\overline{\text{DC}}$ **FLV** latitudinem] altitudinem **P** *a. c.* **FV** 300 munimentum] monimentum **P** *a. c.* fretum] fetum **L** *a. c.* Planities] -a- **L**^corr *in ras.* 301 sub] sub ****** **L** spatiosa] -se **L** *a. c.* 303 aquas] *om.* **B** *a. c.* Medum] medium **OBoMbF** *a. c.* [ad mare] *del. Vogel* ad] *del.* **ς** 304 gignendaeque ... aptior] *post* vestiens *transp. Eussner* alius] alus **V** *a. c.* 305 aptior] abcio **P**: abcior **P**^corr Platani] plantani **P** *a. c.* 307 alveo] *Vindelinus*: amne **ω** delabitur] *Bentleius*: dilabitur **ω** (-a- **L**^corr *in ras.*): labitur *Müller, numerosius* 308 inminentque] inminenque **L** *a. c.* frondibus] **frondibus **L** 309 Regio non alia] Non alia regio *coni. Lucarini* tota] *om.* **F** *a. c.* temperat] te- *non disp. in* **L** 310 aestus] aest*us **L** 311 tepore] tempore **PBoMbL** *a. c.* **V** *a. c.* 313 eas] eos **P**^corr**BoMbB**^corr calles] colles **P** *a. c.* percurrisse] percurresse **P** *a. c.* respondit] -d- **L**^corr *in ras.* 314 semel] simul **L** *a. c.* Lycia] licia **Σ** regis memoria] **ς**: memoria regis **ω** 315 oraculo] oracula **L** *a. c.* con-

in Persidem ferentis viae Lycium civem fore. [12] Igitur promissis, quanta et praesens necessitas exigebat et ipsius fortuna capiebat, oneratum armari iubet Macedonum more et, quod bene verteret, monstrare[t] iter quamvis arduum et praeceps: evasurum se esse cum paucis, nisi forte crederet,
320 qua ipse pecoris causa isset, Alexandrum pro gloria et perpetua laude ire non posse. [13] Etiam atque etiam docere captivus, quam difficile iter esset, maxime armatis. Tum rex: «Praedem» inquit «me accipe neminem eorum, qui secuntur, recusaturum ire, qua duces.»

[14] Cratero igitur ad custodiam castrorum relicto cum peditibus, quis
325 adsueverat, et iis copiis, quas Meleager ducebat, et sagittariis equitibus M praecipit, ut, castrorum specie manente, plures de industria ignes fieri imperet, quo magis barbari credant ipsum regem in castris esse. [15] Ceterum, si forte Ariobarzanes cognovisset <se> per callium anfractus intrare et ad occupandum iter suum partem copiarum temptasset opponere,
330 Craterus eum inlato terrore retineret, ad propius periculum conversurum agmen; [16] sin autem ipse hostem fefellisset et saltum occupasset, cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset [persequentium regem], id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret ingredi: quippe vacuum fore, hostibus in semet aversis. [17] Ipse tertia vigilia silenti agmi- XV
335 ne ac ne tuba quidem dato signo pergit ad demonstratum iter callium;

PBoMbBFLV

sulenti] **B**corr: resulenti **ω**

316 Lycium] licium **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 317 et ipsius] *om.* **L** *a. c.* capiebat] cupiebat **F** *a. c.* oneratum] *Vindelinus*: honoratum **ω** *(-a-* **L**corr *in ras.)* armari] ama- **F** *a. c.* 318 monstrare[t] *Freinsheimius* 319 arduum] ardium **L** *a. c.* evasurum] evasarum **B** *a. c.*: evasurum* **L** 320 qua] quia **F** 321 atque etiam] *om.* **L** *a. c.* 322 armatis] ama- **L** *a. c.* accipe] -e **F**corr *in ras.* 323 secuntur] sequu- **B** 325 equitibus] equi**t- **F**: equitibus<que> *Mützell* M] CX **BF**: ***CX **L**: $\overline{\text{CX}}$ **V** 326 praecipit] praecepit **Σ** 327 magis] mgis **L** *a. c.* credant] credent **L** *a. c.* 328 Ariobarzanes] ariobaz- **P** <se> *add. Lucarini (post* anfractus *Vogel, post* intrare *Hedicke)* anfractus] inf- **L** *a. c.* intrare] intrari *Eussner* 329 occupandum] cup- **L** *a. c.* iter] inter **F** 330 propius] proprius **V** conversurum] conversum **P**corr**B** 332 [persequentium regem] *del. Modius*: persequens tum regem *Jeep*: prospicientium regem *Kinch* 333 id] it **V** iter] ite **L** *a. c.* 335 demonstratum] demonstrantum **L** *a. c.* **V**

tridui alimenta portare militem iusserat leviter armatum. [18] Sed praeter
invias rupes ac praerupta saxa vestigium subinde fallentia nix cumulata
vento ingredientis fatigabat: quippe velut in foveas delati hauriebantur
et, cum a commilitonibus adlevarentur, trahebant magis adiuvantes quam
sequebantur. [19] Nox quoque et ignota regio ac dux (incertum, an satis 340
fidus) multiplicabant metum: si custodes fefellisse[n]t, quasi feras bestias
ipsos posse deprehendi. Ex unius captivi vel fide vel anima pendere et
regis salutem et suam. [20] Tandem venere in iugum. A dextra iter ad ipsum
Ariobarzanen erat. Hic Philotam et Coenon cum Amynta et Polyper-
conte expeditam habentes manum relinquit monitos, ut, quia eques pe- 345
diti erat mixtus, qua pinguissimum esset solum et pabuli fertile, sensim
procederent; duces erant itineris de captivis dati. [21] Ipse cum armigeris
et ala, quam agema appellabant, ardua semita, sed longius a stationibus
hostium remota, multa cum vexatione processit. [22] Medius erat dies et
fatigatis necessaria quies: quippe tantundem itineris supererat, quantum 350
emensi erant, sed minus praecipitis atque ardui. [23] Itaque refectis cibo
somnoque militibus secunda vigilia surgit. Et cetera quidem haud aegre
praeterit; ceterum, qua se montium iugum paulatim ad planiora demittit,
ingens vorago concursu cavata torrentium iter ruperat. [24] Ad hoc arborum
rami alius alio inplicati et cohaerentes ut perpetuam obiecerant saepem. 355
Desperatio igitur ingens, adeo ut vix lacrimis abstinerent, incesserat.
[25] Praecipue obscuritas terrori erat: nam etiam si qua sidera internite-
bant, continenti fronde tectae arbores conspicere prohibebant. Ne aurium

PBoMbBFLV

338 ingredientis] -tes **P**^{corr}**OBoMb** 339 commilitonibus] commlito- **L** *a. c.* 340 ac] ad **P** *a. c.*: *om.* **Mb** *spatio relicto* 341 fefellise[n]t *Sebisius* (-se*nt **L**) 342 anima] animo **P**^{corr}**Σ** 343 iter] hiter **V** 344 Ariobarzanen] oriobarzanen **P** *a. c.*: ario-barzan **F** *a. c.* Amynta] aminta **Σ** Polyperconte] polip- **Σ** 345 quia eques] **BoMb**: quiet es **P**: quia et eques **P**^{corr}**BFL**^{corr}**V**: quia et eque **L** 346 erat] iret *Jeep* qua] **ColSigMb**: quam **PBoFLV**: et quam **P**^{corr}**BF**^{corr}**L**^{corr} pinguissimum] pingue visum *Novák* esset] esse **B** *a. c.* 348 appellabant] appellabat **V** 350 fatigatis] *alterum* -i- **L**^{corr} *in ras.* supererat] supeerat **L** *a. c.* 351 emensi erant] emiserant **P** *a. c.*: emense-rant **F**: amen sierant **L** *a. c.* 352 haud]aud **P** *a. c.* aegre] g*re **P** *(fort. fuit* gere*)* 354 concursu] -so **L** *a. c.* cavata] vacata **F** *a. c.* 356 abstinerent] -ren*t **L** 358 con-tinenti] continendi **P** *a. c.* fronde] **P**^{corr}**B**^{corr}: fronte **ω**

quidem usus supererat, silvas quatiente vento, qui concurrentibus ramis
360 maiorem quam pro flatu sonum edeba[n]t. [26] Tandem expectata lux
omnia, quae terribiliora nox fecerat, minuit: circumiri brevi spatio poterat
eluvies, et sibi quisque dux itineris coeperat fieri. [27] Evadunt ergo in XVI
editum verticem; ex quo hostium statione conspecta strenue armati a
tergo se ostendunt nihil tale metuentibus. Quorum pauci, qui congredi
365 ausi erant, caesi sunt. [28] Itaque hinc morientium gemitus, hinc ad suos
recurrentium miserabilis facies integros quoque, antequam discrimen
experirentur, in fugam avertit. [29] Fremitu deinde in castra, quis Craterus
praesidebat, inlato ad occupandas angustias, in quibus pridie haeserant,
miles educitur. [30] Simul et Philotas cum Polyperconte Amyntaque et
370 Coeno, diversum iter ingredi iussus, alium terrorem intulit barbaris.
[31]Undique ergo Macedonum armis fulgentibus, ancipiti malo oppressi,
memorabile tamen proelium edunt. Ut opinor, ignaviam quoque necessitas acuit et saepe desperatio spei causa est. [32] Nudi conplectebantur
armatos et ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes ipsorum
375 telis plerosque fodiebant. [33] Ariobarzanes tamen XL ferme equitibus et V
milibus peditum stipatus per mediam aciem Macedonum cum multo
suorum atque hostium sanguine erupit, Persepolim urbem, caput regionis,
occupare festinans. [34] Sed a custodibus urbis exclusus, consecutis strenue
hostibus, cum omnibus fugae comitibus renovato proelio cecidit. Craterus
380 quoque raptim agmine acto supervenit.

PBoMbBFLV

359 quidem] quid **L** *a. c.* 360 edeba[n]t *Vindelinus* 361 brevi] previ **L** *a. c.* poterat] porterat **P** 362 fieri] fiei **L** *a. c.* Evadunt] eudunt **P** *a. c.* 363 verticem] virti- **P** *a. c.* ex] ex* **L** 366 miserabilis] mirabilis**F** *a. c.* facies] facis **V** integros] intreoos **P** *a. c.* 367 deinde] dende **B** *a. c.* 368 pridie] pidie **L** *a. c.* haeserant] hae*se**rant **L** 369 miles] milles **P** Polyperconte] **ς**: polyperchonte **P**: poliperconte **Σ** *(*-e **L**corr *in ras.)* Amyntaque] amin- **Σ** 370 Coeno] coen*o **L** *(ceterum* c- **L**corr *in ras.)* intulit] intulit* **L** 371 Undique] undi*que **L** oppressi] opprensi **L** *a. c.* 373 acuit] accuit **V** *a. c.* desperatio] diesperatio **P** *a. c.* 375 et] *om.* **F** *a. c.* 376 peditum] *om.* **P** *a. c.* stipatus] -u- **V**corr *in ras.* aciem] aci*em **L** 377 atque] ad- **PV**:itaque **F** 378 urbis] -s **F**corr *in ras.* consecutis] consecutus **P** strenue] extrenue **F** *a. c.* 379 comitibus] *primum* -i- **L**corr *in ras.* 380 agmine] acm- **V**

XVII V Rex eodem loco, quo hostium copias fuderat, castra communit. Quamquam enim undique fugati hostes victoriam concesserant, tamen praealtae praecipitesque fossae pluribus locis obiectae abruperant iter, sensimque et caute progrediundum erat iam non hostium, sed locorum fraude suspecta. 2 Procedenti ei litterae redduntur a Tiridate, custode pecuniae regiae, indicantes eos, qui in urbe essent, audito eius adventu, diripere velle thesauros: properaret occupare thesauros dimissos; expeditum iter esse, quamquam Araxes amnis interfluat. 3 Nullam virtutem regis i<u>stius quam celeritatem laudaverim: relictis pedestribus copiis, tota nocte <vectus> cum equitibus itineris tanto spatio fatigatis ad Araxen prima luce pervenit. 4 Vici erant in propinquo; quibus dirutis, pontem ex materia eorum subditis saxis strenue induxit.

5 Iamque haud procul urbe[m] erant, cum miserabile agmen, inter pauca fortunae exempla memorandum, regi occurrit. Captivi erant Graeci ad IIII milia fere, quos Persae vario suppliciorum modo adfecerant. 6 Alios pedibus, quosdam manibus auribusque amputatis inustisque barbararum litterarum notis in longum sui ludibrium reservaverant; et, cum se quoque alienae dicionis esse cernerent, volentes regi occurrere non prohibuerant. 7 Invisitata simulacra, non homines videbantur, nec quicquam in illis praeter vocem poterat agnosci. Plures igitur lacrimas commovere, quam profuderant ipsi: quippe in tam multiplici variaque fortuna singulorum intuentibus similes quidem, sed tamen dispares

PBoMbBFLV

382 fuderat] fuderet **P** *a. c.* 383 Quamquam] quaquam **P**: quanquam **P**^{corr} undique] -n- **L**^{corr} *in ras.* concesserant] concesserat **F** *a. c.*: conconcesserant **V** 385 progrediundum] praegrediundum **P**: pgrediendum **F** *(in* -diu- *corr.)* locorum] locarum **L** *a. c.* *(* -u- **L**^{corr} *in ras.)* 386 suspecta] supercta **L** *a. c.* Tiridate] tyr- **BFV** 387 indicantes] indec- **P** *a. c.* urbe] urbet **L** *a. c. (ceterum de Persepoli agitur)* 389 quamquam] quaquam **P** *a. c.* 390 i<u>stius *Jeep* 391 <vectus> *add. Vogel* 392 Vici] -ci **L**^{corr} *in ras.* 393 saxis] saxi **V** *a. c.* 394 haud] *om.* **F** *a. c.* urbe[m] *Laetus* miserabile] miserabili **P** *a. c.*: mirabile **F** *a. c.* 396 milia fere] fere **F** *a. c.*: fere milia *Modius* suppliciorum] *primum* -p- **L**^{corr} *in ras.* 397 inustisque] inustis **V** 398 barbararum litterarum] barbarum litterum **P** *a. c.* longum] longuum **P** 399 dicionis] dictionis **B** *a. c.* **F** *a. c.* 400 prohibuerant] prohiberant **P** *a. c.*

poenas, quis maxime miserabilis esset, liquere non poterat. 8 Ut vero
405 Iovem illi tandem, Graeciae ultorem, aperuisse oculos conclamavere,
[omnes pari supplicio adfecti sibi videbantur] rex, abstersis, quas
profuderat, lacrimis, bonum habere animum iubet, visuros urbes suas
coniugesque et castra in<de> duo ab urbe stadia communit. 9 Graeci ex- XVIII
cesserant vallo deliberaturi, quid potissimum a rege peterent; cumque
410 aliis sedem in Asia rogare, aliis reverti domos placeret, Euctemon
Cym<a>eus ita locutus ad eos fertur: 10 «Ii, qui modo etiam ad opem
petendam ex tenebris et carcere procedere erubuimus, ut nunc est,
supplicia nostra (quorum nos pudeat magis an paeniteat, incertum est)
ostentare Graeciae velut laetum spectaculum cupimus. 11 Atqui optime
415 miserias ferunt, qui abscondunt, nec ulla tam familiaris est infelicibus
patria quam solitudo et status prioris oblivio. Nam qui multum in suorum
misericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lacrimae inarescant. 12 Ne-
mo fideliter diligit, quem fastidit: nam et calamitas querula est et superba
felicitas. Ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena
420 deliberat. Nisi mutuo miseri essemus, olim alius alii potuissemus esse
fastidio. Quid? Mirum est fortunatos semper parem quaerere? 13 Ob-
secro vos, olim vita defuncti quaeramus locum, in quo haec semesa ob-
ruamus. Grati prorsus coniugibus, quas iuvenes duximus, revertemur!
Liberi in flore et aetatis et rerum agnoscent patres ergastuli detrimenta!
425 14 Et quota pars nostrum tot obire terras potest? Procul Europa in ultima
Orientis relegati, senes, debiles, maiore membrorum parte mulcati tolera-

PBoMbBFLV

404 miserabilis] mirabilis **F** *a. c.* 405 aperuisse] apper- **P**: appar- **F** *a. c.* conclamavere] clamavere **V** 406 [omnes ... videbantur] *del. Mützell (ceterum* omnis **P** *a. c.)*: sibi *om.* **Bo** 408 in<de> *edd. vett.*: ibi *Hedicke* 409 rege peterent] rge peterant **L** *a. c.* 410 reverti] reveti **B** *a. c.* 411 Cym<a>eus *Aldus* 412 ut nunc est] itane *Heumannus* 413 an] a- **L**[corr] *in ras.* 414 Atqui] ad- **PL** optime] obt- **V** 415 abscondunt] obs- **L** *a. c.* ulla] ull **L** *a. c.* 418 quem] quam **P** 421 est] et *Bentleius* 422 vos] -o- **L** *corr. in ras.* semesa] semensa **P** *a. c.* 423 Grati ... Liberi] *om.* **P** *a. c.* prorsus] prorssus **P**[corr] 424 patres] *Acidalius*: fratres **ω** 425 pars] p **V** nostrum] *Müller*: nostri **ω** *(*nostra **F** *a. c.)* Europa] eurapa **B** *a. c.* 426 relegati] relig- **PBoF** *a. c.* membrorum] menb- **PV** mulcati] *Halm*: multati **ω**

bimus scilicet, quae armatos et victores fatigarunt! [15] Coniuges deinde,
quas captis fors et necessitas unicum solacium adplicuit, parvosque li-
beros trahimus nobiscum an relinquimus? [16] Cum his venientes nemo
agnoscere volet: relinquemus ergo extemplo praesentia pignora, cum 430
XIX incertum sit, an visuri simus illa, quae petimus? Inter hos latendum est,
qui nos miseros nosse coeperunt.» Haec Euctemon. [17] Contra Theae-
tetus Atheniensis orsus est dicere: neminem pium habitu corporis suos
aestimaturum, utique saevitia hostis, non natura calamitosos. Dignum
esse omni malo, qui erubescere<t> fortuito: tristem enim de mortalita- 435
te ferre sententiam et desperare misericordiam, quia ipse alteri de-
negaturus sit. [18] Deos, quod ipsi numquam optare ausi forent, offerre:
patriam, coniuges, liberos et quidquid homines vel vita aestimant vel
morte redimunt. [19] Quin illi ex hoc carcere erumperent? Alium domi
esse caeli haustum, alium lucis aspectum. Mores, sacra, linguae com- 440
mercium etiam a barbaris expeti; quae ingenita ipsi omissuri sint sua
sponte, non ob aliud tam calamitosi, quam quod illis carere coacti es-
sent. [20] Se certe rediturum ad penates et in patriam tantoque beneficio
regis usurum: si quos contubernii liberorumque, quos servitus coegisset
agnoscere, amor detineret, relinquere<n>t, quibus nihil patria carius est. 445
[21] Pauci huius sententiae fuere, ceteros consuetudo natura potior vicit.
Consenserunt petendum esse a rege, ut aliquam ipsis attribueret sedem.

PBoMbBFLV

427 armatos] armato **B** *a. c.* fatigarunt] fatigaverunt *Wagener* 429 relinquimus] reliq- **F** 430 extemplo] *om.* **P** *a. c.* **ColSigBoMb**: templo **V** praesentia] *Acidalius*: praesentium **ω** 434 aestimaturum] aestimarum **V** *a. c.* saevitia] saeutia **V** *a. c.* 435 erubescere<t> **Bo** fortuito] fortuite **B** 436 quia ipse] quia pse **L** *a. c.*: qui eam ipse *Cornelissen* 437 optare] obt- **V** offerre] of- **P**^{corr} *in ras.* 438 vita] vitam **V** 439 redimunt] redimant **V** *a. c.* illi] ilico *Cornelissen* 440 haustum] au- **P** *a. c.* Mores] morum **V**: Mores <patrios> *Meiser* linguae] -u- **L**^{corr} *in ras.* 441 a] *om.* **L** *a. c.* ingenita] *Freinsheimius*: ingentia **ω** omissuri] obm- **Σ** sint] *Bruno*: sunt **ω** 442 carere] carcere **L** *a. c.* coacti] quoacti **L** 443 penates] poen- **P** 444 usurum] usuram **L** *a. c.* 445 relinquere<n>t **P**^{corr}**B**^{corr} 446 est] es<se>t *Zumpt*: *del. Müller* ceteros] cetero **L** *a. c.* natura] nut- **P** potior] pacior **V** 447 attribueret] adtriburet **P** *a. c.*

[22] c ad hoc electi sunt. Quos Alexander ratus, quod ipse praestare cogitabat, petituros: «Iumenta» inquit «adsignari, quae vos veherent, et
450 singulis vestrum milia denarium dari iussi. Cum redieritis in Graeciam, praestabo, ne qui statum suum, si haec calamitas absit, vestro credat esse meliorem.» [23] Illi, obortis lacrimis, terram intuebantur nec aut erigere vultus aut loqui audebant; tandem, rege tristitiae causam exigente, Euctemon similia iis, quae in consilio dixerat, respondit. [24] Atque ille
455 non fortunae solum eorum, sed etiam paenitentiae miseretur: terna milia denariorum singulis dari iussit; denae vestes adiectae sunt et armenta cum pecoribus ac frumento data, ut coli serique attributus iis ager posset.

VI Postero die convocatos duces copiarum docet nullam infestiorem xx
460 urbem Graecis esse quam regiam veterum Persidis regum: hinc illa inmensa agmina infusa, hinc Dareum prius, dein Xerxem Europae inpium intulisse bellum: excidio illius parentandum esse maioribus. [2] Iamque barbari deserto oppido, qua quemque metus agebat, diffugerant, cum rex phalangem, nihil cunctatus, inducit. Multas urbes refertas
465 opulentia regia partim expugnaverat, partim in fidem acceperat, sed urbis huius divitiae vicere praeterita. [3] In hanc totius Persidis opes congesserant barbari: aurum argentumque cumulatum erat, vestis ingens modus, supellex non ad usum, sed ad ostentationem luxus conparata. [4] Itaque inter ipsos victores ferro dimicabatur: pro hoste erat, qui pretiosiorem

PBoMbBFLV

448 c] c̄ **FL** *a. c.* **V** electi] **OMb codices quidam Modii**: adlecti **ω**: lecti *Watt* ratus] raptus **V** 449 cogitabat] cagitabat **P** adsignari] adsignare **V** quae] *om.* **L** *a. c.* 450 dari iussi] **P**^{corr}**BF**^{corr}**L**^{corr}**V**^{corr}: dariusis **P**: darius si **F L V** 451 qui] quis **B**^{corr} 452 obortis] obho- **PFV** aut] haud **P**: aud **P**^{corr} 453 aut] haud **P**: aud **P**^{corr} 454 Euctemon] euctenon **F** dixerat] diexerat **P** Atque] ad- **PL** ille] ille <dum> *Walter* 455 miseretur] miseritus *Hedicke* terna] ter***na **P** 456 iussit] ussit **P** *a. c.* 460 hinc] h*inc **L** 461 agmina] acmina **V** Xerxem] **ς**: xersem **ω** Europae] europoe **P** 462 illius] illus **L** *a. c.*: illiis **V** maioribus] *alterum* -i- **L**^{corr} *in ras.* 464 rex] ex **P** *a. c.* 466 huius] huus **V** Persidis] persides **P** *a. c.* congesserant] concesserant **PFV** 468 supellex] **P**^{corr}**B**^{corr}: supplex **P**: suppellex **Σ** ostentationem] sustentionem **P** *a. c.*

occupaverat praedam. Et cum omnia, quae reperiebant, capere non 470
possent, iam res non occupabantur, sed aestimabantur. [5] Lacerabant regias
vestes ad se quisque partem trahentes, dolabris pretiosae artis vasa caede-
bant, nihil neque intactum erat neque integrum ferebatur, abrupta simu-
lacrorum membra, ut quisque avellerat, trahebat. [6] Neque avaritia solum,
sed etiam crudelitas in capta urbe grassata est: auro argentoque onusti 475
vilia captivorum corpora trucidabant, passimque obvii caedebantur, quos
antea pretium sui miserabilis fecerat. [7] Multi ergo hostium manus vo-
luntaria morte occupaverunt, pretiosissima vestium induti e muris semet-
ipsos cum coniugibus ac liberis in praeceps iacientes. Quidam ignes, quod
paulo post facturus hostis videbatur, subiecerant aedibus, ut cum suis vi- 480
vi cremarentur. [8] Tandem suos rex corporibus et cultu feminarum abstine-
re iussit. Ingens captivae pecuniae modus traditur, prope ut fidem exce-
dat. [9] Ceterum aut de aliis quoque dubitabimus aut credemus in huius
urbis gaza fuisse c et xx milia talentum. Ad quae vehenda (namque ad
usus belli secum portare decreverat) iumenta et camelos et a Susis et a 485
Babylone contrahi iussit. [10] Accessere ad hanc pecuniae summam captis
Parsagadis sex milia talentum. Cyrus Parsagada[m] urbem condiderat,
XXI quam Alexandro praefectus eius Gobares tradidit. [11] Rex arcem Persepolis,
tribus milibus Macedonum praesidio relictis, Nicarchiden tueri iubet.

PBoMbBFLV

470 reperiebant] *Novák (de h. v. iam cogit. Zumpt)*: recipiebant **ω** *(*-bat **L** *a. c.)*: rapiebant *Jeep*   471 sed aestimabantur] *om.* **P** *a. c.*: ses aest. **F**   472 quisque] *Vindelinus*: quemque **ω**   trahentes] trahe- **L**   pretiosae] protiosae **B** *a. c.*   473 abrupta] adnupta **P** *a. c.*   474 membra] menb- **PLV**   avellerat] **P**corr: -ret **PColSigBo**: advell- **BLV**: atvellerat **F**   trahebat] trae- **L**   475 crudelitas] -ta **L** *a. c.*   476 caedebantur] coed- **P**   477 antea] ante **Σ**   fecerat] -rant **F** *a. c.*   Multi] multi** **L**   manus voluntaria] manu voluntariam *Modius*   478 pretiosissima] -mas *Castiglioni coll. 5.9.1*   induti] induci **P** *a. c.*   muris] muis **P** *a. c.*:-i- **L**corr *in ras.*   479 iacientes] iacientes *** **L**   480 post] potest **P** *a. c.*   subiecerant] -rat **V**   481 suos] *Acidalius*: suis **ω**   483 aut de] aude **P**   dubitabimus] *Acidalius*: dubitavimus **ω**   credemus] *Acidalius*: credimus **ω**   484 c et xx milia talentum] *Acidalius*: c et xx talenta **ω**   Ad quae] atque **P** *a. c.* **B** *a. c.* **F**   487 Parsagadis] persagadis **Σ**   Parsagada[m] *Freinsheimius (*pers- **BoMbV***)*: *del. Vogel*   condiderat] -at **L**corr *in ras.*   488 Gobares] *Bruno*: globaris **ω**   489 Nicarchiden] *Zumpt*: nicarthiden **P**: nichartiden **Σ**   iubet]

490 Tiridati quoque, qui gazam tradiderat, servatus est honos, quem apud Dareum habuerat.

Magnaque exercitus parte et inpedimentis ibi relictis, Parmeniona Craterumque praefecit. [12] Ipse cum mille equitibus peditumque expedita manu interiorem Persidis regionem sub ipsum Vergiliarum sidus petiit 495 multisque imbribus et prope intolerabili tempestate vexatus procedere tamen, quo intenderat, perseveravit. [13] Ventum erat ad iter perpetuis obsitum nivibus, quas frigoris vis gelu adstrinxerat, locorumque squalor et solitudines inviae fatigatum militem terrebant, humanarum rerum terminos se videre credentem. Omnia vasta atque sine ullo humani cultus 500 vestigio attoniti intuebantur et, antequam lux quoque et caelum ipsos deficerent, reverti iubebant. [14] Rex castigare territos supersedit, ceterum ipse equo desiluit pedesque per nives et concretam glaciem ingredi coepit. Erubuerunt non sequi primum amici, deinde copiarum duces, ad ultimum milites. Primusque rex dolabra glaciem perfringens iter sibi fecit; 505 exemplum regis ceteri imitati sunt. [15] Tandem, propemodum invias silvas emensi, humani cultus rara vestigia et passim errantes pecorum greges repperere. Et incolae, qui sparsis tuguriis habitabant, cum se callibus inviis saeptos esse credidissent, ut conspexere hostium agmen, interfectis qui comitari fugientes non poterant, devios montes et nivibus obsitos 510 petiverunt. [16] Inde, per colloquia captivorum paulatim feritate mitigata tradidere se regi, nec in deditos gravius consultum. [17] Vastatis inde agris

PBoMbBFLV

post h. v. lac. indic. Vogel

490 Tiridati] **L**: tyr- *rell.* qui] -i **L**corr *in ras.* honos] -nus **P** *a. c.*: onos **L** 491 Dareum] **B**: darium *rell.* 492 et] et* **F** inpedimentis] inpeditis **L** *a. c.* Parmeniona] **M**: perm- **ω** 493 Craterumque] cratarumque **P** 494 Vergiliarum] vigili- **P** *a. c.* sidus] occasum *Eussner, Castiglioni, sed cf. fort. Stat. silv. 1.3.95* 495 intolerabili] -li* **L** 496 ad] a*d **L** 497 gelu] gelua **L** *a. c.* squalor] sqalor **V** *a. c.* 498 et] red **B** *a. c.* humanarum] humarum **L** *a. c.* 499 atque] *Laetus*: quae **ω** 501 iubebant] iugebant **V** 502 pedesque] pe**desque **L** 503 Erubuerunt] -erat **L** *a. c.* 504 milites] *in* **B** *additum extra lineam* 505 imitati] mitati **L** *a. c.* 507 repperere] -ret **L** *a. c.* 508 agmen] a**g- **L** interfectis] *alterum* -e- **L**corr *in ras.* 509 nivibus] nubibus **PColSigV** 511 Vastatis] vastitatis **P** *a. c.*: vastis **Mb** : v- *non bene disp. in* **B**

Persidis vicisque conpluribus redactis in potestatem, ventum est in Mardorum gentem bellicosam et multum a ceteris Persis cultu vitae abhorrentem. Specus in montibus fodiunt, in quos seque ac coniuges et liberos condunt; pecorum aut ferarum carne vescuntur. [18] Ne feminis quidem pro naturae habitu molliora ingenia sunt: comae prominent hirtae, vestis super genua est, funda vinciunt frontem: hoc et ornamentum capitis et telum est. [19] Sed hanc quoque gentem idem fortunae impetus domuit. Itaque tricesimo die, postquam a Persepoli profectus erat, eodem redit. [20] Dona deinde amicis ceterisque pro cuiusque merito dedit: propemodum omnia, quae in ea urbe c[o]eperat, distributa.

XXII **VII** Ceterum ingentia animi bona, illam indolem, qua omnes reges antecessit, illam in subeundis periculis constantiam, in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, in deditos fidem, in captivos clementiam, in voluptatibus permissis quoque et usitatis temperantiam, haud tolerabili vini cupiditate foedavit. [2] Hoste et aemulo regni reparante cum maxime bellum, nuper subactis, quos vicerat, novumque imperium aspernantibus de die inibat convivia, quibus feminae intererant, non quidem quas violari nefas esset, quippe pelices licentius, quam decebat, cum armato vivere adsuetae. [3] Ex his una, Thais, et ipsa temulenta, maximam apud omnes Graecos initurum gratiam adfirmat, si regiam Persarum iussisset incendi: expectare hoc eos, quorum urbes barbari delessent. [4] Ebrio scorto de tanta re ferente sententiam unus <et> alter, et ipsi mero onerati, adsentiuntur. Rex quoque, avidior vini quam patientior: «Quin igitur ulciscimur Graeciam et urbi faces subdimus?» [5] Omnes incaluerant me-

PBoMbBFLV

514 ac coniuges et] et coniuges ac *Schmidt* 516 naturae] nut- **P** *a. c.* ingenia] -g- **L**[corr] *in ras.* 517 hirtae] **ς**: hyr- **ω** genua] gena **L** *a. c.* 519 Persepoli] **M**: persipoli **ω** *(*-po***li **L***)* 521 omnia] omni **L** *a. c.* c[o]eperat **OMb** 523 ingentia] ingenita *Cornelissen* 527 foedavit] fed- **Σ** 529 non quidem ... pelices] *del. Cornelissen*: non q. q. v. n. esset (quippe pelices), licentius <tamen> q. c. a. *expect. Lucarini* 530 licentius] linc- **V** decebat] decedebat **V** *a. c.* 534 <et> *add.* **O** onerati] ho- **P** 535 vini] *Cornelissen*: fuit **ω**: *del. Gronovius (de verbo* vini *iam cogit. Bentleius, qui post* avidior *add.)* igitur] igitur <inquit> *Vogel, sed cf. 6.9.36* 536 mero] moro **L** *a. c.*

ro: itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regiae iniecit, tum convivae et ministri pelicesque. Multa cedro aedificata erat regia, quae celeriter igne concep-
540 to late fudit incendium. 6 Quod ubi exercitus, qui haud procul urbe tendebat, conspexit, fortuitum ratus, ad opem ferendam concurrit. 7 Sed ut ad vestibulum regiae ventum est, vident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa igitur, quam portaverant, aqua, ipsi aridam materiem in incendium iacere coeperunt; 8 hunc exitum habuit regia XXIII
545 totius Orientis, unde tot gentes antea iura petebant, patria tot regum, unicus quondam Graeciae terror, molita M navium classem et exercitus, quibus Europa inundata est, contabulato mari molibus perfossisque montibus, in quorum specus fretum inmissum est. 9 Ac ne tam longa quidem aetate, quae excidium eius secuta est, resurrexit. Alias urbes
550 obruere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi: huius vestigium non inveniretur, nisi Araxes amnis ostenderet. Haud procul moenibus fluxerat: inde urbem fuisse XX stadiis distantem credunt magis quam sciunt accolae. 10 Pudebat Macedones tam praeclaram urbem a comissabundo rege deletam esse; itaque res in serium versa est et impera-
555 verunt sibi, ut crederent illo potissimum modo fuisse delendam. 11 Ipsum, ut primum gravato ebrietate mentem quies reddidit, paenituisse constat et dixisse maiores poenas Graecis Persas daturos fuisse, si ipsum in solio regiaque Xerxis conspicere coacti essent. 12 Postero die Lycio, itineris,

PBoMbBFLV

538 regiae ... ministri] *om.* **V** 539 aedificata] oed- **P** erat] erant **P** *a. c.* **BoMb membr. quaedam Modii** regia] regiam **B** *a. c.* **FV**: *del. Kinch* 540 exercitus] exerctus **P**: -s **L**^{corr} *in ras.* 541 ferendam] fendam **P** *a. c.* 542 vident] viden **L** *a. c.* 543 aggerentem] aggerantem **Σ** Omissa] omis**sa **L** ipsi] *Bentleius*: igni **ω**: *del. Modius* aridam] aptam *Hedicke* 544 habuit] ab- **L** 546 M] *spatium vacuum reliq.* **LV**, *in* **L** *deinde v. add.* classem] calassem **L** *a. c.* 547 contabulato] -ta **F** *a. c.* 550 obruere] *Walter*: habuere **ω** *(*ab- **L***)*: diruere *Menge-Fried*: vastavere *Eberhard*: quas habuere *Schefferus* reges] *ita* **F**^{corr} *in ras.; ab hoc verbo usque ad* decre- *(5.8.1) om.* **V** quas] *del. Schefferus* 551 amnis] annis **P**: amis **L** *a. c.* moenibus] moeniebus **L** *a. c.* 553 accolae] acollae **P**: incolae **Mb** comissabundo] *Zumpt*: comisabundo **PBo**: comesabundo **P**^{corr}**Σ** 554 serium] serium ** **L** 556 gravato] *Jeep*: gravatam **ω**:*totum locum ita refinxit Hug:* gravatae ebrietate menti quies rediit 558 Xerxis] **O**: exersis **P**: xersis **Σ**

quo Persidem intraverat, duci, xxx talenta dono dedit. Hinc in regionem Mediae transiit, ubi supplementum novorum e Cilicia militum occurrit: 560 peditum erant v milia, equites M; utrisque Platon Atheniensis praeerat. His copiis auctus Dareum persequi statuit.

XXIV **VIII** Ille iam Ecbatana pervenerat. Caput Mediae urbs haec: nunc tenent Parthi, eaque aestiva agentibus sedes est. Adire deinde Bactra decreverat, 565 sed veritus, ne celeritate Alexandri occuparetur, consilium iterque mutavit. [2] Aberat ab eo Alexander stadia MD, sed iam nullum intervallum adversus velocitatem eius satis longum videbatur. Itaque proelio magis quam fugae se praeparabat. [3] xxx milia peditum sequebantur, in quibus Graecorum erant IIII milia, fide[liter] erga regem ad ultimum invicta. [4] Funditorum 570 quoque et sagittariorum manus IIII milia expleverat. Praeter hos III milia et CCC equites erant, maxime Bactrianorum: Bessus praeerat, Bactrianae regionis praefectus. [5] Cum hoc agmine paulum declinavit via militari, iussis praecedere lixis inpedimentorumque custodibus. [6] Consilio deinde advocato: «Si cum ignavis» inquit «et pluris qualemcumque vitam 575 honesta[m] morte[m] aestimantibus <me> fortuna iunxisset, tacerem potius quam frustra verba consumerem. [7] Sed maiore, quam vellem, documento et virtutem vestram et fidem expertus magis etiam coniti debeo, ut dignus talibus amicis sim, quam dubitare, an vestri similes adhuc sitis. [8] Ex tot milibus, quae sub imperio fuerunt meo, bis me 580

PBoMbBFLV(*de hoc conf adn. ad 550*)

561 equites] *om.* **B** *a. c.* M] *om.* **L** *a. c.* praeerat] praeerant **P** *a. c.* 564 Ecbatana] et batana **F**: ecb*atana **L** pervenerat] pervenerant **P** *a. c.* nunc] nun **L** *a. c.* 565 Parthi] parti **L** Bactra] bacthra **P** 567 MD] D **L** *a. c.* adversus] adversis **V** 569 milia] *om.* **FLV** 570 fide[liter] *Bruno*: fide vetere *Hedicke*: fidelitate *Zumpt*: fide illi *Vogel, cf. Nováki Specil.* 571 sagittariorum] *alterum* -a- **V**[corr] *in ras.* 572 erant] eran **L** *a. c.* Bactrianorum] *Bruno*: parthienorum **ω** *(*partiorum **L**: parthieniorum **L**[corr]*)* 574 lixis] lis **L** *a. c.*: bisis **V** inpedimentorumque] inpedimentorum **PMb** 575 pluris] **B**[corr]: plurimis **PBoMb**: pluribus **Σ** vitam] vitam <quam> *Kinch* 576 honesta[m] morte[m] **P**[corr]**B**[corr] *(*honesta *iam* **B***), cf. Nováki Specil.* <me> *add.* **O** 578 documento] doccu- **L**: ducu- **V**' *a. c.* coniti] conice **B** *a. c.* 579 similes] similis **P** *a. c.*

victum, bis fugientem persecuti estis. 9 Fides vestra et constantia, ut re-
gem me esse credam, facit. Proditores et transfugae in urbibus meis
regnant, non, hercule, quia tanto honore digni habentur, sed ut praemiis
eorum vestri sollicitentur animi. Meam fortunam tamen quam victoris
585 maluistis sequi, dignissimi, quibus, si ego non possim, dii pro me gratiam
referant. 10 Et, mehercules, referent. Nulla erit tam surda posteritas, nulla
tam ingrata fama, quae non in caelum vos debitis laudibus ferat. Itaque xxv
etiam si consilium fugae, a qua multum abhorret animus, agitassem,
vestra tamen virtute fretus obviam issem hosti. 11 Quousque enim in reg-
590 no exulabo et per fines imperii mei fugiam externum et advenam re-
gem, cum liceat experto belli fortunam aut reparare, quae amisi, aut ho-
nesta morte defungi? 12 Nisi forte satius est expectare victoris arbitrium
et Maz<a>ei et Mithrenis exemplo precarium accipere regnum nationis
unius, ut iam malit ille gloriae suae quam irae obsequi. 13 Nec di siverint,
595 ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam <queat> aut condona-
re! Hoc imperium <numquam> vivus amittam idemque erit regni mei,
qui spiritus, finis. 14 Si hic animus, si haec lex, nulli non parta libertas
est. Nemo e vobis fastidium Macedonum, nemo vultum superbum ferre
cogetur. Sua cuique dextera aut ultionem tot malorum pariet aut finem.
600 15 Equidem, quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum nec
inmerito mitiores vices eius expecto. Sed si iusta ac pia bella di aversan-

PBoMbBFLV(*de hoc conf adn. ad 550*)

581 estis] esti **L** *a. c.* 585 maluistis] -sti **F** ego] -o **L**^{corr} *in ras.* 586 mehercules] mehercule **P**^{corr}**Σ** referent] **P**^{corr}**B**^{corr}: refert **P**: referunt **Σ** erit] erat **P** *a. c.*: eri **L** *a. c.* surda ... tam] *om.* **V** 589 hosti] -s- **F**^{corr} *in ras.*: hostim **V** 591 reparare] -rem **P** *a. c.* 592 Nisi] ni **Σ** victoris] victores **P** *a. c.* 593 Mithrenis] *Bruno*: methrenis **P**: maethrenis **P**^{corr}: mathrenis **BLV**: matherenis **F** 594 unius] uni*us **L** ut] u*t **P** obsequi] absequi **FLV** di siverint] desiverint **P**^{corr}**BoMb** 595 quisquam] quis queat *Birt* <queat> *add. Meiser*: <audeat> *Hedicke* condonare] condonare <possit. Ego certe numquam> *Kinch (*posit *iam add.* **P**^{corr}**B**^{corr}*)* 596 Hoc] <nec> hoc **P**^{corr} **B**^{corr}: nec *Meiser* <numquam> *add. Lucarini (alibi iam alii)* 597 Si] <Vobis> si *Hedicke* hic] h- **F**^{corr}: *in ras.* hic *** **L** 598 fastidium] fastidum **B** *a. c.* 600 versabilis] ver versabilis **V** nec] -c **L**^{corr} *in ras.* 601 mitiores] niciones **V** expecto] -tat **V** si] **L**^{corr} *in ras.* iusta] iuxta **V** bella di] belari **V** *a. c.*

tur, fortibus tamen viris licebit honeste mori. [16] Per ego vos decora maiorum, qui totius Orientis regna cum memorabili laude tenuerunt, per illos viros, quibus stipendium Macedonia quondam tulit, per tot navium classes in Graeciam missas, per tot tropaea regum oro et obtestor, 605 ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus capiatis, [17] ut eadem constantia animorum, qua praeterita tolerastis, experiamini, quidquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria egregia nobilitabit aut pugna.» 609

xxvi **IX** Haec dicente Dareo, praesentis periculi species omnium simul corda 611 animosque horrore perstrinxerat nec aut consilium suppetebat aut vox, cum Artabazus, vetustissimus amicorum, quem hospitem fuisse Philippi supra diximus: «Nos vero» inquit «pretiosissimam vestem induti armisque, quanto maximo cultu possumus, adornati, regem in aciem 615 sequemur, ea quidem mente, ut victoriam speremus, mortem non recusemus.» [2] Adsensu excepere ceteri hanc vocem, sed Nabarzanes, qui in eodem consilio erat, cum Besso inauditi antea facinoris societate inita, regem suum per milites, quibus ambo praeerant, conprehendere et vincire decreverant, ea mente, ut, si Alexander ipsos consecutus foret, tradito 620 rege vivo inirent gratiam victoris, magno profecto cepisse Dareum aestima<tu>ri, sin autem eum effugere potuissent, interfecto Dareo regnum ipsi occuparent bellumque renovarent. [3] Hoc parricidium cum

PBoMbBFLV

602 licebit] -bat **V** 603 cum memorabili]commemorabili **Σ** 604 Macedonia] macedona **L** *a. c.* 605 classes] calses **V** Graeciam] grecia **F**: grecam **V** tropaea] trophaea **P**^{corr}: trophea **F** oro et] horo ex **V** 607 qua] quam **FV** 608 nobilitabit] nobilitavit **PV** 609 pugna] <mors in> pugna *Meiser*: ruina *Hedicke* 612 suppetebat] -ba **L** 613 Artabazus] archabazus **P**: arthabazus **BL**^{corr}**V**: arthabazeus **L** Philippi] phyl- **L**: fil- **V** 614 supra] *Acidalius*: saepe **ω** 615 adornati] adho- **V** 616 mortem] **P**^{corr}**B**^{corr}**FL**^{corr}**V**^{corr}: hostem **PColSigBoMbBF**^{corr}**V** : ******hostem **L** non] no **L** *a. c.* 617 excepere] excipere **P** *a. c.* Nabarzanes] nabazanes **P**: nebarzanes **B** *a. c.* 618 facinoris] facioris **L** *a. c.* 619 conprehendere] conpreen- **L** vincire] vincere **P** *a. c.* **B** *a. c.* **V**: vincre **L** *a. c.* 620 ipsos] ipso **P** *a. c.* consecutus] *Lucarini*: insecutus **ω** 621 magno] magni **P**^{corr}**BF** *a. c.* **V**: magni* **L** cepisse] coep- **B** *a. c.* 622 aestima<tu>ri *Bruno (*extimaturi *iam* **BoMb***)*

diu volutassent, Nabarzanes, aditum nefariae spei praeparans: «Scio me»
625 inquit «sententiam esse dicturum prima specie haudquaquam auribus tuis gratam; sed medici quoque graviores morbos asperis remediis curant et gubernator, ubi naufragium timet, iactura, quidquid servari potest, redimit. [4] Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo, sed ut te ac regnum tuum salubri ratione conserves. Dis adversis bellum ini<i>mus
630 et pertinax fortuna Persas urgere non desinit: novis initiis et [h]ominibus opus est. Auspicium et imperium interim alii trade, qui tam diu rex appelletur, donec Asia decedat hostis, victor deinde regnum tibi reddat. [5] Hoc autem brevi futurum ratio promittit: Bactra intacta sunt, Indi et Sacae in tua potestate; tot populos, tot exercitus, tot equitum peditum-
635 que milia ad renovandas vires parata habes, ut maior belli moles supersit quam exhausta sit. [6] Quid ruimus beluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est magis mortem contemnere quam odisse vitam. [7] Saepe taedio laboris ad vilitatem sui conpelluntur ignavi; at nihil virtus inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est, ad
640 quam non pigre ire satis est. [8] Proinde si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus, praefectum regionis eius Bessum <sumamus> regem temporis gratia[m]; <rebus> conpositis iusto regi [tibi] fiducia<rium>

PBoMbBFLV

624 volutassent] volit- **F** *a. c.*: -e- **L**^{corr} *in ras.* Nabarzanes] nabarzenes **F** aditum] additum **V** 625 haudquaquam] hauquaquam **P** *a. c.*: autquaquam **V** 626 gratam] gratiam **V** sed] se **L** *a. c.* graviores] gravores **L**: gravioras **V** 627 ubi] ub **L** *a. c.* 628 facias] facies **P** *a. c.* 629 Dis] diis **V** ini<i>mus *Stangl*: inimur **ω** *(*inimus **B**^{corr}: -mor **V** *a. c.)* 630 desinit] -n- **V**^{corr} *in ras.* [h]ominibus **P**^{corr} 631 est] *om.* **B** *a. c.* 633 promittit] promit **F** *a. c.* intacta] intecta **L** 634 Sacae] *Bruno*: sagae **ω** populos] **ColSig**: populi **ω** 635 renovandas] re<s re>novandas *Warmington*: re<s> novandas *Bentleius* parata habes] **ColSig**: paratas habent **ω** 637 contemnere] contempnere **PV** 638 at] ad **LV** 639 Itaque] Utique *Acidalius* mors] mo*rs **L** 640 pigre] **OBoMb**: pige **P**: pigere **P**^{corr}**Σ** Bactra] bacthra **P** quod] quo **P** *a. c.* 641 <sumamus> *add. Walter* 642 gratia[m] **P**^{corr}: gratiam <statuamus> **B**^{corr}: gratia[m] <constituamus; rebus> *Prohasel (post* regem *v.* constituamus *add. et Müller); totum locum ita refinxit Jeep:* praefectus r. e., Bessus, regni temporis gratia conpos sit: is iusto <rebus> *add.* **ς**, *post* conpositis *iam* **P**^{corr}**B**^{corr} [tibi] *del. Lucarini* fiducia<rium> *Bruno*

XXVII restituet imperium.» 9 Haud mirum est Dareum non temperasse animo, quamquam, tam impiae voci quantum nefas <sub>esset, latebat. Itaque: «Pessimum» inquit «mancipium, repperisti exoptatum tibi 645 tempus, quo parricidium aperires?» strictoque acinace interfecturus eum videbatur, 10 ni propere Bessus Bactrianique, <quasi> deprecarentur, tristium specie, ceterum, si perseveraret, vincturi circumstetissent. 11 Nabarzanes interim elapsus, mox et Bessus consecutus: copias, quibus praeerant, a cetero exercitu secedere iubent, secretum inituri consilium. 650 12 Artabazus, convenientem praesenti fortunae sententiam orsus, mitigare Dareum, temporum identidem admonens, coepit: ferret aequo animo qualiumcumque, suorum tamen, vel stultitiam vel errorem. Instare [tamen] Alexandrum, gravem, etiamsi omnes praesto essent: quid futurum, si persecuti fugam ipsius alienentur? 13 Aegre rex paruit Artabazo 655 et, quamquam movere castra statuerat, turbatis tamen omnium animis eodem in loco substitit. Sed attonitus maestitia simul et desperatione tabernaculo se inclusit. 14 Ergo in castris, quae nullius regebantur imperio, varii animorum motus erant nec in commune, ut ante, consulebatur. 15 Dux Graecorum militum Patron arma capere suos iubet paratosque 660 esse ad exequendum imperium. 16 Persae secesserant: Bessus cum Bactrianis erat temptabatque Persas abducere, Bactra et intactae regionis opulenta simulque, quae manentibus instarent pericula, ostentans. Persarum omnium eadem fere fuit vox, nefas esse deseri regem. 17 Inter

PBoMbBFLV

643 mirum est] -rum e- **L**^{corr} *in ras.* 644 quamquam] quaquam **B** *a. c.* tam] eum *Hedicke* <sub>esset **BoMb** 647 <quasi> *add. Jeep*: <ut> *Probasel.* 648 vincturi] victuri **FL** *a. c.* circumstetissent] circumstitissent **Σ** Nabarzanes] nabazanes **P** 649 consecutus] est secutus *Hedicke* 650 praeerant] praeerant* **P**: praeherant **V** secedere] *se*cedere **P** iubent] iubet **P** *a. c.* **V** 652 coepit] cep- **P** *a. c.* 653 qualiumcumque] qualium*c*um*que **P** vel e.] ver e. **V** 654 [tamen] *del. Bruno*: iam ei *Hedicke*: iam tum *Bardon* 655 futurum] futurum esset **P** *a. c.* **BoMb** Aegre rex] *Stangl*: a rege ea re **Σ**: a rege ... statuerat *om.* **P** *a. c.*: Aegre *Acidalius*: a rege. Aegre *Bardon* 657 substitit] sust*tit **P** attonitus] -tis **P** *a. c.* 658 quae nullius] -e nulli- **V**^{corr} *in ras.* 660 militum] *del. Quicherat* Patron] quatron **V** 661 Bessus] bessum **F** *a. c.* 662 erat] eraot **F** 663 ostentans] ho- **V** 664 eadem] ead*em **L** *(-a- add.* **L**^{corr}*)*

665 haec Artabazus omnibus imperatoriis fungebatur officiis: ille Persarum tabernacula circumire, hortari, monere nunc singulos nunc universos non ante destitit, quam satis constaret imperata facturos. Idem aegre a Dareo inpetravit, ut cibum caperet animumque rebus adverteret.

670 **X** At Bessus et Naba<r>zanes olim agitatum scelus exequi statuunt, regni cupiditate accensi; Dareo autem incolumi tantas opes sperare non poterant. [2] Quippe in illis gentibus regum eximia maiestas est: ad nomen quoque barbari conveniunt et pristinae veneratio fortunae sequitur adversam. [3] Inflabat inpios animos regio, cui praeerant, armis virisque et 675 spatio locorum nulli earum gentium secunda: tertiam partem Asiae tenet, multitudo iuniorum exercitus, quos amiserat Dareus, aequabat. [4] Itaque non illum modo, sed etiam Alexandrum spernebant, inde vires imperii repetituri, si regno iis potiri contigisset. [5] Diu omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos ad omne obsequium destinatos regem con- 680 prehendere mittique nuntium ad Alexandrum, qui indicaret vivum adservari eum; [7] si, id quod timebant, proditionem aspernatus esset, occisuri Dareum et Bactra cum suarum gentium manu petituri. [7] Ceterum propalam conprehendi Dareus non poterat tot Persarum milibus laturis opem regi; Graecorum quoque fides timebatur. [8] Itaque, quod vi non 685 poterant, fraude adsequi temptant: paenitentiam secessionis simulare decreverant et excusare apud regem consternationem suam. Interim, qui Persas sollicitarent, mittuntur. [9] Hinc spe, hinc metu militares animos versant: ruinae rerum subdere illos capita, in perniciem trahi, cum Bac- XXVIII

PBoMbBFLV

665 Artabazus] -zes **P** *a. c.* 666 tabernacula circumire] -la cir- **V**^{corr} *in ras.* universos] -so **L** *a. c.* 667 destitit] distitit **P** aegre] aegere **P** 668 inpetravit] inperavit **F** *a. c.* rebus] *Bruno*: regis **ω** 670 At] ad **LV** Naba<r>zanes **B**^{corr} (navazanes **V**) 671 accensi] accessit **F** 672 ad] a **L** *a. c.* 674 praeerant] p*raeerant **L** et] *om.* **L** 675 spatio] patio **P** *a. c.*: spati **F** *a. c.* earum] erum **P** *a. c.* partem] portem **L** 677 Alexandrum] alexandro **L** *a. c.* 678 regno iis] *Lucarini*: regionis **ω**: regni iis *Vogel*: regis *Freinsheimius* contigisset] contigesset **P** *a. c.* 680 vivum] vivium **V** 681 occisuri] occ**suri **L** 687 sollicitarent] -nt **V**^{corr} *in ras.* spe] sepe **F** *a. c.*: pe **V** *a. c.* 688 rerum]rei **BFV**: ri **L**

tra pateant exceptura eos bonis et opulentia, animis quam concipere non
xxix possint. [10] Haec agitantibus Artabazus supervenit sive regis iussu sive sua 690
sponte adfirmans mitigatum esse Dareum et eundem illis amicitiae
gradum patere apud regem. [11] Illi lacrimantes nunc purgare se, nunc
Artabazum orare, ut causam ipsorum tueretur precesque perferret. [12] Sic
peracta nocte, sub lucis exortum <Bessus> et Nabarzanes cum Bactrianis
militibus in vestibulo praetorii adera<n>t, titulum sollemnis officii occulto 695
sceleri praeferentes. Dareus, signo ad eundum dato, currum pristino more
conscendit. [13] Nabarzanes ceterique parricidae procumbentes humi, quem
paulo post in vinculis habituri erant, sustinuere venerari; lacrimas etiam
paenitentiae indices profuderunt: adeo humanis ingeniis parata simulatio
est! [14] Preces deinde suppliciter admotae Dareum natura simplicem et 700
mitem non credere modo, quae adfirmabant, sed flere etiam coegerunt.
[15] Ac ne tum quidem cogitati sceleris paenituit, cum intuerentur qualem
et regem et virum fallerent. Ille quidem securus periculi, quod instabat,
Alexandri manus, quas solas timebat, effugere properabat. 704

xxx **XI** Patron autem, Graecorum dux, praecipit suis, ut arma, quae in sarcinis 706
antea ferebantur, induerent, ad omne imperium suum parati et intenti.
[2] Ipse currum regis sequebatur, occasioni inminens adloquendi eum:
quippe Bessi facinus praesenserat. Sed Bessus, id ipsum metuens, custos
verius quam comes, a curru non recedebat. [3] Diu ergo Patron cunctatus 710

PBoMbBFLV

689 bonis] *Freinsheimius*: donis **ω** 691 adfirmans] et firmans **V** 692 apud regem] *del. Acidalius* purgare] **BoMb**: pergare **P**: pergere **P**^{corr}**Σ** 693 Artabazum] bart- **F** *a. c.* perferret] perferrat **V** 694 exortum] exortu **PMb**: ortu **Bo** <Bessus> *add.* **ς** Nabarzanes] nabazanes **P** 695 adera<n>t *Gronovius* sollemnis] sole- **PLV** 696 sceleri] scelere **P** *a. c.* **Bo**: celeri **V** praeferentes] referentes **V** eundum] eundem **PF** more] more ** **V** 697 Nabarzanes] **O**: artabazus **ω** procumbentes] pro- **V**^{corr} *in ras.* 698 in] *om.* **V** *a. c.* venerari] *om.* **P** *a. c.* 699 simulatio] -tion **F** *a. c.* 701 mitem] mittem **B** *a. c.* **L** *a. c.* **V** 702 ne] nex **V** 703 quod] quo **V** *a. c.* 704 properabat] operabat **V** 706 praecipit] praecepit **BoMbL** ut] u- **V**^{corr} *in ras.* sarcinis] sarciis **V** *a. c.* 708 occasioni] -ne **L** *a. c.* 709 praesenserat] -rant **V** *a. c.* custos] -s *s. l. in* **L**: custus **V** *a. c.* 710 comes] come*s **L**

ac saepius sermone revocatus, inter fidem timoremque haesitans regem intuebatur. 4 Qui ut tandem advertit oculos, Bubacen spadonem inter proximos currum sequentem percontari iubet, numquid ipsi velit dicere. Patron se vero, sed remotis arbitris loqui velle cum eo respondit iussusque
715 propius accedere sine interprete (nam haud rudis Graecae linguae Dareus erat): 5 «Rex,» inquit «ex L milibus Graecorum supersumus pauci, omnis fortunae tuae comites et in hoc tuo statu idem, qui florente te fuimus, quascumque terras elegeris, pro patria et domesticis rebus petituri. 6 Secundae adversaeque res tuae copulavere nos tecum. Per hanc fidem
720 invictam oro et obtestor, in nostris castris tibi tabernaculum statue, nos corporis tui custodes esse patiaris. Omisimus Graeciam, nulla Bactra sunt nobis, spes omnis in te: utinam etiam ceteris esset! Plura dici non attinet. Custodiam corporis tui externus et alienigena non deposcerem, si crederem alium posse praestare.» 7 Bessus, quamquam erat Graeci XXXI
725 sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia indicium profecto Patronem detulisse credebat: et †interpretis relato† sermone Graeci exempta dubitatio est. Dareus autem, quantum ex voltu concipi poterat, haud sane territus, percontari Patrona causam consilii, quod adferret, coepit. 8 Ille, non ultra differendum ratus: «Bessus» inquit «et Nabarzanes
730 insidiantur tibi: in ultimo discrimine es fortunae tuae et vitae; hic dies aut parricidis aut tibi futurus ultimus.» 9 Et Patron quidem egregiam

PBoMbBFLV

711 revocatus] revocato *Modius* timoremque] timeremque **L** *a. c.*: timorumque **V** 713 percontari] percunctari **P** ipsi] **ς**: ipse **ω** 715 propius] propi*us **P** haud] hau **P** 716 inquit] inquis **V** *a. c.* ex] *om.* **B** omnis] *Laetus*: omnes **ω** 717 idem] quidem **P** *a. c.* **BoMb** 720 obtestor] opt- **BLV** statue] statui *Kinch* 722 spes] <nobis> spes *Kinch* omnis] omnes **PMb** etiam] *Foss*: et in **ω**: et *Modius* 723 alienigena] alieni*gena **L** 724 Graeci] grecis **V** 726 †interpretis relato† *(*i. relatio **P** *a. c.)* interpreti relato **ς**: interpretes celato *Jeep*: <ab> interpretibus *(vel* interprete*)* relato *Lucarini*: interprete remoto *Horstig* sermone] ser**mone **V**: Melone *Horstig* Graeci] graecae **V**: Graeco *Cornelissen* 727 dubitatio] dubut- **L** *a. c.* voltu] vultu **B** concipi] cocipi **L** *a. c.*: conspici *Modius*: conici *Georges*: perspici *Bentleius* 728 haud] aut **P**: haut **P**corr territus] territum **V** *a. c.* Patrona] partona **P** *a. c.* 729 Nabarzanes] **V**: nabazanes *rell.* 730 es] *Acidalius*: et **ω** 731 aut p.] haud p. **P**: haut p. **P**corr: aud p. **L** *a. c.* futurus] f. <est> *Kinch, sed cf. 5.1.17*

conservati regis gloriam tulerat. [10] Eludant fidem licet, quibus forte temere humana negotia volvi agique persuasum est †nexuque† causarum latentium et multo ante destinatarum suum quemque ordinem inmutabili lege percurrere: [11] Dareus certe respondit, quamquam sibi Graecorum (735) militum fides nota sit, numquam tamen a popularibus suis recessurum. Difficilius sibi esse damnare quam decipi. Quidquid fors tulisset, inter suos perpeti malle quam transfugam fieri. Sero se perire, si salvum esse milites sui nollent. [12] Patron, desperata regis salute, ad eos, quibus praeerat, rediit, omnia pro fide experiri paratus. (740)

XXXII **XII** At Bessus occidendi protinus regis impetum ceperat, sed veritus, ne gratiam Alexandri, nisi vivum eum tradidisset, inire non posset, dilato in proximam noctem sceleris consilio, agere gratias incipit, quod perfidi hominis insidias iam Alexandri opes spectantis prudenter cauteque vitasset: (745) donum eum hosti laturum fuisse regis caput. [2] Nec mirari hominem mercede conductum omnia habere venalia: sine pignore, sine lare, terrarum orbis exulem, ancipitem hostem ad nutum licentium circumferri. [3] Purganti deinde se deosque patrios testes fidei suae invocanti Dareus vultu adsentiebatur, haud dubius, quin vera deferrentur a Graecis; sed (750) eo rerum ventum erat, ut tam periculosum esset non credere suis quam

PBoMbBFLV

732 Eludant fidem licet] *Jeep*: eludant videlicet ω *(*erudan v. **V***)* me licet *Vogel*: proinde eludant licet *Stangl* 733 †nexuque† nexuq **L**: neque nexu *I. Schmidt, fort. rect.*: nexuve *Jeep*: <Equidem fato crediderim> nexuque *Vogel* causarum] causa**rum **L** 734 et] ς: ex ω destinatarum] **Bo**: distinatarum **PFL**^{corr}: distinatorum **P**^{corr} **BV**: distinaturum **L** suum quemque] suumque **V** 736 fides] *om.* **P** *a. c.* 737 sibi] **bi **P** *a. c.* damnare] -ri **P**^{corr} 738 quam] non **V** Sero se perire] **PBoMbF**^{corr}: se perire sero **BFV**: ero **L**: sero **L**^{corr} salvum] salum **L** *a. c.* esse] sese *Hedicke* 739 desperata] desperate **V** 740 omnia pro] omniaque **V** *a. c.* experiri] -re **V** 742 At] ad **P**^{corr}**LV** regis] reges **L** *a. c.* ceperat] coeperat **PBF** 743 tradidisset] tradisset **P** dilato] **MO**: delato ω 744 agere] agere <regi> *Eussner* 745 iam] i*am **L** spectantis] -tes **L** *a. c.* 748 hostem] hos<pi>tem *Stangl*: hastam *Jeep* nutum] mutum **V** circumferri] circumfer **V**: circumferre *Jeep* 749 Purganti] *Bruno*: arguenti ω *(*-r- **L**^{corr} *in ras.)* patrios] patrias **V** invocanti] invocati **P** *a. c.* 750 quin] in **V** 751 ventum] venitum **L** quam] con **V**

decipi. 4 xxx milia erant, quorum inclinata in scelus levitas timebatur, IIII milia Patron habebat. Quibus si credidisset salutem suam damnata popularium fide, parricidio excusationem videbat offerri. Itaque 755 praeoptabat inmerito quam iure violari. 5 Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit, Alexandri sibi non minus iustitiam quam virtutem esse perspectam: falli eos, qui proditionis ab eo praemium expectent: violatae fidei neminem acriorem fore vindicem ultoremque. 6 Iamque nox adpetebat, cum Persae more solito armis positis ad necessaria ex 760 proximo vico ferenda discurrunt. At Bactriani, ut imperatum a Besso erat, armati stabant. 7 Inter haec Dareus Artabazum acciri iubet, expositisque, quae Patron detulerat, haud dubitare Artabazus, quin transeundum esset in castra Graecorum: Persas quoque periculo vulgato secuturos. 8 Destinatus sorti suae et iam nullius salubris consilii patiens 765 unicam in illa fortuna opem Artabazum, ultimum illud visurus, amplectitur perfususque mutuis lacrimis inhaerentem sibi avelli iubet; capite deinde velato, ne inter gemitus digredientem velut a rogo intueretur, in humum pronum corpus abiecit. 9 Tum vero custodiae eius adsueti, quos regis salutem vel periculis vitae tueri oportebat, dilapsi sunt, tot armatis, 770 quos iam adventare credebant, haud rati se futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat paucis spadonibus, quia, quo discederent, non habebant, circumstantibus regem. 10 At ille, remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat. Iamque solitudinem, quam paulo

XXXIII

PBoMbBFLV

753 Patron] *om.* **Σ** habebat] ab- **V** si] sic **V** 754 offerri] offeri **V** *a. c.* 755 Besso] besso * **V** *(ceterum* -o *ex corr. in ras.)* 757 perspectam] **L** *ut vid. in textu, quod deinde er. et in marg. repet.* **P**^{corr}**B**^{corr}**F**^{corr}**V**^{corr}*(omnes in marg.)*: perfectam **PBFL** *(in spatio quod sequitur erasionem* **V***)* 758 acriorem] acriorim **L** *a. c.* 760 discurrunt] dicurrunt **L** *a. c.* 761 erat] erant **Σ** Artabazum] artha- **P** 762 haud] aud **L**: aut **V** 763 transeundum] transecum **P** *a. c.*: tanseundum **L** *a. c.* 764 secuturos] secutoros **P** *a. c.* 765 illud] *Bentleius*: illum **ω** visurus] visurus* **L** 766 perfususque] perfusisque **ColBoMb** 767 digredientem] digregientem **V** 768 custodiae] custodia **Σ** 769 dilapsi] **ς**: delapsi **ω** tot] *Freinsheimius*: tum **ω**: metu *Jeep*: tamen *Stangl*: *del. Iunius* 770 rati] ra*ti **L** 771 quo] qo **V** *a. c.* 772 At] ad **L** *a. c.* remotis] -is *** **P** *(*-s **P**^{corr} *in ras.)* 773 atque aliud] *om.* **L** *a. c.* volutabat] -u- **L**^{corr} *in ras.*

ante pro solacio petiverat, perosus, Bubacen vocari iubet. [11] Quem intuens: «Ite,» inquit «consulite vobis, ad ultimum regi vestro, ut decebat, fide exhibita; ego hic legem fati mei expecto. Forsitan mireris, quod vitam non finiam: alieno scelere quam meo mori malo.» [12] Post hanc vocem spado gemitu non tabernaculum modo, sed etiam castra conplevit. Inrupere deinde alii laceratisque vestibus lugubri et barbaro ululatu regem deplorare coeperunt. [13] Persae, ad illos clamore perlato, attoniti metu nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent, nec quiescere audebant, ne inpie deserere regem viderentur. [14] Varius ac dissonus clamor [sine duce ac sine imperio] totis castris efferebatur. Besso et Nabarzani nuntiaverant sui regem a semetipso interemptum esse: planctus eos deceperat. [15] Itaque citatis equis advolant, sequentibus quos ad ministerium sceleris delegerant, et, cum tabernaculum intrassent, quia regem vivere spadones indicabant, conprehendi vincirique iusserunt. [16] Rex curru paulo ante vectus et deorum [auspiciis] a suis honoribus cultus, nulla externa ope admota, captivus servorum suorum in sordidum vehiculum [pellibus undique contectus] inponitur. [17] Pecunia regis et supellex quasi belli iure diripitur onustique praeda per scelus ultimum parta fugam intendunt. [18] Artabazus cum iis, qui imperio parebant, Graecisque militibus Parthienen petebat, omnia tutiora parricidarum comitatu ratus. [19] Persae promissis Bessi

(775, 780, XXXIV, 785, 790)

PBoMbBFLV

774 solacio] -a- **L**^corr^ *in ras.* Bubacen] babucen **Σ** 777 alieno] aliene **P** *a. c. (ceterum* -en- **P**^corr^ *in ras.)* malo] mallo **P** hanc] h**anc **L** 781 ne] nec **P** *a. c.* inciderent] incederent **LV** quiescere] quiscere **L** *a. c.* 782 viderentur] videremur **B** [sine duce ac sine imperio] *del. Lucarini*: *ante* in Bactrianos *transp. Cornelissen* 783 efferebatur] *Lucarini*: referebatur **ω** Nabarzani] *Laetus*: nabazano **ω** 784 a] et **P** interemptum] interemtum **P** 786 intrassent] intras**sent **P** 787 vincirique] vincireque **L** *a. c.* Rex] Regio *Birt* paulo] -o **L**^corr^ *in ras.* 788 [auspiciis] *del. Bruno*: amplissimis *Kinch* a suis] ac suis **Σ**: ac summis *Cunze*: *del. Modius in ed.*: *totum locum ita refinxit Novák*: vectus et deorum honoribus a suis cultus 789 servorum] sevorum **L** *a. c.* [pellibus undique contectus] *del. Schefferus*: *pro* contectus, contectum *Laetus* 790 supellex] suppellex **P** 791 onustique] ho- **P** 792 iis] **BoMb**: his **ω** parebant] perebant **P**: parabant **L** *a. c.* Parthienen] partienen **BFV**: partienem **L** *(primum* -e- **L**^corr^ *in ras.)* 793 tutiora] tutiore **V** parricidarum] paricidarum **P** comitatu] *Hedicke*: contuitu **PBoMbB**^corr^: contuitum **Σ**: contactu *Damsté* promissis]

onerati, maxime quia nemo alius erat, quem sequerentur, coniunxere se
795 Bactrianis, agmen eorum tertio adsecuti die. [20] Ne tamen honos regi non haberetur, aureis conpedibus Dareum vinciunt, nova ludibria subinde excogitante fortuna. Et ne forte cultu regio posset agnosci, sordidis pellibus vehiculum intexerant; ignoti iumenta agebant, ne percontantibus in
799 agmine monstrari posset. Custodes procul sequebantur.

801 **XIII** Alexander, audito Dareum movisse ab Ecbatanis, omisso itinere, quod petebat, in Mediam, fugientem insequi pergit strenue. [2] Tabas (oppidum est in Paraetacene ultima) pervenit: ibi transfugae nuntiant praecipitem fuga Bactra petere Dareum. [3] Certiora deinde cognoscit ex
805 Bagistane Babylonio: equidem vivum regem, sed in periculo esse aut mortis aut vinculorum adfirmabat. [4] Rex, ducibus convocatis: «Maximum» inquit «opus, sed labor brevissimus superest. Dareus haud procul destitutus a suis aut oppressus. In illo corpore posita est nostra victoria et tanta res celeritatis est praemium.» [5] Omnes pariter conclamant paratos
810 ipsos sequi: nec labori nec periculo parceret. Igitur raptim agmen cursus magis quam itineris modo ducit, ne nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante. [6] Itaque D stadia processit perventumque erat in vicum, in quo Dareum Bessus conprehenderat. [7] Ibi Melon, Darei interpres, excipitur: corpore aeger non potuerat agmen adsequi et deprehensus
815 celeritate regis transfugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognoscit. [8] Sed

xxxv

PBoMbBFLV

promisis **L**

795 honos] on- **F** *a. c.*   798 intexerant; ... posset. Custodes] *ita interpunxit Bardon*   801 Ecbatanis] **B**^{corr}: haecbathanis **P**: haecbatanis **Σ**   802 quod] quo *Glareanus*   petebat] patebat *Palmerius*   in Mediam] *del. Vogel*: in mediam <Asiam> *Prohasel*   Tabas] Rhagas *Glareanus*   803 Paraetacene] *ed. Lugd.*: parte lacae nae **P**: partelacene **Σ**   804 praecipitem] praecipiti *Bentleius*   cognoscit] cognoscet **L** *a. c.*   805 Babylonio] **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr}: babyloniae **ω** *(-ae in* **L** *ex corr.)*   equidem] <non> equidem **P**^{corr}: non quidem *Bentleius*: <nondum> equidem *Schmidt*: qui nondum *Hedicke*   vivum] *Jeep*: vinctum **ω**   807 brevissimus] brevisumus **L** *a. c.*   haud] haut **L**   809 praemium] *om.* **P** *a. c.*: praemum **L** *a. c.*   810 raptim] ratim **P** *a. c.*   813 Ibi] ib **V** *a. c.*

fatigatis necessaria quies erat. Itaque delectis equitum VI milibus CCC, quos dimachas appellabant, adiungit. Dorso hi graviora arma portabant, ceterum equis vehebantur; cum res locusque posceret, pedestris acies
XXXVI era<n>t. [9] Haec agentem Alexandrum adeunt Orsilos et Mithracenes: Bessi parricidium exosi transfugerant nuntiabantque stadia D abesse Persas, 820 ipsos brevius iter monstraturos. [10] Gratus regi adventus transfugarum fuit. Itaque prima vespera, ducibus isdem, cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur, phalange, quantum festinare posset, sequi iussa. Ipse quadrato agmine incedens ita cursum regebat, ut primi coniungi ultimis possent. [11] CCC stadia processerant, cum occurrit Brochu- 825 belus, Maz<a>ei filius, Syriae quondam praetor<is>; is quoque transfuga nuntiabat Bessum haud amplius quam CC stadia abesse; exercitum, utpote <qui nihil> praecaveret, inconpositum inordinatumque procedere. Hyrcaniam videri petituros; si festinaret sequi palantes, superventurum; Dareum adhuc vivere. [12] Strenuo alioqui cupiditatem consequendi 830 transfuga iniecerat. Itaque, calcaribus subditis, effuso cursu eunt. Iamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur, sed prospectum ademerat pulveris nubes. Paulisper ergo inhibuit cursum, donec consideret pulvis. [13] Iamque conspecti a barbaris erant et abeuntium agmen conspexerant, nequaquam futuri pares, si Besso tantum animi fuisset ad 835 proelium, quantum ad parricidium fuerat. Namque et numero barbari praestabant et robore; ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant.

PBoMbBFLV

816 delectis] dilec**tis **P**: del- **P**^{corr} 817 dimachas] *Glareanus*: dimichas **ω** *(*-cha- **L**^{corr} *in ras.)* 819 era<n>t *Bentleius* Orsilos] Orsines *Hedicke* Mithracenes] **ς**: mithracenis **ω** 820 Bessi] <qui> Bessi **P**^{corr}**B**^{corr}: bessis **L** *a. c.* Persas] *del. Shackleton Bailey* 821 transfugarum] tranf- **B** 822 Itaque] itque **L** *a. c.* vespera] vespe**ra **P** isdem] iis- **PBoMb** cum] *om.* **P** *a. c.* 823 monstratam] monstra**tam **L** 824 iussa] ussa **BFL** *a. c.* coniungi] coniugi **P** *a. c.* 825 Brochubelus] brachubelus **B** *a. c.* 826 Syriae] sir- **Σ** praetor<is> *Leuze* 827 nuntiabat] nunti **F**: nuntibat **F**^{corr} Bessum] *om.* **F** *a. c.* haud] aut **P** 828 <qui nihil> *add. Vindelinus* praecaveret] per pacata euntem *Alanus*: praedae avidum *Hedicke* 829 Hyrcaniam] *Erasmus*: hircaniam **PB**: hyrchaniam **F**: hirchaniam **LV** 830 alioqui] **P**^{corr}**L** *a. c.*: alioquin *rell.* 831 eunt] e**nt **L** *(deinde* -u- *add.)* 832 ingredientium] ingredientiuntium **B** *a.c.*

[14] Sed nomen Alexandri et fama, maximum in bello utique momentum, pavidos in fugam avertit. [15] Bessus vero et ceteri facinoris eius participes, XXXVII
840 vehiculum Darei adsecuti, coeperunt hortari eum, conscenderet equum et se hosti fuga eriperet. [16] Ille deos ultores adesse testatur et Alexandri fidem inplorans, negat se parricidas velle comitari. Tum vero ira quoque accensi tela coiciunt in regem multisque confossum vulneribus relinquunt. [17] Iumenta quoque, ne longius prosequi possent, convulnerant, duobus
845 servis, qui regem comitabantur, occisis. [18] Hoc edito facinore, ut vestigia fugae spargerent, Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra paucis equitum comitantibus petebant. Barbari, ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat aut pavor, dissipabantur; D tantum equites congregaverant se, incerti adhuc resistere melius esset an fugere. [19] Alexander, hostium
850 trepidatione conperta, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam emittit, ipse cum ceteris sequitur. Tria ferme milia resistentia occisa sunt, reliquum agmen pecudum more intactum agebatur iubente rege, ut caedibus abstineretur. [20] Nemo captivorum erat, qui monstrare Darei vehiculum posset: singula, ut quaeque prenderent, scrutabantur nec tamen
855 ullum vestigium fugae regis extabat. [21] Festinantem Alexandrum vix III milia equitum persecuta sunt. At in eos, qui lentius sequebantur, incidebant universa fugientium agmina. [22] Vix credibile dictu, plures captivi, quam qui caperent, erant: adeo omnem sensum territis fortuna penitus excusserat, ut nec hostium paucitatem nec multitudinem suam
860 satis cernerent. [23] Interim iumenta, quae Dareum vehebant, nullo regente decesserant militari via et errore delata per quattuor stadia in quadam XXXVIII

PBoMbBFLV

838 nomen] n*omen **L** bello] *ello **L** *(deinde* b- *add.)* 840 hortari eum] hartorium **L** *a. c.* 842 parricidas] *ricidas **L** *(deinde* par- *add.)* 844 prosequi] -que **L** *a. c.* 846 Hyrcaniam] **F**:hircaniam *rell.* 847 quemque] qu*emque **L** 848 aut] aud **L** dissipabantur] dissipantur **PBoMb** *(alterum* -a- **L**corr *in ras.)* tantum] *om.* **V** *a. c.* se] si **B** *a. c.* 850 ad inhibendam] adhibendam **P** 852 reliquum] relicum **Σ** 853 qui] qui* **L** 854 singula] *Vogel*: singuli **ω** 855 ullum] nullum **P** *a. c.* extabat] ex**stabat **P** Alexandrum] alexanderum **L** *a. c.* 856 At] ad **P** *a. c.* 857 agmina] agminum **P** *a. c.* plures] plure **L** *a. c.* 859 penitus] paen- **L** 861 militari via] -i v- **P**corr *in ras.*

valle constiterant, aestu simulque vulneribus fatigata. [24] Haud procul erat fons, ad quem monstratum a peritis Polystratus Macedo, siti maceratus, accessit ac, dum galea haustam aquam sorbet, tela iumentorum deficientium corporibus infixa conspexit. [25] Miratusque confossa potius 865
quam abacta esse, semivivi ho<minis . . . >

PBoMbBFLV

863 ad quem] atque **P** *a. c.* Polystratus] polustratus **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 864 haustam] ha*ustam **L** 866 semivivi ho<minis>] **P**^{corr}: semivivi ho **P**: semivivi **Σ** <...> *finis huius libri et initium sequentis exciderunt. In* **PF** *conplures versus vacui relicti, in* **BLV** *non item.* **FLV** “hinc deest” *adscripserunt,* **PB** “hic desunt plura”

LIBER VI

<...> pugnae discrimen inmisit obtruncatisque, qui promptius resistebant, magnam partem hostium propulit. [2] Coeperant fugere victores <et>, donec avidius sequentes in planum deduxere, inulti cadebant; sed ut primum locus, in quo stare possent, fuit, aequis viribus dimicatum est. [3] Inter omnes tamen Lacedaemonios rex eminebat, non armorum modo et corporis specie, sed etiam magnitudine animi, quo uno vinci non potuit. [4] Undique nunc comminus, nunc eminus petebatur diuque arma circumferens alia tela clipeo excipiebat, corpore alia vitabat, donec hasta femina perfossa, plurimo sanguine effuso, destituere pugnantem. [5] Ergo clipeo suo exceptum armigeri raptim in castra referebant, iactationem vulnerum haud facile tolerantem. [6] Non tamen omisere Lacedaemonii pugnam et, ut primum sibi quam hosti aequiorem locum capere potuerunt, densatis ordinibus effuse fluentem in se aciem excepere. [7] Non aliud discrimen vehementius fuisse memoriae proditum est. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant: [8] Lacedaemonii vetera, Macedones praesentia decora intuebantur; illi pro libertate, hi pro dominatione pugnabant; Lacedaemoniis dux, Ma-

PBoMbBFLV

2 hostium] os- **L** <et> *add. Modius* 3 avidius] avidus **P** *a. c.* sed] -ed *ita* **L**[corr] *in ras.* 5 Lacedaemonios] lacaedem- **P**: lacedem- **B**: Lacedaemonius *Castiglioni* 6 specie] speciem **L** *a. c.* magnitudine] magnitudini **L** *a. c.* 7 petebatur] patebatur **P** *a. c.* **B** *a. c.* 8 clipeo] **B**[corr]: clypeo **PBFV**: clippea **L** *(*-eo **L**[corr]*)* hasta] asta **PL** 9 femina] faemina **P** plurimo] -o **L**[corr] *in ras.* 10 clipeo] **B**[corr]: clypeo **PBFV**: clippeo **L** armigeri] armageri **P** *a. c.* : armigerum **L** *a. c.* 11 haud] aut **L** omisere] omisere ******* **L** 12 primum] prima *scribere coep.* **F** 13 effuse] *Acidalius*: effusi **ω** 14 memoriae] momoriae **P** 15 gentium] gerentium **F**[corr]: gentium * **V** Lacedaemonii] lacedem- **P**: lacedominii **L** *a. c.* 17 pugnabat] pug**nabant **L** Lacedaemoniis] - s **P**[corr] *in ras*: lacedem- **B**: lacedaemonus **V** dux] dax **P** *a. c.*

cedonibus locus deerat. [9] Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat, velut de industria inter fortissimos viros certamen aequante fortuna. [10] Ceterum angustiae loci, in quo haeserat pugna, non patiebantur totis ingredi viribus: spectabant ergo plures, quam inierant proelium et, qui extra teli iactum erant, clamore invicem suos accendebant. [11] Tandem Laconum acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens, pedem deinde referre coepit et urgente hoste apertius fugere[t]. [12] Insequebatur dissipatos victor et emensus cursu omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat, ipsum Agin persequebatur. [13] Ille, ut fugam suorum et proximos hostium conspexit, deponi se iussit; expertusque membra, an impetum animi sequi possent, [14] postquam deficere sensit, poplitibus semet excepit galeaque strenue sumpta, clipeo protegens corpus, hastam dextera vibrabat, ultro vocans hostem, si quis iacenti spolia demere auderet. [15] Nec quisquam fuit, qui sustineret comminus congredi: procul missilibus adpetebatur, ea ipsa in hostem retorquens, donec lancea nudo pectori infixa est. Qua ex vulnere evolsa, inclinatum ac deficiens caput clipeo paulisper excepit, dein, linquente spiritu pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit. [16] Cecidere Lacedaemoniorum V milia et CCC, ex Macedonibus haud amplius M; ceterum vix quisquam nisi saucius revertit in castra.

PBoMbBFLV

19 partis] -ti **Σ** 21 spectabant] expect- **P**^{corr}**Σ** 22 inierant] ingerant **L** *a. c.* 23 accendebant] accedebant **P**: ascendebant **B** *a. c.* 24 sudore] subdore **B** *a. c.* 25 et] *Zumpt*: ut **ω** fugere[t] **ς**: fugēre *Bentleius servato* ut *(ante quod v. interp.)* dissipatos] **BoMb**: dissipatus **ω** 27 Agin] **L**: hagin *rell.* 29 sensit] <se> sensit **B**^{corr} semet] -t *in ras.* **P** excepit] excoepit **PV** galeaque] ca- **P** *a. c.* 30 strenue] strenua **L** *a. c.* clipeo] **ς**: clypeo **PFLV**: clypeoque **B**: clipeoque **B**^{corr} dextera] dextra **Σ** 31 vocans] vocas **L** *a. c.*: <pro>vocans *Hedicke* iacenti] iacente **L** *a. c.* Nec] ne **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 32 congredi] concredi **P** *a. c.* 34 evolsa] evulsa **P**^{corr} clipeo] **B**^{corr}: clypeo **ω** 35 excepit] excoepit **PV** dein, linquente] delinquente **P** *a. c.*: derelinquente **BoMb** sanguine] sangune **L** *a. c.* 36 Cecidere] **BoMb**: excidere **ω** 37 M] *om.* **L** *a. c.* saucius] scius **P** *a. c.*

Haec victoria non Spartam modo sociosque eius, sed etiam omnis, qui III
40 fortunam belli spectaverant, fregit. [17] Nec fallebat Antipatrum dissentire ab animis gratulantium vultus, sed bellum finire cupienti opus erat decipi; et quamquam fortuna rerum placebat, invidiam tamen, quia maiores res erant, quam quas praefecti modus caperet, metuebat. [18] Quippe Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem
45 indignabatur, suae demptum gloriae existimans, quidquid cessisset alienae. [19] Itaque Antipater, qui probe nosset spiritus eius, non est ausus ipse agere arbitria victoriae, sed concilium Graecorum, quid fieri placeret, consuluit. [20] A quo Lacedaemonii nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret, <Te>geatae veniam defectionis praeter auctores
50 inpetraverunt. Megalopolitanis, quorum urbs obsessa erat a defectionis sociis, Achaei et Elei centum XX talenta dare iussi sunt. [21] Hic fuit exitus belli, quod repente ortum prius tamen finitum est, quam Dareum Alexander apud Arbela superaret.

55 **II** Sed ut primum instantibus curis laxatus est animus militarium rerum IV
quam quietis otiique patientior, excepere eum voluptates et, quem arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt: [2] tempestiva convivia et perpotandi pervigilandique insana dulcedo ludique et greges pelicum. Omnia in

PBoMbBFLV

39 Spartam] **BoMb**: spartham **PBF**: spartha **LV** etiam] etam **L** *a. c.* 40 belli] **L**^{corr}: bellam **ω**: bell<ic>am *Stangl* spectaverant] expectaverant *Hedicke, sed cf. 9.7.2 et Lucarini, "Per una nuova..." ad loc.* fallebat] -bit **F** *a. c.* Antipatrum] *ncipatrum *(*a *supra* **)* **L**: anticipatrum **V** 41 sed] se **P** *a. c.* cupienti] cupieti **L** *a. c.* 43 res] *om.* **P** *a. c.* **ColSig** modus] modis **P** *a. c.* 44 Antipatrum] anticipatrum **PL** *a. c.* vicisse] vinc- **F** *a. c.* tacitus] taci*tus **L** 48 aliud] aliut **L** quam] quam * **V** 49 <Te>-geatae *Bentleius, Zumpt*: precati **Σ**^{corr}: peccati geatae **V** *****: geatae **L**: non gravate *Modius* 50 Megalopolitanis] *Modius*: megalepolitam **P**: maegalepolitani **Σ** urbs] ubrs **L** obsessa erat] obsesserat **F** defectionis] dfectionis **L** *a. c.* 51 sociis] *Zumpt*: eius **ω**: reis *Heinsius* Achaei et Elei] *Gronovius*: achas eteli **PBFL**: achas seteli **V** 55 militarium] militarum **V** 56 otiique] -qu*e **L** excepere] excipere **P** *a. c.* 57 tempestiva] **Bo**: tempestativa **P**: intempestativa **P**^{corr}: intempestiva **Σ** perpotandi] perportandi **P** *a. c.*: perpotanti **F**: perpotendi **L** *a. c.* 58 pervigilandique] perpervig- **B** *a. c.* greges] *greges **L**

externum lapsa morem; quem[que] aemulatus quasi potiorem suo, ita popularium animos oculosque pariter offendit, ut a plerisque amicorum pro hoste haberetur. 3 Tenaces quippe disciplinae suae solitosque parco ac parabili victu ad inplenda naturae desideria defungi in peregrina et devictarum gentium mala inpulerat. 4 Hinc saepius conparatae in caput eius insidiae, secessio militum et liberior inter mutuas querellas dolor, ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones, quas excitabat inconsultus pavor, ceteraque his similia, quae deinde dicentur. 5 Igitur cum tempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret, satietatem epularum ludis interpellabat non contentus artificum, quos e Graecia exciverat, turba[e]: quippe captivae iubebantur suo ritu canere inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen. 6 Inter quas unam rex saepe conspexit maestiorem quam ceteras et producentibus eam verecunde reluctantem. Excellens erat forma et formam pudor honestabat: deiectis in terram oculis et, quantum licebat, ore velato, suspicionem praebuit regi nobiliorem esse, quam ut inter convivales ludos deberet ostendi. 7 Ergo interrogata, quaenam esset, neptim se Ochi, qui nuper regnasset in Persis, filio eius genitam esse respondit, uxorem Hystaspis fuisse; propinquus hic Darei fuerat, magni et ipse exercitus praetor. 8 Adhuc in animo regis tenues reliquiae pristini moris haerebant: itaque fortunam regia stirpe genitae et tam celebre nomen [neptem] Ochi reveritus, 9 non dimitti

PBoMbBFLV

59 quem[que] *Bruno*: quem ille *Hedicke:* quem qu<id>e<m> *Bardon* 60 amicorum] ami**orum **L** 62 desideria] desideri*a **L** 63 devictarum] evictarum **P**: victarum **BoMb** inpulerat] inpelerat **L** *a. c.* Hinc] hunc **L** *a. c.* saepius] -ae- **L** *corr. in ras.* 64 querellas] querelas **B**^{corr} 66 deinde] inde **P** *a. c.* tempestivis] intempestivis **P**^{corr}**Σ** 67 dies] *om.* **P** *a. c.* interpellabat] -pellebat **P** *a. c.* 68 e] ae **P** *a. c.* **F** Graecia] graegia **F** *a. c.* exciverat] excitaverat **P** *a. c.* **B** *a. c.* turba[e] *Bruno (*turb*ae **L***)* 70 peregrinis] peregrinus **L** *a. c.* rex saepe] *Hedicke*: rex ipse **ω**, *def. Müller*: mox ipse *Stangl*: rex forte *Vogel:* ipse *Bothe* 71 verecunde] veracunde **P** *a. c.* 72 honestabat] homne- **V** 74 convivales] conviviales **Σ***(in* **L** *deinde corr.)* ostendi] ostend*i **L** 75 neptim] neptem **P** *a. c.* **BoMb** 76 Hystaspis] *Lemaire*: hystapsis **P**: histapsis **Σ** propinquus] propinquis **P** *a. c.* **L** *a. c.* 77 et] et *** **V** animo] *an- **L** 79 [neptem] *om.* **O** *(*neptem Ochi *del. Modius)*

80 modo captivam, sed etiam restitui ei suas opes iussit, virum quoque requiri, ut reperto coniugem redderet. Postero autem die praecepit Hephaestioni, ut omnes captivos in regiam iuberet adduci. Ibi, singulorum nobilitate spectata, secrevit a vulgo, quorum eminebat genus. M hi fuerunt; inter quos repertus est Oxathres, Darei frater, non illius fortuna quam 85 indole animi sui clarior. [10] XXVI <milia> talentum proxima praeda redacta erant; e quis duodecim milia in congiarium militum absumpta sunt, par huic pecuniae summa custodum fraude subtracta est. [11] Oxydates erat nobilis Perses, qui, a Dareo capitali supplicio destinatus, cohibebatur in vinculis; huic liberato satrapeam Mediae attribuit fratremque Darei 90 recepit in cohortem amicorum, omni vetustae c<l>aritatis honore servato.

[12] Hinc in Parthienen perventum est, tunc ignobilem gentem, nunc caput omnium, qui post Euphraten et Tigrim amnes siti Rubro mari terminantur. [13] Scythae regionem campestrem ac fertilem occupaverunt, graves adhuc accolae. Sedes habent et in Europa et in Asia: qui super 95 Bosphorum colunt, adscribuntur Asiae, at qui in Europa sunt a laevo Thraciae latere ad Borysthenem atque inde ad Tanaim [alium amnem] recta plaga attinent. [14] Tanais Europam et Asiam medius interfluit. Nec dubitatur, quin Scythae, qui Parthos condidere, non a Bosphoro sed ex VI

PBoMbBFLV

80 captivam] captiuuam **F**: capti*vam **L** virum] utrum **P** *a. c.* 81 Hephaestioni] *ed. Lugd.*: ephistioni **P**: ephestioni **Σ** 82 captivos] captiuuos **F** Ibi] ubi **P**^{corr} 83 M] *om.* **L** *a. c.* 84 Oxathres] oxathtres **L** 85 *ordinem capitum 10-11 mutat Bardon* <milia> *add.* **Bo** redacta] *Bruno*: reducta **ω** 86 e quis] **ς**: quis e **ω**: omnino *Hedicke*: cuius summae *Hug* congiarium] congiarum **L** *a. c.* absumpta] **Bo**: adsumpta **ω** 87 par] per **V** Oxydates] *Aldus*: oxid- **ω** 88 nobilis] nobiles **P** *a. c.* qui] *om.* **P** *a. c.* **BoMb** *probat Kinch* 89 liberato] liberto **P**^{corr}**B** Mediae] mediae** **P** 90 recepit] recoepit **P** omni] omne **P** *a. c.* vetustae] vetustate **PBo** c<l>aritatis **O** 91 Parthienen] **ς**: -em **ω** 92 qui] quo **L** *a. c.* Tigrim] tygrim **BV** 93 Scythae] schythae **F** campestrem] -ram **L** occupaverunt] occupaverant *Hedicke* 94 Europa] erupa **P** *a. c.*: eoropa **V** 95 at qui] atque **P** *a. c.* 96 Thraciae] thraeciae **P** Borysthenem] *Laetus*: boristhenem **P**: boristenem **BFL**^{corr}**V**: borisenem **L** [alium amnem] *del. Quicherat, Vogel*: alium *del. Hedicke*: altum amnem *Jeep* 97 Tanais ... interfluit] *del. Bothe* Europam] europiam **P** interfluit] interfuit **L** *a. c.* 98 Scythae] **B**^{corr}: scithae **PB**: scitae **FLV** sed] -d **L**^{corr} *in ras.*

Europae regione penetraverint. [15] Urbs erat ea tempestate clara Hecatom-
pylos, condita a Graecis; ibi stativa rex habuit, commeatibus undique 100
advectis. Itaque rumor, otiosi militis vitium, sine auctore percreb<r>uit
regem contentum rebus, quas gessisset, in Macedoniam protinus redire
statuisse. [16] Discurrunt lymphatis similes <in> tabernacula et itineri
sarcinas aptant: signum datum crederes, ut vasa colligerent. Totis castris
tumultus hinc contubernales suos requirentium, hinc onerantium plaustra 105
<...> perfertur ad regem. [17] Fecerant fidem rumori temere vulgato Graeci
milites redire iussi domos; quorum equitibus singulis denarium sena milia
<cum distributa essent, peditibus singula,> ipsis quoque finem militiae
adesse credebant. [18] Haud secus, quam par erat, territus, qui Indos atque
ultima Orientis peragrare statuisset, praefectos copiarum in praetorium 110
contrahit obortisque lacrimis ex medio gloriae spatio revocari se, victi
magis quam victoris fortunam in patriam relaturum, conquestus est;
[19] nec sibi ignaviam militum obstare, sed deum invidiam, qui fortissimis
viris subitum patriae desiderium admovissent, paulo post in ea<n>dem
cum maiore laude famaque redituris. [20] Tum vero pro se quisque operam 115
suam offerre, difficillima quaeque poscere, polliceri militum quoque
obsequium, si animos eorum leni et apta oratione permulcere voluisset:
[21] numquam infractos et abiectos recessisse, quotiens ipsius alacritatem
et tanti animi spiritus haurire potuissent. Ita se facturum esse respondit;

PBoMbBFLV

99 Europae] eruropae **F** *a. c.* Hecatompylos] *Bruno*: haecathonphilos **ω** 100 stativa] stativam **PBo** 101 percreb<r>uit **M** 102 contentum] contemtum **B** *a. c.* 103 Discurrunt ... ad regem] *post* adesse credebant *(l. 109) transp. Kinch* lymphatis] limphatis **FLV** *(*-antis **P**^{corr} **B**^{corr}*)* similes] simile **L** *a. c.* <in> *add.* **ς** itineri] itineris **Σ** 104 signum datum] signo dato **B**^{corr} Totis castris] *sunt qui post* castris *interpungant* 105 suos] suo **L** *a. c.* onerantium] -e- **L**^{corr} *in ras.* 106 <...> *lac. indic. Lucarini* 108 <cum distributa essent, peditibus singula> *add. Zander*: <cum data essent, peditibus singula milia> *add. Hedicke*: <peditibus singula dederat milia> *add. Vogel* 109 par erat] parabat **P** *a. c. ut vid.* **Mb**: parebat **ColSigBo** territus] territos **P** *a. c.* **BoMb** atque] ad- **L** 110 praefectos] praefecto **L** *a. c.* 111 lacrimis] lac**rimis **L** 114 ea<n>-dem **OBoMb** 117 leni] lieni **P** 118 recessisse] recesse **P** *a. c.* 119 animi] animis **L** spiritus] *ita* **L**^{corr} *in ras.* potuissent] potuisset **P** *a. c.* respondit] -it **L**^{corr} *in ras.*

120 illi modo vulgi aures praeparent sibi. Satisque omnibus, quae in rem videbantur esse, conpositis, vocari ad contionem exercitum iussit, apud quem talem orationem habuit:

III «Magnitudinem rerum, quas gessimus, milites, intuentibus vobis vii
125 minime mirum est et desiderium quietis et satietatem gloriae occurrere. [2] Ut omittam Illyrios, Triballos, Boe<o>tiam, Thraciam, Spartam, Achaeos, Peloponnesum, quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque perdomui, [3] ecce orsi bellum ab Hellesponto Ionas, Aeolidem servitio barbariae inpotentis exemimus, Cariam, Lydiam, Cappadociam,
130 Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pisidas, Ciliciam, Syriam, Ph<o>enicen, Arm[o]eniam, Persidem, Medos, Parthienen habemus in potestate. [4] Plures provincias conplexus sum, quam alii urbes ceperunt, et nescio an enumeranti mihi quaedam ipsa[rum] rerum multitudo subduxerit. [5] Itaque, si crederem satis certam esse possessionem terrarum,
135 quas tanta velocitate domuimus, ego vero, milites, ad p[o]enates meos, ad parentem sororesque et ceteros cives vel retinentibus vobis erumperem, ut ibi potissimum parta vobiscum laude et gloria fruerer, ubi nos uberrima victoriae praemia expectant, liberum, coniugum parentumque laetitia,

PBoMbBFLV

120 praeparent] praepararent **Σ** 121 vocari] vocari* **P** *(fort. v.* ad *bis scripserat)* 124 intuentibus] intuen**tibus **L** 125 mirum] minum **L** *a. c.* desiderium] desiderio **L** *a. c.* et] *om.* **BoMb**: ad **L** 126 Illyrios] *Freinsheimius*: illirios **ω** Boe<o>tiam *Erasmus* Thraciam] traciam **P** 127 Peloponnesum] *Zarotus*: peloponnessum **P**: peloponessum **Mb**: peloponensum **BLV**: meloponensum **F** auspicioque] auspitiosque **P** *a. c.* 128 orsi] **BoMb**: orsum **ω** ab] **ς**: ad **ω** *(*Hellespontum **P**^{corr}**B**^{corr}*)* 129 barbariae] -ae **F**^{corr} *in ras.* inpotentis] **L**^{corr}: inponentes **P**: inpotentes **P**^{corr}**B**^{corr}**FLV**: potentes **B** exemimus] exeminus **L** *a. c.* Lydiam] lid- **Σ** Cappadociam] capadotiam **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 130 Phrygiam] **ς**: frigiam **PBLV**: frigyam **F** Paphlagoniam] **B**^{corr}: pappagoniam **P**: papflag- **P**^{corr}: papagoniam **Σ** Pamphyliam] *Aldus*: pamphiliam **ω** Pisidas] **BoMb**: pisides **ω** Syriam] **B**^{corr}: siriam **ω** 131 Ph<o>enicen **B**^{corr} Arm[o]eniam **BoMb** 132 alii] ali **P** *a. c.* ceperunt] coeperunt **PV** 133 enumeranti] enmeranti **L** *a. c.* ipsa[rum] *Vogel* 135 p[o]enates **B**^{corr} 136 parentem] parentes **B**^{corr} cives] *om.* **F** *a. c.* 137 parta] porta **P** *a. c.* 138 laetitia] laetia **B**

pax, quies, rerum per virtutem partarum secura possessio. [6] Sed in novo et, si verum fateri volumus, precario imperio, adhuc iugum eius rigida cervice subeuntibus barbaris, tempore, milites, opus est, dum mitioribus ingeniis inbuuntur et efferatos melior consuetudo permulcet. [7] Fruges quoque maturitatem stato tempore expectant: adeo etiam illa sensus omnis expertia tamen sua lege mitescunt. [8] Quid? Creditis tot gentes alterius imperio ac nomine adsuetas, non sacris, <non> moribus, non commercio linguae nobiscum cohaerentes eodem proelio domitas esse, quo victae sunt? Vestris armis continentur, non suis moribus et, qui praesentes metuunt, in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas captas et inclusas, quia ipsarum natura non potest, longior dies mitigat. VIII [9] Et adhuc sic ago, tamquam omnia subacta sint armis, quae fuerunt in dicione Darei. Hyrcaniam Naba<r>zanes occupavit, Bactra non possidet solum parricida Bessus, sed etiam minatur; Sogdiani, Dahae, Massagetae, Sacae, Indi sui iuris sunt. [10] Omnes hi, simul terga nostra viderint, illos sequentur: illi enim eiusdem nationis sunt, nos alienigenae et externi. Suis <quis>que autem placidius paret, etiam cum is praeest, qui magis timeri potest. [11] Proinde aut, quae c[o]epimus, omittenda sunt aut, quae non habemus, occupanda. Sicut in corporibus aegris, milites, nihil, quod nociturum est, medici relinquunt, sic nos, quidquid obstat imperio, recidamus. Parva saepe scintilla contempta magnum excitavit

PBoMbBFLV

139 possessio] pospessio **F** 140 fateri] fater **L** *a. c.* imperio] *om.* **P** *a. c.* rigida] regida **P** *a. c.* **L** *a. c.* 143 stato] *Freinsheimius*: stuto **P**: statuto **Σ** adeo] eo **L** *a. c.* 144 expertia] experita **P**: expercita **P**^{corr} Creditis] credi*tis **P**: credistis **L** *a. c.*: credi**is **L**^{corr} 145 <non> *add. Laetus* 147 et] *Modius*: sed **ω** 148 feris] feri*s **P** 151 Hyrcaniam] hircaniam **PBL** Naba<r>zanes **V**^{corr} Bactra] **B**: bacthra *rell.* 152 minatur] mintur **L** *a. c.*: <inde> minatur *Vogel:* parricida Bessus non possidet solum Bactra, sed e. m. *expect. Lucarini* Sogdiani, Dahae] *Bruno (praeeuntibus recentioribus)*: socdianidae **P**: sogdianidae **BF**^{corr}**LV**: sognianidae **F** 153 Massagetae] messagetae **P** *a. c.* **B** *a. c.* Sacae] *Bruno*: sagae **ω** 154 viderint] **O**: viderunt **ω**: videbunt **BoMb** illos sequentur] *Jeep*: sinequentur **P**: sisequentur **P**^{corr}**Σ**: insequentur *Heinsius* alienigenae] **B**^{corr}**FL**^{corr}**V**: alieniginae **P**: aligenigenae **BLV**^{corr} 155 <quis>que **ColSigBoMb** placidius] placidus **P** *a. c.* is] his **PLV** 156 timeri] meri **P** *a. c.* c[o]epimus **OBoMb** omittenda] comittenda **B** *a. c.*: amittenda **B**^{corr} 158 medici] -ci* **F** 159 recidamus] recedamus

160 incendium. Nil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorem neglegentia facias. [12] Ne Dareus quidem hereditarium Persarum accepit imperium, sed in sedem Cyri beneficio Bagoae, castrati hominis, admissus <est>: ne vos magno labore credatis Bessum vacuum regnum occupaturum. [13] Nos vero peccavimus, milites, si Dareum ob hoc vicimus, ut IX
165 servo eius traderemus imperium, qui, ultimum ausus scelus, regem suum, etiam externae opis egentem, certe cui nos victores pepercissemus, quasi captivum in vinculis habuit, ad ultimum, ne a nobis conservari posset, occidit. [14] Hunc vos regnare patiemini? Quem equidem cruci adfixum videre festino, omnibus regibus gentibusque et fidei, quam violavit,
170 meritas poenas solventem. [15] At, hercules, si mox eundem Graecorum urbes aut Hellespontum vastare nuntiatum erit vobis, quo dolore adficiemini Bessum praemia vestrae occupavisse victoriae? Tunc ad repetendas res festinabitis, tunc arma capietis. Quanto autem praestat territum adhuc et vix mentis suae compotem opprimere! [16] Quadridui
175 nobis iter superest, qui tot proculcavimus nives, tot amnes superavimus, tot montium iuga transcucurrimus. Non mare illud, quod exaestuans iter fluctibus occupat, euntes nos moratur, non Ciliciae fauces et angustiae includunt: plana omnia et prona sunt. In ipso limine victoriae stamus. [17] Pauci nobis fugitivi et domini sui interfectores supersunt. Egregium,
180 mehercule, opus et inter prima gloriae vestrae numerandum posteritati famaeque tradetis, Dareum quoque hostem, finito post mortem illius odio, [parricidas] esse vos ultos, neminem impium effugisse vestras

PBoMbBFLV

P *a. c.*

160 Nil] ni **L** *a. c.*: nihil **V** hoste] hostem **P** *a. c.* spreveris] spraeveris **PF**: speraveris **B** *a. c.* 161 facias] -ies **P**^{corr} Dareus] da**reus **L** 162 Cyri] curi **FV**: ciri **F**^{corr} hominis] -nes **F** *a. c.* 163 <est> *add.* **O** 164 si Dareum] *om.* **F** *a. c.* 165 ultimum] ultimam **P** *a. c.* 169 gentibusque] gentibus **P** *a. c.* 170 meritas] merita **L** *a. c.* At] ad **P** *a. c.* hercules] hercule **P**^{corr}**Σ** 174 Quadridui] quatridui **Σ** 176 transcucurrimus] transcurrimus **P** *a. c.* **BoMb** illud] -ll- **L**^{corr} *in ras.* quod] quo **P** exaestuans] exaestueans **L** *a. c.* 177 fauces] fasces **P** *a. c.* 179 Egregium] gregium **L** *a. c.* 180 opus] opus * **V** posteritati] posteritate **P** *a. c.* 181 Dareum quoque hostem] Darei quoque hostis *Bruno* finito] inf- **P** *a. c.* 182 odio] hodio **P** [parricidas] *del.*

manus.[18] Hoc perpetrato, quanto creditis Persas obsequentiores fore, cum intellexerint vos pia bella suscipere et [Bessi] sceleri, non nomini suo irasci?» 185

x **IV** Summa militum alacritate iubentium, quocumque vellet, duceret, oratio excepta est. [2] Nec rex moratus impetum tertioque [per Parthienen] die ad fines Hyrcaniae penetrat, Cratero relicto cum iis copiis, quibus praeerat et ea manu, quam Amyntas ducebat, additis DC equitibus et tot- 190 idem sagittariis, ut ab incursione barbarorum Parthienen tueretur. [3] Erigyium inpedimenta, modico praesidio dato, campestri itinere ducere iubet. Ipse cum phalange et equitatu CL stadia emensus castra in valle, qua Hyrcaniam adeunt, communit. Nemus praealtis densisque arboribus umbrosum est, pingue vallis solum rigantibus aquis, quae ex petris imminentibus 195 manant. [4] Ex ipsis radicibus montium Ziobetis amnis effunditur, qui tria fere stadia in longitudinem universus fluit, deinde saxo, quod alveolum interpellat, repercussus, duo itinera velut dispensatis aquis aperit. [5] Inde torrens et saxorum, per quae incurrit, asperitate violentior terram praeceps subit. Per CCC stadia conditus labitur rursusque, velut ex alio 200 fonte conceptus, edit<ur> et novum alveum intendit priore sui parte spatiosior [6] (quippe in latitudinem X et trium stadiorum diffunditur),

PBoMbBFLV

*Freinsheimius (*pari- **V** *a. c.)*: parricidae caede *Bentleius*: <occidendo> parricidas *Blomgren* 183 fore] forte **F** *a. c.* **L** *a. c.* **V** 184 suscipere] suspicere **V** [Bessi] *del. Lucarini* 187 iubentium] *Bruno*: subeuntium **ω**: subinde iubentium *Walter* duceret] **P** *a. c.* **F** *a. c.*: ducere *rell.* 188 tertioque] tertio quem **P** [per Parthienen] *del. Lucarini (*per *om.* **P** *a. c.* : per parti*enen **L***)* 189 Hyrcaniae] hir- **Σ** iis] is **B**: hiis **P**^{corr}: his **FLV** 190 ea] *Freinsheimius*: ex **ω** Amyntas] **P**^{corr}: manyntas **P**: amintas **BFL**^{corr}**V**: amitas **L** DC] $\overline{DC}$ **P** 191 Parthienen] partheenen **P**: parthyenen **P**^{corr}: partienen **BLV** Erigyium] *Glareanus*: phrygum **P**: phrigum **BV**: frigum **F**: prhigum **L** 192 dato] datoque **L** *a. c.* 193 equitatu] -tum **P** stadia emensus] stadeae mensus **P** *a. c.* qua] que **P** *a. c.* Hyrcaniam] hir- **BLV** 195 pingue] -i- **B**^{corr} *in ras.* aquis] equis **L** *a. c.* 196 Ziobetis] Ziboetes *Stangl*: Stiboetes *Hedicke* 197 tria] tr*ia **L** fluit] fuit **L** *a. c.* 201 conceptus] conceptas **P** *a. c.* edit<ur> **L**^{corr} sui] suo **L** *a. c.* 202 latitudinem] altitudinem **P** *a. c.* **V**

rursusque angustioribus coercitus ripis iter cogit. Tandem in alterum
amnem cadit: Rhidagno nomen est. [7] Incolae adfirmabant, quaecumque
205 demissa essent in cavernam, quae prop[r]ior est fonti, rursus, ubi aliud
os amnis aperitur, existere. Itaque Alexander duos <...>, qua subeunt a-
quae terram, praecipitari iubet, quorum corpora, ubi rursus erumpit,
expulsa videre, qui missi erant, ut exciperent.

[8] Quartum iam diem eodem loco quietem militi dederat, cum litte- XI
210 ras Nabarzanis, qui Dareum cum Besso interceperat, accepit, quarum
sententia haec erat: se Dareo non fuisse inimicum, immo etiam, quae
credidisset utilia esse, suasisse et, quia fidele consilium regi dedisset, prope
occisum ab eo. [9] Agitasse Dareum custodiam corporis sui contra ius fas-
que peregrino militi tradere, damnata popularium fide, quam per du-
215 centos et triginta annos inviolatam regibus suis praestitissent. [10] Se in
praecipiti et lubrico stantem consilium a praesenti necessitate repetisse.
Dareum quoque, cum occidisset Bagoan, hac excusatione satisfecisse
popularibus, quod insidiantem interemisset. [11] Nihil esse miseris
mortalibus spiritu carius: amore eius ad ultima esse propulsum. Sed ea
220 magis esse secutum quam optasse. [12] In communi calamitate suam
quemque habere fortunam. Si venire se iuberet, sine metu esse venturum.
Non timere, ne fidem datam tantus rex violaret: deos a deo falli non
solere. [13] Ceterum si, cui fidem daret, videretur indignus, multa exilia

PBoMbBFLV

203 coercitus] coher- **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* cogit] -t **L**^{corr} *in ras.* 204 cadit] **L**^{corr}: -dat **ω** Rhidagno] rid- **Σ** quaecumque] **ColSigBoMb**: qui- **ω** 205 demissa] *Bothe*: di- **PColSigBoMb**: dimissi **P**^{corr}**Σ**: demissi *Iunius* prop[r]ior **P**^{corr}**B**^{corr} ubi] subi **PV** 206 duos] boves *Bentleius* <...> *lac. iam animadv.* **ς** *qui suppl.* <tauros>: <equos> *add. Müller*: <damnatos> *add. Alanus* qua] quas **P** *a. c.* **F** *a. c.* 207 erumpit] e*rumpit **L** 210 Nabarzanis] **B**^{corr}: nabazanes **P**: nabazanis **P**^{corr}**Σ** *(-z-* **L**^{corr} *in ras.)* accepit] accipit **P**^{corr}**Σ** 212 credidisset] credidiset **P** suasisse] suasisse ** **L** quia] qua **L** *a. c.* 213 contra ius] contrarius **F** *a. c.* 214 ducentos et triginta] *Bruno*: $\overline{\text{ii}}$ et ccc **ω** 215 inviolatam] invol- **P** *a. c.* 220 quam optasse] *Bentleius, Zumpt*: quae optasset **ω**: <quae opus fuisset quam> quae optasset *Vogel* 222 datam] datus **V** *a. c.* falli non] falli*n*on **P** *(fort. fuit* fallere*)* 223 indignus] *primum* -n- **V**^{corr} *in ras.*

patere fug<i>enti: patriam esse, ubicumque vir fortis sedem sibi elegerit. [14] Nec dubitavit Alexander fidem, quo Persae modo accipiebant, dare, 225
XII inviolatum, si venisset, fore. Quadrato tum agmine et conposito ibat, speculatores subinde praemittens, qui explorarent loca. [15] Levis armatura ducebat agmen, phalanx eam sequebatur, post pedites erant inpedimenta. Et gens bellicosa et naturae situs difficilis aditu curam regis intenderat. [16] Namque perpetua vallis iacet usque ad mare Caspium patens, quo 230 terrae eius velut brachia excurrunt: media flexu modico sinum faciunt lunae maxime similem, cum eminent cornua, nondum totum orbem sidere inplente. [17] Cercetae et Mossyni et Chalybes a laeva sunt et ab altera parte Leucosyri et Amazonum campi; et illos, qua vergit ad septentrionem, hos ad occasum conversa prospectat. [18] Mare Caspium, 235 dulcius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes alit; piscium in eo longe diversi ab aliis colores. Quidam Caspium, quidam Hyrcanium appellant; alii sunt, qui Maeotiam paludem in id cadere putent et argumentum adferant aquam, quod dulcior sit quam cetera maria, infuso paludis humore mitescere. [19] A septentrione ingens in litus mare incumbit lon- 240 geque agit fluctus et magna parte exaestuans stagnat. Idem alio caeli statu recipit in se fretum eodemque impetu, quo effusum est, relabens terram

PBoMbBFLV

224 fug<i>enti **B**^{corr}**L**^{corr} 226 inviolatum] involatum **L** *a. c.* tum] *Hedicke*: tamen **ω**: *possis et ante* Quadrato *lac. indicare* conposito] inconposito **V** 227 speculatores] speculatos **L** *a. c.* subinde] supinde **B** *a. c.* 228 phalanx] phalanxi **V** erant] eran **L** 230 vallis] valles **Σ** mare] more **P** *a. c.* quo] *Stangl*: duo **ω**: <quo> duo *Vogel* 231 terrae eius] *scil. Hyrcaniae* modico] modica **L** sinum] -n- **L**^{corr} *in ras.* 233 Chalybes] *Erasmus*: calibes **ω**: chalibes **B**^{corr} et] *del. Castiglioni* 234 illos] illo **P** *a. c.* 235 hos] os **P** *a. c.* 236 dulcius] dulcis **P** *a. c.* **F** *a. c.*: dulcus **V** ceteris] ceteris mare caspium dulce est ceteris **L** magnitudinis] ma**gnitudinis **L** piscium] picium **V** 237 aliis] alis **B**, *ut vid.* colores] *Köhler*: colorem **ω**: color est **P**^{corr}**B**^{corr} Hyrcanium] hyrcaniam **P** *a. c.*: hyrcanum **MbV** *a. c.* 238 alii] *del. Kinch* putent] pu*tent **L** 239 adferant] *Hedicke*: adferent **ω** quod] quo **PColSigBoB** 240 mitescere] mittescere **P**: intescere **V** ingens] ing<ru>ens *Vogel* 241 fluctus] fluctis **P** *a. c.* exaestuans] exestuens **V** statu] stratu **P** *a. c., quo?* 242 recipit] recepit **PMbL** *a. c.* eodemque] edeodemque **P** relabens] relabans **L** *a. c.*

naturae suae reddit. Et quidam credidere non clausum mare esse, sed ex
India in Hyrcaniam cadere, cuius fastigium, ut supra dictum est, per-
245 petua valle submittitur. [20] Hinc rex xx stadia processit semita prope- XIII
modum invia, cui silva inminebat, torrentesque et eluvies iter mora-
bantur. Nullo tamen hoste obvio penetrant, tandemque ad cultiora
perventum est. [21] Praeter alios commeatus, quorum tum copia regio
abundabat, pomorum quoque ingens modus nascitur et uberrimum
250 gignendis uvis solum est. [22] Frequens arbor faciem quercus habet, cuius
folia multo <mane> melle tinguntur, sed, nisi solis ortum incolae
occupaverint, vel modico tepore sucus extinguitur. [23] xxx hinc stadia
processerat, cum Phrataphernes ei occurrit seque et eos, qui post Darei
mortem <ad eum> profugerant, dedens; quibus benigne exceptis, ad
255 oppidum Arvas pervenit. Hic ei Craterus et Erigyius occurrunt. [24] Prae-
fectum Ta<p>urorum gentis, Phradatem, adduxerant; hic quoque in fidem
receptus multis exemplo fuit experiendi clementiam regis. [25] Satrapen
deinde Hyrcaniae dedit Manapin: exul hic regnante Ocho ad Philippum
259 pervenerat. Ta<p>urorum quoque gentem Phradati reddidit.

261 V Iamque ultima Hyrcaniae intraverat, cum Artabazus, quem Dareo XIV
fidissimum fuisse supra diximus, cum propinquis Darei ac suis liberis

PBoMbBFLV

243 quidam] quidem **V** clausum] *Vogel*: caspium **ω** 244 Hyrcaniam] Hyrcaniam <Oceanum> *Hedicke* 245 submittitur] summititur **P** *a. c.* 246 inminebat] inmnebat **L** *a. c.* 247 penetrant] penetrat **P**^{corr}**Σ**: penetratum *Bentleius* cultiora] **Bo**: *ultiora **P**: ulteriora **P**^{corr}**BFL**: ultierora **V** 248 regio] regia **L** *a. c.* 249 abundabat] ha- **P** 250 uvis] uvus **P** *a. c.*: vitis **Mb**: huius **V** habet] ab- **L** 251 multo] mane *Eussner* <mane> *add. Kinch* tinguntur] tingentur **L** *a. c.* 252 tepore] tempore **PBoMb** 253 Phrataphernes] -ta- **P**^{corr}*in ras*: phratafernes **Σ** et] *om.* **L** *a. c.* 254 <ad eum> *add. Lucarini* benigne] bengne **L** *a. c.* 255 Hic] hi*c **P** Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** Praefectum] **B**^{corr}: praefecto **ω** 256 Ta<p>urorum *Aldus* Phradatem] pharadatem **PFL**^{corr}**V**: pahr- **L** 257 receptus] receptu **P** *a. c., ut vid.* exemplo] exemplum **L** *a. c.* 258 dedit] rededit **P** *a. c.* Manapin] manapi **P**^{corr}**Σ**: Amminaspin *Fuhr* Philippum] philippium **L** 259 Ta<p>urorum *Aldus* quoque] quo **B** *a. c.* gentem] centem **P** *a. c.* Phradati] pharadati **PF** *(*-i **F**^{corr} *in ras.)* **L**: pharadatin **V** 261 ultima] rex ultima **P**^{corr}**B**^{corr}: ex ultima **B**

modicaque Graecorum militum manu occurrit. [2] Dextram venienti obtulit rex: quippe et hospes Philippi fuerat, cum, Ocho regnante, exularet et hospitii pignora in regem suum ad ultimum fides conservata vincebat. 265
[3] Comiter igitur exceptus: «Tu quidem,» inquit «rex, deos quaeso, perpetua felicitate floreas; ego ceteris laetus hoc uno torqueor, quod praecipiti senectute diu frui tua bonitate non possum.» Nonagesimum et quintum annum agebat. [4] Novem iuvenes, omnes eadem matre geniti, patrem comitabantur; hos Artabazus dexterae regis admovit, precatus ut 270
tam diu viverent, donec utiles Alexandro essent. [5] Rex pedibus iter plerumque faciebat; tunc admoveri sibi et Artabazo equos iussit, ne ipso
XV ingrediente pedibus senex equo vehi erubesceret. [6] Ut deinde castra sunt posita, Graecos, quos Artabazus adduxerat, convocari iubet; at illi, nisi fides Lacedaemoniis quoque et Sinopensibus daretur, respondent se, quid 275
agendum ipsis foret, deliberaturos. [7] Legati erant Lacedaemoniorum missi ad Dareum; quo victo, adplicuerant se Graecis mercede apud Persas militantibus. [8] Rex omissis sponsionum fideique pignoribus venire eos iussit, fortunam, quam ipse dedisset, habituros. Diu cunctati, plerisque consilia variantibus, tandem venturos se pollicentur. [9] At Democrates 280
Atheniensis, qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, desperata venia, gladio se transfigit. Ceteri, sicut constituerant, dicioni Alexandri ipsos se permittunt. [10] M et D milites erant, praeter hos legati ad Dareum missi XC. In supplementum distributus miles, ceteri remissi domum

PBoMbBFLV

263 militum] multum **L** *a. c.*: *fort.delendum* venienti] venenti **L** *a. c.* 264 hospes] os- **L** exularet] exultaret **P** 265 hospitii] ospitii **P** *a. c.* **L** *a. c.* 266 Comiter igitur] comite regitur **P** *a. c.* exceptus] rexce- **B** *a. c.* 269 agebat] egebat **L** *a. c.* iuvenes] iuvenis **L** *a. c.* matre] mate **L** *a. c.* 270 comitabantur] -batur **L** *a. c.* 272 faciebat] facebat **P** *a. c.* equos] equo **P** *a. c.* 274 Artabazus] artabatus **L** adduxerat] addeixerat **P** 275 et Sinopensibus] **ColSig**: est inopensibus **ω** *(et i- **P**corr**B**corr)* respondent] respondens **L** se] *Iunta*: si **ω** 276 Lacedaemoniorum] *del. Freinsheimius* 279 cunctati] *Lucarini*: cunctantes **ω** 280 At Democrates] ademocrates **L** *a. c.* 281 maxime] maxim **L** *a. c.* obstiterat] obterat **P** *a. c.* **L** *a. c.* desperata] desparata **P** 283 se permittunt] semper mittunt **B** *a. c.* **FV** M] *om.* **L** *a. c.* 284 XC] $\overline{\text{XC}}$ **P**

285 praeter Lacedaemonios, quos tradi in custodiam iussit. [11] Mardorum erat XVI
gens confinis Hyrcaniae, cultu vitae aspera et latrociniis adsueta; haec
sola nec legatos miserat nec videbatur imperata factura. Itaque rex
indignatus, si una gens posset efficere, ne invictus esset, inpedimentis
cum praesidio relictis, valida manu comitante procedit. [12] Noctu iter
290 fecerat et prima luce hostis in conspectu erat. Tumultus magis quam
proelium fuit: deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari pro-
fugerunt, proximique vici ab incolis deserti capiuntur. [13] Interiora re-
gionis eius haud sane adiri sine magna vexatione exercitus poterant: iuga
montium praealtae silvae rupesque inviae saepiunt; ea, quae plana sunt,
295 novo munimenti genere inpedierant barbari. [14] Arbores densae sunt de
industria consitae, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos in-
tortos rursus inserunt terrae; inde, velut ex alia radice, laetiores virent
trunci. [15] Hos, qua natura fert, adolescere non sinunt, quippe alium alii
quasi nexu conserunt; qui, ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt ter-
300 ram; itaque occulti ramorum velut laquei perpetua saepe iter cludunt.
[16] Una ratio erat caedendo aperire saltum, sed hoc quoque magni operis.
Crebri namque nodi duraverant stipites et in se inplicati arborum rami
suspensis circulis similes lento vimine frustrabantur ictus. [17] Incolae au-
tem, ritu ferarum virgulta subire soliti, tum quoque intraverant saltum
305 occultisque telis hostem lacessebant. Ille, venantium modo latibula XVII

PBoMbBFLV

285 Lacedaemonios] lacedaemon*ios **L** 286 adsueta] -a **L**corr *in ras.* haec] -ae- **L**corr *in ras.* 287 nec legatos] neglegatos **P**: nec glegatos **V** 288 esset] esse **V** 289 valida] *Mützell*: invicta **ω** *(*-ct- **F**corr *in ras.)*: multa *Haupt*: mixta *Alanus*: delecta *Zumpt*: lecta *Walter*: expedita *Faber*: reliqua *Freinsheimius* Noctu] -o- **L** *corr. in ras.* 290 fecerat] ferat **V** et] ex **P** *a. c.* erat] era **L** *a. c.* Tumultus] -tis **F** *a. c.* 291 collibus] callibus *Kinch* quos] quas **P** 292 vici] vi **L** *a. c.* incolis] in*colis **L** deserti] derti **L** 293 haud] aut **P**: haut **P**corr sane] sana **V** sine] sene **L** *a. c.* 294 plana] plena **Σ** 295 munimenti] monumenti **P** *a. c.* **F** *a. c.*: munumenti **V**corr 297 velut] *ita* **P**corr *in ras.* ex] dex **B**: de **B**corr 298 fert] fertur **P** *a. c.* 300 occulti] occultu **P**corr**Σ** laquei ... cludunt] laqueis perpetua saepes iter cludit *Sauppe* cludunt] cludit **P**corr**Σ** 302 namque] manque **P** duraverant] nudaverant **P** stipites] stipi **F** *a. c.* 303 suspensis] suspensas **L** *a. c.* circulis] vinculis *Cornelissen* frustrabantur] frusta- **L** *a. c.* 304 intraverant] -nt **L**corr *in ras.* 305 latibula] latibu**la **L**

scrutatus, plerosque confodit; ad ultimum circumire saltum milites iubet, ut, si qua pateret, inrumperent. [18] Sed ignotis locis plerique oberrabant exceptique sunt quidam, inter quos equus regis (Bucephalam vocabant), quem Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo aestimabat. Namque ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium et regem, cum (310) vellet escendere, sponte genua submittens, excipiebat credebaturque sentire, quem veheret. [19] Maiore ergo, quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, equum vestigari iubet et per interpretem pronuntiari, ni reddidissent, neminem esse victurum. Hac denuntiatione territi cum ceteris donis equum adducunt. [20] Sed, ne sic quidem mitigatus, caedi (315) silvas iubet adgestaque humo e montibus planitiem ramis inpeditam exaggerari. [21] Iam <in> aliquantum altitudinis opus creverat, cum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem suam

XVIII dedidere. Rex, obsidibus acceptis, Phradati parere eos iussit. [22] Inde quinto die in stativa revertitur. Artabazum deinde geminato honore, quem Dareus (320) habuerat ei, remittit domum. Iam ad urbem Hyrcaniae, in qua regia Darei fuit, ventum erat; ibi Naba<r>zanes, accepta fide, occurrit, dona ingentia ferens. [23] Inter quae Bagoas erat, specie singulari spado atque in ipso flore pueritiae, cui et Dareus adsuerat et mox Alexander adsuevit; eiusque maxime precibus motus Naba<r>zani ignovit. (325)

XIX [24] Erat, ut supra dictum est, Hyrcaniae finitima gens Amazonum, circa Thermodonta amnem Themiscyrae incolentium campos. [25] Reginam habebant Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin amnem

PBoMbBFLV

307 ignotis] ignotes **L** *a. c.* 311 escendere] ascendere **P**^{corr}**Σ**: descendere **ColSig** credebaturque] credebanturque **P** *a. c.* 312 veheret] uheret **L** *a. c.* ergo] *om.* **B** ira] iram **P** *a. c.* 313 vestigari] vestiga**ri **L** 314 Hac] ac **P** 315 ne] nec **Σ** sic] si **P** *a. c.*: *om.* **Mb** 316 adgestaque] adgestoque **P** *a. c.* **V** planitiem] planitiem** **L** 317 <in> *add. Acidalius* 318 desperato] desperati **P**^{corr}**Σ** 319 parere] *Freinsheimius*: tradere **ω**: <se> tradere *Watt* Inde] in **P** *a. c.* 320 stativa] stautiva **F** *a. c.* quem] quam **P** 321 regia] regiae **P** 322 Naba<r>zanes **M** 324 adsuerat] *Hedicke*: fuerat **PColSigBoMb**: adsuetus fuerat **Σ** *(*assue*t f. **L**, -us *add.* **L**^{corr}*)* 325 Naba<r>zani **M** ignovit] ig*novi*t **L** 327 Thermodonta] termodanta **Σ** Themiscyrae] themiscirae **V** 328 Caucasum] -c- **L**^{corr} *in ras.*

imperitantem. Haec, cupidine visendi regis accensa finibus regni sui exces-
330 sit et, cum haud procul abesset, praemisit indicantes venisse reginam ad-
eundi eius cognoscendique avidam. [26] Protinus facta potestate veniendi,
ceteris iussis subsistere, trecentis feminarum comitata processit atque, ut
primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiluit, duas lanceas dextera
praeferens. [27] Vestis non toto Amazonum corpori obducitur: nam laeva
335 pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur. Nec tamen sinus vestis,
quem nodo colligunt, infra genua descendit. [28] Altera papilla intacta ser-
vatur, qua muliebris sexus liberos alant; aduritur dextera, ut arcus facilius
intendant et tela vibrent. [29] Interrito vultu regem Thalestris intuebatur,
habitum eius haudquaquam rerum famae parem oculis perlustrans:
340 quippe omnibus barbaris in corporum maiestate veneratio est ma-
gnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie
donare natura dignata est. [30] Ceterum interrogata, num aliquid petere
vellet, haud dubitavit fateri ad communicandos cum rege liberos se
venisse, dignam, ex qua ipse regni generaret heredes; feminini sexus se
345 retenturam, marem reddituram patri. [31] Alexander, an cum ipso militare
vellet, interrogat; et illa causata sine custode regnum reliquisse petere
perseverabat, ne se inritam spei abire pateretur. [32] Acrior ad venerem
feminae cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. XIII dies
in obsequium desiderii eius absumpti sunt. Tum illa regnum suum, rex
350 Parthienen petiverunt.

PBoMbBFLV

330 haud] aut **P**: haut **P**corr   abesset] abessent **P** *a. c.*   indicantes] -e- **L**corr *in ras.*   331 eius] eis **P** *a. c.*: eos **ColSigBoMb**   potestate] potestas est *Hedicke*   332 trecentis] centis **B**   feminarum] femi*n- **L**   atque] ad- **L**   333 equo] e*quo **V**   lanceas] laceas **L** *a. c.*   335 sinus] sinu **P** *a. c.*   336 nodo] modo **PV**   Altera] alterna **P** *a. c.* **BoMb**   intacta] intecta **L**   337 sexus] sexu **L** *a. c.*   338 vibrent] ubrent **B** *a. c.*   Thalestris] ta- **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)*   intuebatur] -bantur **F** *a. c.*   339 haudquaquam] -quamquam **F**   perlustrans] perlustrant **P**   341 putant] patant **P** *a. c.*   342 donare] don*are **L**   344 generaret] gneraret **L** *a. c.*   345 reddituram] retdi- **L**   346 interrogat] interroget **P** *a. c.*   et] at **ς**   custode] custodiae **Σ** *(in* **BL** *deinde corr.)*   347 abire] *abire **L**   venerem] veneram **L** *a. c.*   348 quam regis] *del. Kinch*   ut] ac ut **P**corr**Σ**   perpulit] perpuli **L** *a. c.*   dies] *s. l. in* **V**   350 Parthienen] *Letellierius*: parthyenen **P**: parthienem **Σ**

xx VI Hic vero palam cupiditates suas solvit continentiamque et moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in superbiam ac lasciviam vertit. [2] Patrios mores disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam et civilem habitum, velut leviora magnitudine sua du- 355
cens, Persicae regiae par deorum potentiae fastigium aemulabatur: [3] iacere humi venerabundos ipsum paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium inbuere et captivis pares facere expetebat. [4] Itaque purpureum diadema distinctum albo, quale Dareus habuerat, capiti circumdedit vestemque Persicam sumpsit, ne omen quidem veritus, quod 360
a victoris insignibus in devicti transiret habitum. [5] Et ille se quidem spolia Persarum gestare dicebat, sed cum illis quoque mores induerat superbiamque habitus animi insolentia sequebatur. [6] Litteras quoque, quas in Europam mitteret, veteris anuli gemma obsignabat, iis, quas in Asia<m> scriberet, Darei anulus inprimebatur, ut adpareret unum animum 365
duorum non capere fortunam. [7] Amicos vero et equites unaque principes militum, aspernantes quidem, sed recusare non ausos, Persicis ornaverat vestibus. [8] Pelices CCC[C] et LX, totidem quot Darei fuerant, regiam inplebant; quas spadonum greges, et ipsi muliebria pati adsueti,
xxi sequebantur. [9] Haec luxu et peregrinis infecta moribus veteres Philippi 370
milites, rudis natio ad voluptates, palam aversabantur, totisque castris unus omnium sensus ac sermo erat, plus amissum victoria quam bello

PBoMbBFLV

352 vero] vero <rex> **B**^{corr} continentiamque] contenentiamque **P** *(alterum* -en- **P**^{corr}*in ras.)* 353 fortuna] fortunam **SigBoMbV** superbiam] super*****biam **L** 354 regum] regnum **P** *a. c.*: regium **L** 356 fastigium] fastigia **P** *a. c.* iacere ... ipsum] *del. Vogel* 357 venerabundos] *Vindelinus*: venerabundus **ω** ministeriis] nimisteriis **P** *a. c.* 358 expetebat] **ς**: expectabat **ω** 359 quale] quare **P** *a. c.* habuerat] ab- **L** 360 ne omen] **Mb**^{corr}: n**** **P**: ne omne **BoMb**: nemo non **P**^{corr}**Σ** 363 quas] quasi **P** *a. c.* 364 veteris] veteres **B** *a. c.* iis] hiis **P**^{corr}: his **Σ** Asia<m> **ς** 365 anulus] anu*lus **L** inprimebatur] inpraemebatur **P** ut] *om.* **P** *a. c.* adpareret] abpareret **P**: apareret **L** 366 unaque] **ColSigBoMb**: hi* *(*hii **P**^{corr}*)* namque **P**: hii namque **Σ** 367 ausos] aussos **P** ornaverat] *Vindelinus*: oneraverat **ω** 368 CCC[C] et LX *edd. vett.*: CCC et LXV *Vogel* totidem quot] totidemque **P**: totidem quod **P**^{corr}**V**: totidem **L** *a. c.* 369 adsueti] adsue*ti* **P** 370 Haec ... aversabantur] *om.* **V** *a. c.* Philippi] phylippi **F** 371 aversabantur] versabantur **PBo**

esse quaesitum: [10] <tum> cum maxime vinci ipsos dedique alienis moribus
et externis. Quo tandem ore domos quasi in captivo habitu reversuros?
375 Pudere iam sui regem: victis quam victoribus similiorem ex Macedo-
niae imperatore Darei satrapen factum. [11] Ille non ignarus et principes
amicorum et exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque
reparare temptabat; sed, opinor, liberis pretium servitutis ingratum est.
[12] Igitur, ne in seditionem res verteretur, otium interpellandum erat
380 bello, cuius materia op<p>ortune alebatur. [13] Namque Bessus, veste regia
sumpta, Artaxerxen appellari se iusserat Scythasque et ceteros Tanais acco-
las contrahebat. Haec Satibarzanes nuntiabat, quem receptum in fidem
regioni, quam antea obtinuerat, praefecit. [14] Et cum grave spoliis
apparatuque luxuriae agmen vix moveretur, suas primum, deinde totius
385 exercitus sarcinas, exceptis admodum necessariis, conferri iussit in
medium. [15] Planities spatiosa erat, in qua<m> vehicula onusta per-
duxerant. Expectantibus cunctis, quid deinde esset imperaturus, iumen-
ta iussit abduci suisque primum sarcinis face subdita ceteras incendi prae-
cepit. [16] Flagrabant exurentibus dominis quae, ut intacta ex urbibus hos-
390 tium raperent, saepe flammas restinxerant, nullo sanguinis pretium au-
dente deflere, cum regias opes idem ignis exureret. [17] Brevi deinde ra-
tio mitigavit dolorem, habilesque militiae et ad omnia parati laetabantur
sarcinarum potius quam disciplinae fecisse iacturam. [18] Igitur Bactrianam XXII
regionem petebant. Sed Nicanor, Parmenionis filius, subita morte

PBoMbBFLV

373 <tum> *add. Modius* vinci] -n- **L**[corr] *in ras.*: -i *add.* **L**[corr] dedique] deditos *Bentleius*
374 Quo tandem ore] *Jeep*: quo tante more **ω** reversuros] revisuros *Cornelissen* 377 gra-
viter] gravit* **P** liberalitate] liberalitate* **P** 378 temptabat] temptabatis **P** *a. c.*
380 bello] **OBoMb**: bellum **ω** op<p>ortune **Mb** 381 Artaxerxen] *Freinsheimius*:
artaxersen **PFLV**: artarxersen **B** Scythasque] scit- **L** 382 Satibarzanes] **P**[corr]**B**[corr]:
satabarzanes **ω** 383 regioni] -i- **L**[corr] *in ras.* 384 luxuriae] luxoriae **B** *a. c.* **L** *a. c.* **V**
385 conferri] **BoMb**: referre **ω**: referri *Vogel*: deferri *Heinsius* 386 qua<m> **BoMb**
vehicula] veic- **L** *a. c.* onusta] hon- **P** 388 face] facie **B** *a. c.* subdita] subdida
P *a. c.* 389 praecepit] *del. Kinch* Flagrabant] fraglabant **P** exurentibus] exurie-
V intacta] intacti **P** *a. c.* 390 flammas] flamas **V** sanguinis] saguinis **L**
391 ignis] ignes **L** *a. c.* 394 Parmenionis] parmoenionis **Σ** *(alterum -o- **L**[corr] in ras.)*

correptus, magno desiderio sui adfecerat cunctos. [19] Rex, ante omnes 395
maestus, cupiebat quidem subsistere funeri adfuturus, sed penuria
commeatuum festinare cogebat: itaque Philotas cum duobus milibus et
DC relictus, ut iusta fratri persolveret; ipse contendit ad Bessum. [20] Iter
facienti ei litterae adferuntur a finitimis satraparum, e quibus cognoscit
Bessum quidem hostili animo occurrere cum exercitu, ceterum 400
Satibarzanen, quem satrapeae Ariorum ipse praefecisset, defecisse ab eo.
[21] Itaque, quamquam Besso imminebat, tamen Satibarzanen opprimendum praeverti optimum ratus, levem armaturam et equestres
copias educit totaque nocte itinere strenue facto inprovisus hosti
supervenit. [22] Cuius cognito adventu, Satibarzanes cum duobus milibus 405
equitum (nec plures subito contrahi poterant) Bactra perfugit; ceteri
proximos montes occupaverunt. [23] Praerupta rupes est, qua spectat
occidentem; eadem, qua vergit ad orientem, leniore summissa fastigio,
multis arboribus obsita, perennem habet fontem, ex quo large aquae
manant. Circuitus eius XXX et duo stadia conprehendit. [24] In vertice 410
herbidus campus: in hoc multitudinem inbellem considere iubent; ipsi,
qua rupes <desi>erat, arborum truncos et saxa obmoliuntur. XIII milia
armata erant. [25] In quorum obsidione Cratero relicto, ipse Satibarzanen
XXIII sequi festinat. Et, quia longius abesse eum cognoverat, ad expugnandos
eos, qui edita montium occupaverant, redit. [26] Ac primo repurgari iu- 415

PBoMbBFLV

395 omnes] omnis **P** *a. c.* 396 penuria] penuri*a **L** 397 festinare] -a- **L**^{corr} *in ras.* 398 DC] $\overline{\text{DC}}$ **P** 399 facienti] faciendi **V** finitimis] **BoMb**: finibus **ω** satraparum] satrapharum **B** *a. c.*: sat*rap*arum **L**: satraphrarum **V** cognoscit] cognoscet **P** 400 exercitu] ex*ercitu **L** 401 satrapeae] *Hedicke (de h. v. iam cogit. Zumpt)*: satrapem **PBo**: satrapham **Σ**: satrapiae *Acidalius* Ariorum] oriorum **P** *a. c.* 402 tamen] tamem **L**: tamen <ad> *add. Vindelinus* 403 praeverti] praevertit **P** *a. c.* 404 itinere] itenere **L** *a. c.* 405 milibus] *om.* **L** *a. c.* 406 contrahi] contrai **P**: conthrahi **V** 407 occupaverunt] occupaverant **L** *a. c.* 410 manant] mantant **P** *a. c.*: manent **V** *a. c.* Circuitus] -cū- **P**^{corr} *in ras.* 411 herbidus] herbdus **L** *a. c.* inbellem] in bellum **P** *a. c.*: inbellium **Bo**: imbellum **Mb** 412 <desi>erat *Schefferus*: <de>erat *Heinsius*: <sed>erat *Acidalius*: patebat *Zumpt*: sedit *Hedicke* 413 Satibarzanen] satibarzamen **P**: satibarzanē **P**^{corr} 414 Et] At *Hedicke* 415 qui] qu **L** *a. c.* occupaverant] *Vindelinus*: occupaverunt **ω** repurgari] repugnari **PColSigBoMb**

bet, quidquid ingredi possent; deinde, ut occurrebant inviae cotes
praeruptaeque rupes, inritus labor videbatur obstante natura. [27] Ille, ut
erat animi semper obluctantis difficultatibus, cum et progredi arduum
et reverti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque
420 aliud (ita ut fieri solet, ubi prima quaeque damnamus) subiciente animo.
Haesitanti, quod ratio non potuit, fortuna consilium subministravit.
[28] Vehemens favonius erat et multam materiam ceciderat miles, aditum
per saxa molitus. Haec vapore torrido iam inaruerat; [29] ergo adgeri alias
arbores iubet et igni dare alimenta, celeriterque stipitibus cumulatis
425 fastigium montis aequatum est. [30] Tunc undique ignis iniectus cuncta
conprehendit. Flammam in ora hostium ventus ferebat, fumus ingens
velut quadam nube absconderat caelum. [31] Sonabant incendio silvae,
atque ea quoque, quae non incenderat miles, concepto igne proxima
quaeque adurebant. Barbari suppliciorum ultimum, si qua intermoreretur
430 ignis, effugere temptabant; sed, qua flamma dederat locum, hostis
obstabat. [32] Varia igitur caede consumpti sunt: alii in medio<s> ignes,
alii petris praecipitavere se, quidam hostium manibus obtulerunt, pauci
semustulati venere in potestatem.

[33] Hinc ad Craterum, qui Artacana obsidebat, redit. Ille, omnibus prae- XXIV
435 paratis, regis expectabat adventum, captae urbis titulo, sicut par erat, ce-
dens. [34] Igitur Alexander turres admoveri iubet, ipsoque aspectu barbari
territi e muris supinas manus tendentes orare coeperunt, iram in Sati-
barzanen, defectionis auctorem, reservaret, supplicibus semet dedenti-
bus parceret. Rex, data venia, non obsidionem modo solvit, sed omnia
440 sua incolis reddidit. [35] Ab hac urbe digresso supplementum novorum
militum occurrit: Zo<i>lus D equites ex Graecia adduxerat, III milia ex

PBoMbBFLV

416 cotes] totes **L** *a. c.* 419 esset] esse **P** *a. c.* se] se* **L** 420 damnamus] dampna- **FV** 422 materiam] meteriam **P** *a. c.* aditum] additum **L** *a. c.* **V** 423 torrido] **ς**: torrida **ω** iam inaruerat] iam inarserat *Sebisius*: flamma arserat *Hedicke* 424 dare] dari *Aldus, sed cf. 3.3.7* 428 atque] ad- **L** 431 caede] clade *Acidalius* medio<s> **BoMb** ignes] ignis **P**^{corr}**Σ** 432 praecipitavere] praecipitave **B** *a. c.* obtulerunt] ob*tulerunt **L** pauci semustulati] paucis semiustulati **Σ** *(-s in* **BL** *postea del.)* 433 venere] venenere **V** 441 Zo<i>lus *Bruno*

Illyrico Antipater miserat, Thessali equites C et XXX cum Philippo erant,
ex Lydia II milia et sescenti, peregrinus miles, advenerant, CCC equites
gentis eiusdem sequebantur. [36] Hac manu adiecta <adit> Drangas: bel-
licosa natio est. Satrapes erat Barzaentes, sceleris in regem suum particeps 445
Besso: is suppliciorum, quae meruerat, metu profugit in Indiam.

XXV **VII** Iam nonum diem stativa erant, cum externa vi non invictus modo
rex, sed tutus, intestino facinore petebatur. [2] Dymnus, modicae apud
regem auctoritatis et gratiae, exoleti, cui Nicomacho erat nomen, amore 450
flagrabat, obsequio uni sibi dediti corporis vinctus. [3] Is, quod ex vultu
quoque perspici poterat, similis attonito, remotis arbitris, cum iuvene
secessit in templum, arcana se et silenda adferre praefatus [4] suspensum-
que expectatione per mutuam caritatem et pignora utriusque animi rogat,
ut adfirmet iureiurando, quae commisisset, silentio esse tecturum. [5] Et 455
ille, ratus nihil, quod etiam cum periurio detegendum foret, indicatu-
rum, per praesentes deos iurat. [6] Tum Dymnus aperit in tertium diem
regi insidias conparatas seque eius consilii fortibus viris et inlustribus
esse participem. [7] Quis iuvenis auditis, se vero fidem in parricidium de-
disse constanter abnuit nec ulla religione, ut scelus tegat, posse constrin- 460
gi. [8] Dymnus et amore et metu amens, dexteram exoleti conplexus et

PBoMbBFLV

442 Illyrico] illirico **Σ** Thessali] tessali **F** et] et* **L** 443 ex] et **P** *a. c.* Lydia] **ς**: lid- **ω** milia] *om.* **P** sescenti] sexcenti **Σ** 444 Hac] hanc **P** *a. c.* <adit> *add. Hedicke (post* Drangas *iam Bentleius)* Drangas] *Bruno*: drancas **ω** *(-*c*as **L***)*: Drangas <petit> *Prohasel* 445 Barzaentes] *Modius*: barzaenses **P**: barzanenses **P**^{corr}**Σ** 446 suppliciorum] supli- **P** *a. c.* meruerat] mir- **P** *a. c.* 448 nonum] novum **P** *a. c.* **BoMb** stativa] stativae **P** *a. c.* **BoMb** cum] cum <ab> *Gronovius* externa] externa <a> *Kinch* non invictus modo rex, sed tutus] *Acidalius*: non tutus modo rex, sed invictus **ω** 449 Dymnus] dimnus **F** 450 auctoritatis] au- **L**^{corr} *in ras.* exoleti] ex*o- **P** Nicomacho] **Mb**: nichomacho **P**: nichomaco **Σ** 451 obsequio] obsiquio **P** *a. c.* vinctus] vi*nctus **L** Is] *is **P** 453 silenda] silenta **P** *a. c.*: silentia **LV** praefatus] -s **L**^{corr} *in ras.* 454 et] ex **L** *a. c.* 455 silentio] silentium **P** *a. c.* 456 periurio] periuro **V** *a. c.* 457 Dymnus] dimnus **LV** 458 insidias] inci- **P** *a. c.* 459 Quis] **BoMb**: qui **P**: quibus **P**^{corr}**Σ** se vero] «vel severe» **V**^{marg} parricidium] *Kinch*: parricidio **ω** 460 ut] -t **L**^{corr} *in ras.*

lacrimans, orare primum, ut particeps consilii operisque fieret; [9] si id
sustinere non posset, attamen ne proderet se, cuius erga ipsum be-
nivolentiae praeter alia hoc quoque haberet fortissimum pignus, quod
465 caput suum permisisset fidei adhuc inexpertae. [10] Ad ultimum aversari
scelus perseverantem mortis metu terret: ab illo capite coniuratos
pulcherrimum facinus incohaturos. [11] Alias deinde effeminatum et
muliebriter timidum, alias proditorem amatoris appellans, nunc ingentia
promittens, interdumque regnum quoque, versabat animum tanto fa-
470 cinore procul abhorrentem. [12] Strictum deinde gladium modo illius, mo-
do suo admovens iugulo, supplex idem et infestus, expressit tandem, ut
non solum silentium, sed etiam operam polliceretur. [13] Namque abunde
constantis animi et dignus, qui pudicus esset, nihil ex pristina voluntate
mutaverat, sed captum Dymni amore simulabat nihil recusare. [14] Sciscitari
475 inde pergit, cum quibus tantae rei societatem inisset: plurimum referre,
quales viri tam memorabili operi admoturi manus essent. [15] Ille et amore
et scelere male sanus simul gratias agit, simul gratulatur, quod fortissimis
iuvenum non dubitasset se adiungere, Demetrio, corporis custodi,
Peucolao, Nicanori; adicit his Aphobetum, Iolaum, Dioxenum,
480 Arc<h>epolim, Amyntam. [16] Ab hoc sermone dimissus Nicomachus ad (xxvi)
fratrem (Cebalino erat nomen), quae acceperat, defert. Placet ipsum

PBoMbBFLV

462 lacrimans] lacrimas **L** *a. c.* 464 praeter] paeter **V** fortissimum] font- **P** *a. c.* 465 inexpertae] exparte **P** *a. c.* 466 coniuratos] coniuratus **P** *a. c.* 467 incohaturos] *Aldus*: incoaturos **P**: inchoaturos **Σ** 468 alias] alia **P** *a. c.* nunc] nun **V** *a. c.* ingentia] -a *non bene disp. in* **P** 469 quoque] -o- **L**^{corr} *in ras.* 471 supplex] sup-pellex **B** *a. c.* tandem, ut] ut tandem **PBoMb**: ut **V** 472 operam] **B**^{corr}**L**^{corr}**V**^{corr}: aperam **ω**: asperam **P**^{corr}**B**^{corr} 474 captum] captus **Σ** Dymni] dimni **V** amore] **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr}**V**^{corr}: amarae **P**: amoe **BF**: amo **LV** recusare] recusar**re **L** *(ceterum* r- **L**^{corr} *in ras.)* Sciscitari] sciscitare **BoMb**: scistari **V** 477 quod] quid **P** *a. c.* fortissimis] fortissimus **Σ** 479 Peucolao] *Modius*: pauculao **ω** *(*peuc*ulao **L***)* Aphobetum] *Bruno*: apoebetum **ω** *(*aphoeb- **L**^{corr}*)* Iolaum] *Vogel*: ioceum **ω** Dio-xenum] *Vogel*: idoxenum **P**: idioxenum **P**^{corr}**BFL**: adioxenum **V**: Theoxenum *Hedicke* 480 Arc<h>epolim *Vindelinus* Amyntam] *h. v. sequitur ras. duarum litt. in* **P**: amintam **BF**: amintham **LV** 481 Cebalino] cebalinum **V**^{corr} erat] era*t **L** Placet] pacet **V** *a. c.* ipsum] ipsum in **P** *a. c.*

subsistere in tabernaculo, ne, si regiam intrasset, non adsuetus adire regem, coniurati proditos se esse resciscerent. [17] Ipse Cebalinus ante vestibulum regiae (neque enim propius aditus ei patebat) consistit, opperiens aliquem ex prima cohorte amicorum, a quo introduceretur ad regem. [18] Forte 485 ceteris dimissis unus Philotas, Parmenionis filius, incertum quam ob causam, substiterat in regia. Huic Cebalinus ore confuso, magnae perturbationis notas prae se ferens, aperit, quae ex fratre conpererat, et sine dilatione nuntiari regi iubet. [19] Philotas, conlaudato eo, protinus intrat ad Alexandrum multoque invicem de aliis rebus sermone con- 490 sumpto, nihil eorum, quae ex Cebalino cognoverat, nuntiat. [20] Sub vesperam eum prodeuntem in vestibulo regiae excipit iuvenis, an mandatum executus foret, requirens. [21] Ille, non vacasse sermoni suo regem causatus, discessit. Postero die Cebalinus venienti in regiam praesto est intrantemque admonet pridie communicatae cum ipso rei. Ille cu- 495 rae sibi esse respondet: ac ne tum quidem regi, quae audierat, aperit. [22] Coeperat Cebalino esse suspectus; itaque, non ultra interpellandum ratus, nobili iuveni (Metron erat ei nomen) super armamentarium posito, quod scelus pararetur, indicat. [23] Ille, Cebalino in armamentario abscondito, protinus regi corpus forte curanti, quid index detulisset, 500 XXVII ostendit. [24] Rex, ad conprehendendum Dymnum missis satellitibus, armamentarium intrat. Ibi Cebalinus, gaudio elatus: «Habeo te» inquit

PBoMbBFLV

482 intrasset] intra*sset **L** 483 esse] *om.* **V** resciscerent] rescisserent **P** Cebalinus] **OBo**: caballinus **P**: ceballinus **P**^{corr}**Σ** 484 enim] *om.* **P** *a. c.* propius] proprius **MbF** *a. c.* **V** opperiens] operiens **P** *a. c.* **F** 485 ex prima cohorte amicorum] amicorum ex prima cohorte **Σ** a quo] *Bruno*: *om.* **P**: ut **BoMb**: quo **P**^{corr}**Σ** 486 Philotas] -o- **L**^{corr} *in ras.*: phylotas **BF** Parmenionis] parmoenionis **PB** 487 substiterat] **BoMb**: subsisterat **P**: subsisteret **Σ** Cebalinus] caeb- **P**: balinus **L** *a. c.*: ceballinus **F** 488 conpererat] compereant **P**: compereat **P**^{corr} 489 sine] fine **P** *a. c.* Philotas] phyl- **Σ** 490 sermone] sermone <die> *Kinch* 492 vesperam] vesp*eram **L** an] a **P** *a. c.* 494 Cebalinus] caeb- **P** in] *om.* **V** *a. c.* 496 esse] esset **P**^{corr}**B** audierat] audieret **P** *a. c.* 498 Metron] metron *** **F** super] *om.* **F** *a. c.* armamentarium] armentarium **P** *a. c.* 499 indicat] indica **L** *a. c.* 500 curanti] curante **L** *a. c.* quid] quid <ei> **P**^{corr}**B**^{corr}: quide **B** 501 Dymnum] dimnum **P** *a. c.* **F**^{corr}**V** 502 armamentarium] armamentarum **L** elatus] latus **L** *a. c.*

«incolumem, ex inpiorum manibus ereptum.» [25] Percontatus deinde Alexander, quae noscenda erant, ordine cuncta cognoscit. Rursusque
505 institit quaerere, quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium. [26] Atque illo fatente iam tertium esse, existimans haud incorrupta fide tanto post deferre, quae audierat, vinciri eum iussit. [27] Ille clamitare coepit eodem temporis momento, quo audisset, ad Philotan decucurrisse: ab eo <o>per<iri> conperta. [28] Rex identidem quaerens,
510 an Philotan adisset, an institisset ei, ut pervenire[n]t ad se, perseverante eo adfirmare, quae dixerat, manus ad caelum tendens, manantibus lacrimis hanc sibi a carissimo quondam amicorum relatam gratiam querebatur. [29] Inter haec Dymnus haud ignarus, quam ob causam accerseretur a rege, gladio, quo forte erat cinctus, graviter se vulnerat occursuque satel-
515 litum inhibitus, perfertur in regiam. [30] Quem intuens rex: «Quod» inquit «in te, Dymne, tantum cogitavi nefas, ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipso videretur?» Illum iam defecerat vox; itaque, edito gemitu vultuque a conspectu regis averso, subinde conlapsus extinguitur.

520 [31] Rex, Philota venire in regiam iusso: «Cebalinus,» inquit «ultimum supplicium meritus, si in caput meum praeparatas insidias biduo texit, huius criminis Philotan reum substituit, ad quem protinus indicium detulisse se adfirmat. [32] Quo propiore gradu amicitiae me contingis, hoc XXVIII

PBoMbBFLV

503 incolumem] incolomem **F**: incolumen **V** inpiorum] impiroum **L** *a. c.* 504 erant] eraut **P** 505 quotus] cotus **V** *a. c.* Nicomachus] nicho- **Σ** 506 indicium] incendium **B** *a. c.* haud] aut **P** *a. c.* 507 iussit. Ille] iusserat. Ille **Σ**: iussit. At ille *Hedicke* 508 Philotan] phyl- **BF** 509 decucurrisse] decurrisse **P**^{corr}**Σ** <o>per<iri> *Jeep* identidem] *Freinsheimius*: idem **PBoMb**: item **P**^{corr}**BFL**: *om.* **V** quaerens] quaeres **L** *a. c.* 510 Philotan] phyl- **BFV** pervenire[n]t **Mb**: protinus iret *Damsté* 511 eo] adeo **P** 513 accerseretur] accersiretur **P**^{corr}**F** *a. c.*: accersaretur **L** *a. c.* 514 cinctus] ci*nctus **L** 515 perfertur] perferfertur **P** *a. c.* 516 Dymne] dimne **P** *a. c.* **V** 517 Philotas] phyl- **BF** ipso] -o **P**^{corr} *in ras.* 518 a] *om.* **B** conspectu] conspecto **L** *a. c.* 519 extinguitur] extingu**tur **P** *a. c.* 520 Philota] **P**^{corr}: philotan **PBo**: phylota **Σ** 521 biduo] bidio **L** *a. c.* texit] **B**: tex̄it **P**: texisset **P**^{corr}**B**^{corr}**FL**^{corr}**V**^{corr}: texi **L**: tex **V**: texit; sed *Hedicke* 522 Philotan] phyl- **BFV**: te, Philota *Shackleton Bailey* reum] rerum **P** *a. c.* ad] at **P** 523 propiore] propriore **P**

maius est dissimulationis tuae facinus et ego Cebalino magis quam
Philotae id convenire fateor. Faventem habes iudicem, si, quod <non> 525
admitti non potuit, saltem negari potest.» [33] Ad haec Philotas haud sa-
ne trepidus, si animus vultu aestimaretur, Cebalinum quidem scorti
sermonem ad se detulisse, sed ipsum tam levi auctore nihil credidisse
respondit, veritum, ne iurgium inter amatorem et exoletum non sine
risu aliorum detulisset: [34] cum Dymnus semet interemerit, qualiacum- 530
que erant, non fuisse reticenda. Conplexusque regem orare coepit, ut
praeteritam vitam potius quam culpam, silentii tamen, non facti ullius,
intueretur. [35] Haud facile dixerim, crediderintne ei rex an altius iram
suppresserit; dexteram reconciliatae gratiae pignus obtulit et contemptum
magis quam celatum indicium esse videri sibi dixit. 535

XXIX VIII Advocato tum consilio amicorum, cui tamen Philotas adhibitus
non est, Nicomachum introduci iubet. [2] Is eadem, quae <frater> detulerat
ad regem, ordine exposuit. Erat Craterus regi carus in paucis et eo Philotae
ob aemulationem dignitatis adversus, [3] neque ignorabat saepe Alexandri 540
auribus nimia <iact>a[c]tione virtutis atque operae gravem fuisse et ob
ea non quidem sceleris, sed contumaciae tamen esse suspectum. [4] Non
aliam premendi inimici occasionem aptiorem futuram ratus, odio suo
pietatis praeferens speciem: «Utinam» inquit «in principio quoque huius
rei nobiscum deliberasses! [5] Suasissemus, si Philotae velles ignoscere, 545

PBoMbBFLV

524 Cebalino] ceba*lino **L** 525 Philotae] phyl- **BFL** id] **L**[corr] *in ras.* iudicem] iudices **L** *a. c.* <non> *add. Lucarini, codicum lect. def. Müller* 526 admitti] *scil. ad aures Alexandri, cf. ThLL s. v. "admitto" 752, 39-49* potuit] <o>po<r>tuit *Bruno* saltem] saltim **P** negari] purgari *Jeep* Philotas] phyl- **F** 527 vultu] vultu* **P** 528 auctore] auctori **P**[corr]**BFL**[corr]**V** 529 veritum] vere tum **P** amatorem] amotorem **P** 530 aliorum] amicorum *coni. Lucarini* semet interemerit] interemerit semet **Σ** qualiacumque] quiliacumque **P** *a. c.* 532 facti] -a- **L**[corr] *in ras.* 533 Haud] aud **F** *a. c.* crediderintne] crediderit*ne **P** an] in **P** *a. c.* 534 obtulit] opulit **V** 535 dixit] dixerit **F** *a. c.* 537 tum] *Zumpt*: tamen **ω** tamen] *del. Bardon* Philotas] phyl- **BF** 538 Is] his **P** <frater> *add. Bentleius* 539 regem] fratrem *Vogel* Erat] era **L** *a. c.* Philotae] phyl- **BFL** 541 <iact>a[c]tione **Col**[corr] 543 odio] -o **L**[corr] *in ras.* 545 Philotae] phylotae **BF**

patereris potius ignorare eum, quantum deberet tibi, quam usque ad
mortis metum adductum cogeres saepius de periculo suo quam de tuo
cogitare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi poterit, tu non semper
Philotae poteris ignoscere. [6] Nec est, quod existimes eum, qui tantum
550 ausus est, venia posse mutari. Scit eos, qui misericordiam consumpserunt,
amplius sperare non posse. [7] At ego, etiam si ipse vel paenitentia vel
beneficio tuo victus quiescere volet, patrem eius Parmenionem, tanti
ducem exercitus et inveterata apud milites tuos auctoritate haud multum
infra magnitudinis tuae fastigium positum, scio non aequo animo salutem
555 filii sui debiturum tibi. [8] Quaedam beneficia odimus. Meruisse mortem
confiteri pudet: superest, ut malit videri iniuriam accepisse quam vitam.
Proinde sci<t>o tibi cum illis de salute esse pugnandum. [9] Satis hostium
superest, ad quos persequendos ituri sumus: latus a domesticis hostibus
muni. Hos si summoves, nihil metuo ab externo.» Haec Craterus. [10] Nec xxx
560 ceteri dubitabant, quin coniurationis indicium suppressurus non fuisset,
nisi auctor aut particeps. Quem enim pium et bonae mentis, non amicum
modo, sed ex ultima plebe, auditis, quae ad eum delata erant, non protinus
ad regem fuisse cursurum? [11] Ne Cebalini quidem exemplo, qui ex fratre
conperta ipsi nuntiasset, <properasse> Parmenionis filium, praefectum
565 equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum! Simulasse etiam non va-
casse sermoni suo regem, ne index alium internuntium quaereret. [12] Ni-
comachum religione quoque deum adstrictum conscientiam suam ex-
onerare properasse: Philotam, consumpto per ludum iocumque paene

PBoMbBFLV

546 deberet] dederat **P**: dederet **P**^{corr} 547 cogeres] *om.* **P** *a. c.* **ColSigBoMbV** *a. c.*
549 Philotae] phylotae **Σ** ignoscere] ignoscer** **P** tantum] tamtum **B** *a. c.* **LV**
550 consumpserunt] consumpserant **L** *a. c.* 551 amplius] plius **L** *a. c.* paenitentia]
potentia **P** *a. c.* **ColSigBo** 552 Parmenionem] parmoenionem **P**: permenionem
L *a. c.* 553 tuos] suos **P** *a. c.* 557 sci<t>o *Modius* 559 summoves] sumoves **P**
Craterus] terus **L** *a. c.* 560 quin] qui **P** *a. c.* 561 bonae] bene **P** *a. c.* 563 Ce-
balini] cebalino **V** 564 <properasse> *add. Lucarini*: <commotum esse> *Hedicke*
Parmenionis] parmoenionis **PV**: parmemonis **F** 565 arcanorum] archa- **V** regis]
gis **L** *a. c.*: -i- **L**^{corr} *in ras.* arbitrum] arbitrium **P**^{corr}**B** 566 ne] ut **V**^{corr} Nico-
machum] nicho- **Σ** 567 exonerare] exho- **P** 568 Philotam] phyl- **BFV**

toto die, gravatum esse pauca verba pertinentia ad caput regis tam longo et forsitan supervacuo inserere sermoni. 13 At enim non credidisse talia deferentibus pueris! Cur igitur extraxisset biduum, tamquam indicio haberet fidem? Dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem eius damnabat. 14 In suo quemque periculo magnum animum habere, cum de salute regis timeretur, credulos esse debere, vana quoque deferentis admittere. 570 575

15 Omnes igitur quaestionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse decernunt. Rex admonitos, uti consilium silentio premerent, dimittit. Pronuntiari deinde iter in posterum iubet, ne qua novi initi consilii daretur nota. 16 Invitatus est etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas et rex non cenare modo sed etiam familiariter conloqui cum eo, quem damnaverat, sustinuit. 17 Secunda deinde vigilia, luminibus extinctis, cum paucis in regiam coeunt <H>eph<a>estion et Craterus et Coenus et Erigyius, hi ex amicis, ex armigeris autem Perdiccas et Leonnatus. Per hos imperatum, ut, qui <ad> praetorium excubabant, armati vigilarent. 18 Iam ad omnes aditus dispositi erant equites, itinera quoque obsidere iussi, ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediae magnisque copiis praeerat, occultus evaderet. 19 Atarr<hi>as autem cum CCC armatis intraverat regiam; huic decem satellites traduntur, quorum singulos deni armigeri sequebantur. 20 Hi ad alios coniuratos conprehendendos distributi sunt; Atarr<hi>as cum trecentis ad Philotam missus clausum aditum domus moliebatur, L iuvenum promptissimis xxxi 580 585 590

PBoMbBFLV

569 toto] tota **P** longo] longuo **F** 570 enim non credidisse] enim si non credidisset **P**^{corr}**Σ**: eum non credidisse *Hedicke* talia] alia **P** *a. c.* **Bo**: *hunc locum om.* **Mb** 574 vana] una **B** deferentis] deferentes **V**^{corr} 576 participes] particeps **V**^{corr} 577 admonitos, uti] admonito sicut **P** *a. c.*: admonitos ut **BoMb** 579 novi] nevi **L** *a. c.*: noxiis *Jeep, fort. recte*: militi *Vogel*: *del. Kinch* Philotas] phyl- **BFL** 580 familiariter] fami*li- **L'** 582 extinctis] excinctis **P** *a. c.* <H>eph<a>estion *ed. Lugd.* 583 Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** hi] hii **P** 584 <ad> *add.* **BoMb** 585 itinera] itinere **P** 586 Parmenionem] parmoenionem **P** 587 Atarr<hi>as *Hedicke* 588 traduntur] adduntur *Hedicke* 589 Hi] hii **P** 590 conprehendendos] conprehen*dendos **L** Atarr<hi>as *Hedicke (*aza- **P** *a. c.)* Philotam] phyl- **BF**

stipatus: nam ceteros cingere undique domum iusserat, ne occulto aditu
Philotas posset elabi. [21] Illum, sive securitate animi sive fatigatione
resolutum, somnus oppresserat; quem Atarrhias torpentem adhuc occu-
595 pat. [22] Tandem ei sopore discusso, cum inicerentur catenae: «Vicit» inquit
«bonitatem tuam, rex, inimicorum meorum acerbitas.» Nec plura e-
locutum capite velato in regiam adducunt. [23] Postero die rex edixit, omnes XXXII
armati coirent. VI milia fere militum venerant, praeterea turba lixarum
calonumque inpleverant regiam. [24] Philotan armigeri agmine suo
600 tegebant, ne ante conspici posset a vulgo, quam rex adlocutus milites
esset. [25] De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat <rex,
sed iudicium erat> exercitus (in pace erat vulgi) et nihil potestas regum
valebat, nisi prius valuisset auctoritas. [26] Igitur Dymni primum cadaver
604 infertur plerisque, quid parasset quove casu extinctus esset, ignaris.

606 IX Rex deinde in contionem procedit, vultu praeferens dolorem animi.
Amicorum quoque maestitia expectationem haud parvam <r>ei fecerat.
[2] Diu rex, demisso in terram vultu, attonito stupentique similis stetit.
Tandem recepto animo: «Paene,» inquit «milites, hominum scelere vobis
610 ereptus sum: deum providentia et misericordia vivo. Conspectusque vestri
venerabilis coegit, ut vehementius parricidis irascerer, qu<oni>am is pri-
mus, immo unus vitae meae fructus est, tot fortissimis viris et de me op-
time meritis referre adhuc gratiam posse.» [3] Interrupit orationem militum

PBoMbBFLV

592 ne] nec **P** *a. c.* 593 Philotas] phyl- **Σ** 594 Atarrhias] *Hedicke*: atharras **P**: atarras **Σ** 595 Tandem] tandum **P** *a. c.* ei] eius **L** *a. c.* **V** inicerentur] iniceretur **L** *a. c.* 596 meorum] *del.* **P**^{corr}: *om.* **B** 598 coirent] cohi- **V** 599 Philotan] phylotam **BFV**: phylotan **F**^{corr}**L** 601 rebus] regibus **B** <rex, sed iudicium erat> *add. Lucarini*: <rex, iudicabat> *Hedicke* 603 Dymni] dimni **FLV** 606 vultu] vultum **L** *a. c.* 607 maestitia] maestia **L** *a. c.* parvam] parvom **P** *a. c., ut vid.* <r>ei **BoMb** 608 demisso] dimisso **P** *a. c.* **BoV** attonito] attonitu **P** *a. c.* stupentique] -ti*que **F** 611 coegit] *Bruno*: cogit **P**^{corr}**BFL**: coget **V**: *om.* **PBoMb** irascerer] irascere*r **L**: irascerer <effecit> *vel* ir- <fecit> *Kinch* qu<oni>am **ς** is primus] *Hermann*: spiritus **ω**: praecipuus *Heinsius*: supremus *Rubenius*: speratus *Barthius* 612 optime meritis] optim*e m. **L**: meritis optime **P** *a. c.* 613 posse] **ς**: possem **PBoMbBFL**: possent **V** Interrupit] interruppit **V**

gemitus obortaeque sunt omnibus lacrimae. Tum rex: «Quanto» inquit «maiorem in animis vestris motum excitabo, cum tanti sceleris auctores 615 ostendero! Quorum mentionem adhuc reformido et, tamquam salvi esse possint, nominibus abstineo. 4 Sed vincenda est memoria pristinae caritatis et coniuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas sileam? Parmenio, illa aetate, tot meis, tot parentis mei meritis devinctus, omnium nobis amicorum vetustissimus, ducem se sceleri tanto 620 praebuit. 5 Minister eius Philotas Peucolaum et Demetrium et hunc Dymnum, cuius corpus aspicitis, ceterosque eiusdem amentiae in caput meum subornavit.» XXXIII 6 Fremitus undique indignantium querentiumque tota contione obstrepebat, qualis solet esse multitudinis et maxime militaris, ubi aut studio agitur aut ira. 7 Nicomachus deinde et Metron et Cebalinus 625 producti, quae quisque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas ut particeps sceleris destinabatur. Itaque, indignatione expressa, vox indicum silentio excepta est. 8 Tum rex: «Qualis» inquit «ergo animi vobis videtur, qui huius rei delatum indicium ad ipsum suppressit? Quod non fuisse vanum Dymni exitus declarat. 9 Incertam rem deferens tor- 630 menta non timuit Cebalinus, <Metron> ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut eo, ubi lavabar, inrumperet: 10 Philotas solus nihil timuit, nihil credidit. O magni animi virum! Iste regis periculo commoveretur, vultum mutaret, indicem tantae rei sollicitus audiret! 11 Subest nimirum silentio facinus et avida spes regni praecipitem animum ad 635 ultimum nefas inpulit. Pater Mediae praeest; ipse apud multos copiarum

PBoMbBFLV

614 obortaeque] abortaque **P** omnibus] *om.* **V** 617 possint] possent **PBoMb** 619 devinctus] devictus **L** *a. c.* 620 se] sed **P** *a. c.* 621 Philotas] phyl- **Σ** Peucolaum] *Bruno*: leucolaum **ω** Dymnum] dimnum **PV** 624 qualis] quales **P** 625 aut s.] haud s. **P** *a. c.* Nicomachus] nicho- **FV** 627 Philotas] phyl- **Σ** ut particeps] *Bentleius*: in particeps **ω**: in<ter> participes *Acidalius* destinabatur] dis- **P** expressa] expresa **P**: pressa *Aldus* 628 indicum] invicem *Jeep*: militum *Watt*: indicum <testimoniis auditis> *Shackleton Bailey*: *del. Vogel* Tum] tunc **Σ** ergo] **B**corr: erga **ω**: erga <me> **L**corr 629 videtur] videretur **V** ad] *Freinsheimius*: id **ω** *(*it **L** *a. c.)* 630 Dymni] dimni **V** 631 <Metron> *add. Acidalius* 632 exonerare] exho- **P** lavabar] lababar **P** Philotas] phyl- **Σ** nihil] nichil **V** 633 commoveretur] comuemeretur **P** 635 nimirum] numerum **F** *a. c.* 636 apud] caput **P** *a. c.*

duces meis praepotens viribus maiora, quam capit, spirat. [12] Orbitas quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. Sed errat Philotas: in vobis liberos, parentes, consanguineos habeo: vobis salvis orbus esse non pos-
640 sum.» [13] Epistulam deinde Parmenionis interceptam, quam ad filios Ni- XXXIV
canorem et Philotan scripserat, recitat, haud sane indicium gravioris consilii praeferentem. [14] Namque summa eius haec erat: «Primum vestri curam agite, deinde vestrorum: sic enim, quae destinavimus, efficiemus.» [15] Adiecitque rex sic esse scriptam, ut, sive ad filios pervenisset, a consciis
645 posset intellegi, sive intercepta esset, falleret ignaros. [16] «At enim Dymnus, cum ceteros participes sceleris indicaret, Philotan non nominavit! Hoc quidem illius non innocentiae, sed potentiae indicium est, quod sic ab iis timetur etiam, a quibus prodi potest, ut, cum de se fateantur, illum tamen celent. Ceterum Philotan ipsius indicat vita. [17] Hic Amyntae, qui
650 mihi consobrinus fuit et in Macedonia capiti meo impias conparavit insidias, socium se et conscium adiunxit. Hic Attalo, quo graviorem inimicum non habui, sororem suam in matrimonium dedit. [18] Hic, cum scripsissem ei pro iure tam familiaris usus atque amicitiae, qualis sors edita esset Iovis Hammonis oraculo, sustinuit rescribere, mihi se qui-
655 dem gratulari, quod in numerum deorum receptus essem, ceterum misereri eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui modum hominis

PBoMbBFLV

638 quod ... sum] *del. Freinsheimius, sed cf. e. g. 4.2.5 (*quod insulam incolitis*)* errat] erat **F** *a. c.* **V** Philotas] phyl- **BFL** 639 liberos] liberis **P** *a. c.* parentes] *alterum* -e- **F**corr *in ras.* habeo] abeo **L** 640 Parmenionis] parmoenionis **P** filios] folios **L** *a. c.* Nicanorem] mic- **L** *a. c.* 641 Philotan] phyl- **B**corr**FL** 642 praeferentem] ferentem **P**corr**B** vestri] vestrum **L** *a. c.* 643 destinavimus] dis- **P** 644 sic] si **P** *a. c.* ut] **L**corr *in ras.* a] ad **P** *a. c.* 645 intellegi] intelligi **F** ignaros] ignarus **P** *a. c.* **V** *a. c.* Dymnus] dimnus **F** 646 participes] particeps **BoV** Philotan] phylotan **BLV** 647 illius] illi ius **B** 648 ab iis] abis **P** etiam] -ti- **L**corr *in ras.* 649 Philotan] phyl- **Σ** ipsius] ipsiut **L** *a. c.* Amyntae] amintae **FLV** 650 in] i **L** *a. c.* Macedonia] macedona **V** *a. c.* 651 graviorem] gravirem **P** *a. c.* 652 inimicum] inimicom **V** *a. c.* habui] abui **P** suam] suum **P** *a. c.* 653 scripsissem] scripsisset **L** *a. c.* ei] **ς**: et **ω** atque] adque **L** 654 Hammonis] amm- **Σ** oraculo] araculo **P** *a. c.* 656 misereri] mi- **L**corr *in ras.* qui] *ita* **L**corr *in ras.*

excederet. [19] Haec sunt et iam pridem animi alienati a me et invidentis
gloriae meae indicia. Quae equidem, milites, quamdiu licuit, in animo
meo pressi: videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere, si,
in quos tam magna contuleram, viliores mihi facerem. [20] Sed iam non 660
verba punienda sunt: linguae temeritas pervenit ad gladios. Hos, si mihi
creditis, Philotas in me acuit, si ipsi, admisit. [21] Quo me conferam, milites?
Cui caput meum credam? Equitatui, optimae exercitus parti, principi-
bus nobilissimae iuventutis, illum praefeci; salutem, spem, victoriam me-
am fidei eius tutelaeque commisi. [22] Patrem in idem fastigium, in quo 665
me ipsi posuistis, admovi; Media<m>, qua nulla opulentior regio est, et
tot civium sociorumque milia imperio eius dicionique subieci. Unde
praesidium petieram, periculum extitit. [23] Quam feliciter in acie oc-
cidissem, potius hostis praeda quam civis victima! Nunc servatus ex
periculis, quae sola timui, in haec incidi, quae timere non debui. [24] Soletis 670
identidem a me, milites, petere, ut saluti meae parcam. Ipsi mihi praestare
potestis, quod suadetis, ut faciam. Ad vestras manus, ad vestra arma
confugio: invitis vobis salvus esse nolo, volentibus non possum, nisi
vindicor.»

xxxv [25] Tum Philotan religatis post <t>ergum manibus, obsoleto amiculo 675
velatum, iussit induci. Facile adparebat motos esse tam miserabili habitu
non sine invidia paulo ante conspecti. [26] Ducem equitatus pridie vide-
rant, sciebant regis interfuisse convivio: repente <ne> reum quidem, sed

PBoMbBFLV

657 et iam] *Bentleius*: etiam **ω**: iam *Shackleton Bailey* pridem] -r- **L**^{corr} *in ras.* 658 equidem] *quidem **P**: quidem **Bo** 660 viliores] violares **P** *a. c.* 661 punienda] puniendae **P** *a. c.* 662 Philotas] phyl- **Σ** admisit] acui permisit *Vogel* 663 Equitatui] aequitatu **P** *a. c.*:aequitani **Mb** optimae] optimaeque **P**^{corr} principibus] princibus **P** 664 illum] *Lucarini*: unum **ω**: eum *Hedicke* salutem] s*a- **L** 665 tutelaeque] tulaeque **L** *a. c.* commisi] commis **P** *a. c.* idem] i- **L**^{corr} *in ras.* 666 Media<m> **ς** et] ut **P**, *fort.* **B** *a. c.* 667 civium] cium **L** *a. c.* sociorumque ... dicionique] *bis scripsit* **L** 668 feliciter] feliter **L** *a. c.* occidissem] occidessem **P** *a. c.* 671 identidem] idemtidem **Σ** 672 arma] ma **L** *a. c.* 675 Philotan] phyl- **FLV** religatis] relegatis **P** *a. c.* post <t>ergum **M** 676 esse tam] esset iam **P** *a. c.*: esset a **BoMb** 678 regis] reges **L** *a. c.* interfuisse] iterfuisse **Σ** repente] repentes **P** *a. c., ut vid.* <ne> *add. A. G. Zumpt*: <non> *add.* **P**^{corr}**B**^{corr} reum] *om.* **P** *a. c.*

[et]iam vinctum, immo damnatum intuebantur. [27] Subibat animos
680 Parmenionis quoque, tanti ducis, tam clari civis, fortuna, qui [quo] modo duobus filiis, H[a]ectore ac Nicanore, orbatus, cum eo, quem reliquum calamitas fecerat, absens diceret causam. [28] Itaque Amyntas, regius praetor, inclinantem ad misericordiam contionem rursus aspera in Philotan oratione commovit: proditos eos esse barbaris, neminem ad coniugem
685 suam, neminem in patriam et ad parentes fuisse rediturum: velut truncum corpus dempto capite sine spiritu, sine nomine, aliena terra ludibrium hostis futuros. [29] Haudquaquam pro spe[re] ipsius Amyntae oratio grata regi fuit, quod coniugum, quod patriae admonitos, pigriores ad cetera munia exequenda fecisset. [30] Tum Coenus, quamquam Philotae sororem
690 matrimonio secum coniunxerat, tamen acrius quam quisquam in Philotan (XXXVI) invectus est parricidam esse regis, patriae, exercitus clamitans [31] saxumque, quod forte ante pedes iacebat, corripuit emissurus in eum, ut plerique crediderunt, tormentis subtrahere cupiens. Sed rex manum eius inhibuit, dicendae prius causae debere fieri potestatem reo nec aliter iudicari
695 passurum se adfirmans. [32] Tum dicere iussus Philotas, sive conscientia sceleris sive periculi magnitudine amens et attonitus, non attollere oculos, non hiscere audebat. [33] Lacrimis deinde manantibus, linquente animo, in eum, a quo tenebatur, incubuit abstersisque amiculo eius oculis,

PBoMbBFLV

679 [et]iam *Jeep*: ut iam *Kinch* vinctum, immo damnatum] *Eussner*: iam damnatum, immo (in **P** *a. c.*: *del. Kinch*) vinctum (victum **L**) **ω** 680 Parmenionis] parmoen- **P** civis] cius **L** *a. c.* [quo] **ς** 681 H[a]ectore **M** reliquum] reliqu*um **L** 682 Amyntas] amintas **PF** regius] regium **L** *a. c.* 683 inclinantem] inclinatam **BFV**: inclinantam **L** Philotan] phyl- **Σ** 685 neminem] *om.* **Σ** 686 spiritu] spiritus **P** 687 pro spe[re] *Freinsheimius* Amyntae] admintae **P**: amintae **FLV** 688 admonitos] admonitus **P** *a. c.* pigriores] prigriores **P** 689 Tum] tunc **Σ** Philotae] phyl- **Σ** 690 Philotan] phyl- **Σ** 691 invectus] **M**: inventus **P**: iuvectus **Σ** 692 corripuit] **ς**: eripuit **ω**: arripuit **ς** 693 inhibuit] inibuit **FL** 694 dicendae prius causae] dicendi prius causam **Σ** debere] debre **L** *a. c.* 695 iussus] *Modius*: rursus **P**: sus **ColSig** :rursus permissus **BoMb**: orsus **Σ** Philotas] phyl- **Σ** 696 sive] sue **P** amens] agmens **P** *a. c.* attollere] attolerare **P** *a. c.*: adallere **B** *a. c.* 697 hiscere] is- **P** manantibus] manentibus **L** *a. c.* 698 tenebatur] tenebantur **P** *a. c.* amiculo] amiculos **L** *a. c.*

paulatim recipiens spiritum ac vocem, dicturus videbatur. [34] Iamque rex intuens eum: «Macedones» inquit «de te iudicaturi sunt: quaero, an patrio sermone sis apud eos usurus.» [35] Tum Philotas: «Praeter Macedonas» inquit «plerique adsunt, quos facilius, quae dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua fuero usus, qua tu egisti, non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intellegi posset a pluribus.» [36] Tum rex: «Ecquid videtis odio etiam sermonis patrii Philotan teneri? Solus quippe fastidit eum discere. Sed dicat sane, utcumque ei cordi est, dum memineritis aeque illum a nostro more quam sermone abhorrere.» Atque ita contione excessit.

XXXVII X Tum Philotas: «Verba» inquit «innocenti reperire facile est, modum verborum misero tenere difficile. [2] Itaque inter optimam conscientiam et iniquissimam fortunam destitutus ignoro, quomodo et animo meo et tempori paream. [3] Abest quidem optimus causae meae iudex: qui cur me ipse audire noluerit, non, mehercule, excogito, cum illi, utrimque cognita causa, tam damnare me liceat quam absolvere, non cognita vero liberari <ab> absente non possum, qui a praesente damnatus sum. [4] Sed quamquam vincti hominis non supervacua solum, sed etiam invisa defensio est, qui iudicem non docere videtur sed arguere, tamen, utcumque licet me dicere, memet ipse non deseram nec committam, ut

PBoMbBFLV

699 paulatim] paulaton **V**   700 quaero] quae vero **P**   701 Philotas] phyl- **Σ**   702 facilius] facilus **V** *a. c.*   percepturos] praecepturos **V**   703 egisti] egistis **L** *a. c.*   704 intellegi] -lig- **F**   Tum] tunc **BoMbL**   Ecquid] aecquid **F**: haecquid **F**^{corr}**V**   odio] **BoMb**: ideo **P**: adeo **P**^{corr}**Σ**   705 sermonis] -is **P**^{corr} *in ras.*   Philotan] phyl- **Σ**   teneri] taedere **P**^{corr}**Σ**   fastidit] fastidi<i>t *Vogel*   706 dicat] dica **L** *a. c.*   cordi est] cordiaem **V**   707 more] -e **L**^{corr} *in ras.*   quam] quo a **P**^{corr}**Σ**: quam a *Vogel*   709 Philotas] phyl- **Σ**   reperire] repperire **P**   710 misero] misere **P** *a. c.*   711 iniquissimam] in**i- **L**   destitutus] dis- **P**   quomodo et] **BoMb**: et quomodo **ω**   712 optimus] optumus **P**   713 excogito] exquogito **V**   714 causa, tam] -u- **L**^{corr} *in ras.*: causata **V**   liceat] -t **L**^{corr} *in ras.*   absolvere] **B**^{corr}: obsolvere **PBFV**: solvere **L**   non cognita vero] n. cogita v. **P** *a. c.* : nam si cogitavero **ColSigBoMb**   715 <ab> *add.* **ς**   non possum, qui a praesente] *om.* **P** *a. c.*   716 quamquam] quaquam **B** *a. c.*: quam **V** *a. c.*   vincti] victi **P** *a. c.* **L** *a. c.*   718 memet] me*met **P**   nec committam] nec omittam **PB**: nec comittam **B**^{corr}**LV**

damnatus etiam mea sententia videar. 5 Equidem, cuius criminis reus
720 sim, non video: inter coniuratos nemo me nominat, de me Nicomachus
nihil dixit, Cebalinus plus quam audierat, scire non potuit. 6 Atqui
coniurationis caput me fuisse credit rex! Potuit ergo Dymnus eum
praeterire, quem sequebatur, praesertim cum quaerenti socios vel falso
fuerim nominandus, quo facilius, qui temptabatur, posset inpelli? 7 Non
725 enim detecto facinore nomen meum praeteriit, ut possit videri socio
pepercisse: Nicomacho, quem taciturum arcana credebat, de semetipso
confessus, aliis nominatis, me unum subtrahebat. 8 Quaeso, commili-
tones, si Cebalinus me non adisset, nihil me de coniuratis scire voluisset,
num hodie dicerem causam, nullo me nominante? 9 Dymnus sane (ut
730 vivat adhuc!) [et] vellet mihi parcere: quid ceteri? Qui de se confitebuntur,
me videlicet subtrahent! Maligna est calamitas et fere noxius, cum suo
supplicio crucietur, adquiescit alieno. 10 Tot conscii nec in eculeum qui-
dem inpositi verum fatebuntur? Atqui nemo parcit morituro nec cui-
quam moriturus, ut opinor. 11 Ad verum crimen et ad unum praeverten- XXXVIII
735 dum mihi est: cur rem delatam ad te tacuisti? Cur tam securus audisti?
Hoc, qualecumque est, confesso mihi, ubicumque es, Alexander, remisisti:
dexteram tuam amplexus, reconciliati pignus animi, convivio quoque
interfui. 12 Si credidisti mihi, absolutus sum, si pepercisti, dimissus: vel

PBoMbBFLV

720 inter] iter **P** Nicomachus] nicho- **Σ** 721 Atqui] ac qui **P** *a. c.*: atque **L** *a. c.* 722 coniurationis] coniuratonis **L** *a. c.* fuisse] **BoMb**: fecisse **ω** 723 quem sequebatur] quam sequebatur **P**: quae insequebatur **P**^{corr}**B** 724 fuerim] fuerint **P** *a. c.* inpelli] intellegi **P** *a. c.* 725 nomen] nome*n **L** praeteriit] praeterit **P** possit] posset **P**^{corr}**Σ** 726 Nicomacho] *Acidalius*: nicomachus **P**: nichomachus **Σ** arcana] archana **FLV** credebat, de semetipso] *Müller*: de semetipso credebat **ω** *(*de metipso c. **V** *a. c.*: de s. crededebat **L** *a. c.)* 727 nominatis] nominatus **B** *a. c.* **FL** *a. c.* 728 adisset] audisset **P** *a. c.* 729 ut] **Bo**: et **ω** 730 vivat] **Bo**: vivet **P**: viveret **P**^{corr}**Σ** [et] vellet *Riemann*: et velut **ω**: et velit **BoMb** parcere] parceret **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr}: parceri**V** quid] quod **P** *a. c.* 731 subtrahent] subtrahunt **P** *a. c.* **BoMb**: subtraent **L** fere] vere **FL**^{corr}: fuere **L** 732 adquiescit] atqu- **P** nec] ne **ς** 733 fatebuntur] fatebantur **L** *a. c.* Atqui] atque **B** *a. c.* 734 praevertendum] revertendum **P**^{corr}**Σ** 737 amplexus] plexus **P** *a. c.* **BoMb** reconciliati] recon **L** *a. c.* 738 absolutus] absolustus **L** *a. c.* pepercisti] pe*percisti **L** *(*-r- *add.* **L**^{corr}*)*

iudicium <vel beneficium> tuum serva. Quid hac proxima nocte, qua digressus sum a mensa tua, feci? Quod novum facinus delatum ad te (740) mutavit animum tuum? [13] Gravi sopore adquiescebam, cum me malis indormientem meis inimici vinciendo excitaverunt. Unde et parricidae et prodito[ri] tam alti quies somni? [14] Scelerati conscientia obstrepente condormire non possunt: agitant eos Furiae, non consummato modo, sed etiam cogitato parricidio. At mihi securitatem primum innocentia (745) mea, deinde tua dextera obtulerat: non timui, ne plus alienae crudelitati apud te liceret quam clementiae tuae. [15] Sed, ne te mihi credidisse paeniteat, res ad me deferebatur a puero, qui non testem, non pignus indicii exhibere poterat, inpleturus omnes metu, si coepisset audiri. [16] Amatoris et scorti iurgio interponi aures meas credidi infelix et fidem eius suspectam (750) habui, quod non ipse deferret, sed fratrem potius subornaret. [17] Timui, ne negaret mandasse se Cebalino et ego viderer multis amicorum regis fuisse periculi causa. [18] Sic quoque, cum laeserim neminem, inveni, qui mallet perire me quam incolumem esse: quid inimicitiarum creditis excepturum fuisse, si insontes lacessissem? [19] At enim Dymnus se occidit! (755) Num igitur facturum eum divinare potui? Minime. Ita, quod solum indicio fidem fecit, id me, cum a Cebalino interpellatus sum, movere non

PBoMbBFLV

739 <vel beneficium> *add. Stangl*   Quid] qui **V**   hac] ac **PL**   740 mensa] mense **P** *a. c.*   ad te] *om.* **P** *a. c.*   741 mutavit] -vit **L**^{corr} *in ras.*   Gravi sopore] gravis opere **PV**: gravi sopere **P**^{corr}: gavi s. **L** *a. c.*   742 inimici] in **P** *a. c.*: *turbant* **BoMb**   743 prodito[ri] *Acidalius (*-ri **L**^{corr} *in ras.)*: prodita re *Freinsheimius*   tam] t- **L**^{corr} *in ras.*   obstrepente] obstrepete **V** *a. c.*   744 condormire] **ColSig**, *ut vid.*: comdormire **P**: cum dormire **P**^{corr}**Σ**   possunt] possent **V**   agitant] agitant* **L**   non consummato modo, sed etiam cogitato] *Glareanus*: non cogitato modo, sed etiam consummato **ω** *(fort.* consumpto *pro* consummato **P** *a. c.)*   745 At] ad **P** *a. c.*   746 alienae] alieni **L** *a. c.*   crudelitati] credulitati **P**: crudulitati **P**^{corr}: -i **L**^{corr} *in ras.*   748 exhibere] exibere **P**   749 coepisset] cepisset **P**   752 se] sese **FLV**   Cebalino] *ce- **F**   regis] -s **L**^{corr} *in ras.*   753 qui] *om.* **L** *a. c.*   754 perire] * pe- **F**   incolumem] incolomem **P** *a. c.* **F**: incolumen **V**   quid] *om.* **L** *a. c.*   755 insontes] inpontes **P** *a. c.*   At] ad **P** *a. c.*   756 Num] nunc **P** *a. c.*: -um **F**^{corr} *in ras.*: n*um **L**   potui] potuit **P** *a. c.* **L** *a. c.*   Minime] *del. Castiglioni*   757 movere] moveri **P** *a. c.*

poterat. [20] At hercules, si conscius Dymno tanti sceleris fuissem, biduo xxxix
illo proditos esse nos dissimulare non debui: Cebalinus ipse tolli[t] de
760 medio nulloque negotio potuit. [21] Denique post delatum indicium,
<quod> operturus eram, cubiculum regis solus intravi, ferro quidem
cinctus: cur distuli facinus? An sine Dymno non sum ausus? [22] Ille igitur
princeps coniurationis fuit! Sub illius umbra Philotas latebam, qui regnum
Macedonum adfecto! Ecquis e vobis corruptus est donis? Quem ducem,
765 quem praefectum inpensius colui? [23] Mihi quidem obicitur, quod societatem patrii sermonis asperner, quod Macedonum mores fastidiam:
sic ego imperio, quod dedignor, immineo! Iam pridem nativus ille sermo
commercio aliarum gentium exolevit: tam victoribus quam victis
peregrina lingua discenda est. [24] Non, mehercule, ista me magis laedunt,
770 quam quod Amyntas, Perdiccae filius, insidiatus est regi. Cum quo quod
amicitia fuerit mihi, non recuso defendere, si fratrem regis non oportuit
diligi a nobis. [25] Sin autem in illo fortunae gradu positum etiam venerari
necesse erat, utrum, quaeso, quod non divinavi, reus sum, an impiorum
amicis insontibus quoque moriendum est? Quod si aequum est, cur tam
775 diu vivo? Si iniustum, cur nunc demum occidor? [26] At enim scripsi
misereri me eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui se Iovis filium
crederet. Fides amicitiae, veri consilii periculosa libertas, me decepistis!
Vos, quae sentiebam, ne reticerem, inpulistis! [27] Scripsisse me haec fateor
regi, non de rege [scripsisse]. Non enim faciebam invidiam, sed pro eo

PBoMbBFLV

758 hercules] hercule **P**^{corr}**B**^{corr}: ercules **FL** *a. c.* 759 proditos] proditus **P** *a. c.* dissimulare] *alterum* -s- **L**^{corr} *in ras.* tolli[t] **L**^{corr} 760 potuit] po**tuit **L** 761 <quod> operturus] *Jeep*: operiturus **PF**: opperiturus **P**^{corr}**BLV** cubiculum] cubilicum **L** intravi] intravit **P** *a. c.* 762 facinus] facinos **P** *a. c.* Dymno] dimno **V** Ille] illi **P**^{corr} igitur princeps] igigitur principes **P** *a. c.* 763 Philotas] **ς**: filotas **P**: phylotas **Σ** 764 Ecquis] haecquis **F** 767 ego] ergo **F** *a. c.* **V** *a. c.* sermo] sermone **V** 769 mehercule] ne- **P** *a. c.*: hercule **P**^{corr} 770 Amyntas] amintas **FLV** Perdiccae] perdictae **V** quo] -o **L**^{corr} *in ras.* 773 necesse] neces **L** *a. c.* 774 aequum] aequ*um **L** 775 cur] cur non **F** demum] tamen *Eberhard* scripsi] scripsi* **L** 776 misereri] miserere **P** *a. c.* 777 libertas] -er- **L**^{corr} *in ras.* me] <vos> me **ColSigBoMb**: *me **L** 778 inpulistis] inpol- **P** *a. c.* 779 [scripsisse] *del. Aldus*

timebam. Dignior mihi Alexander videbatur, qui Iovis stirpem tacitus 780
agnosceret, quam qui praedicatione iactaret. 28 Sed quoniam oraculi fides certa est, sit deus causae meae testis: retinete me in vinculis, dum consulitur Hammo, num arcanum et occultum scelus inierim. Qui regem nostrum dignatus est filium, neminem eorum, qui stirpi suae insidiati sunt, latere patietur. 29 Si certiora oraculis creditis esse tormenta, ne hanc 785
XL quidem exhibendae veritatis fidem deprecor. 30 Solent rei capitis adhibere vobis parentes. Duos fratres ego nuper amisi, patrem nec ostendere possum nec invocare audeo, cum et ipse tanti criminis reus sit. 31 Parum est enim tot modo liberum parentem, in unico filio adquiescentem, eo quoque orbari, nisi ipse in rogum meum inponitur. 32 Ergo, carissime 790
pater, et propter me morieris et mecum: ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam extinguo. Quid enim me procreabas infelicem, adversantibus diis? An ut hos ex me fructus perciperes, qui te manent? 33 Nescio, adulescentia mea miserior sit an senectus tua: ego in ipso robore aetatis eripior, tibi carnifex spiritum adimet, quem, si fortuna 795
expectare voluisset, natura poscebat. 34 Admonuit me patris mei mentio, quam timide et cunctanter, quae Cebalinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim, cum audisset venenum a Philippo medico regi parari, deterrere eum voluit epistula scripta, quominus medicamentum biberet, quod medicus dare constitueret. Num creditum 800
est patri meo? Num ullam auctoritatem eius litterae habuerunt? 35 Ego

PBoMbBFLV

780 Iovis] ovis **V** 782 sit] si **V** me] *om.* **V** 783 Hammo, num] *Hedicke*: ammodum **ω**: admodum **B**^{corr}: Hammon, num *Heinsius* arcanum] **B**: archanum *rell.* inierim] *Jeep*: interim **ω** 784 filium] filium <nominare> *Eussner* stirpi] stirpe **P** *a. c.* 785 esse] esset **P** *a. c.* hanc] hac **V** *a. c.* 787 amisi] -i **L**^{corr} *in ras.* 788 audeo] audio **L** *a. c.* tanti ... nisi ipse] *om.* **L** *a. c.* 789 in] *om.* **V** *a. c.* filio] filio <nunc> *Eussner* 790 Ergo] ego **P** *a. c.* 792 extinguo] extingo **PB** 793 ut] *om.* **P** *a. c.* 794 miserior] **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr}**V**^{corr}: misereor **ω** sit an] sitam **FL**: sutan **P** *a. c., ut vid.* 796 natura] naturae **PB**^{corr}: <iam> natura *coni. Lucarini* 798 Parmenio] parmoenio **P** enim] nim **L** *a. c.* a] ad **V** Philippo] phylippo **BFL** *a. c.* 799 epistula] epistolas **P** *a. c.* 800 constitueret] constituerat *Vogel, fort. recte* Num] nunc **P**: non **Mb** 801 ullam] illam **L** *a. c.*

ipse quotiens, quae audieram, detuli et cum ludibrio credulitatis repulsus sum! Si et, cum indicamus, invisi et, cum tacemus, suspecti sumus, quid facere nos oportet?». [36] Cumque unus e circumstantium turba exclamas-
805 set: «Bene meritis non insidiari», Philotas: «Recte,» inquit «quisquis es, dicis. [37] Itaque, si insidiatus sum, poenam non deprecor et finem facio dicendi, quoniam ultima verba gravia sunt visa auribus.» Abducitur deinde ab iis, qui custodiebant eum.

810 **XI** Erat inter duces manu strenuus Bolon quidam, pacis artium et civilis habitus rudis, vetus miles, ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus; [2] qui, tacentibus ceteris, stolida audacia ferox admonere eos coepit, quotiens suis quisque deversoriis, quae occupassent, proturbatus esset, ut purgamenta servorum Philotae reciperentur eo, un-
815 de commilitones expulissent. [3] Auro argentoque vehicula eius onusta totis vicis stetisse, ac ne in viciniam quidem deversorii quemquam commilitonum receptum esse, sed per dispositos, quos supra somn[i]um habebat, omnis procul relegatos, ne femina illa murmurantium inter se silentio verius quam sono excitaretur. [4] Ludibrio ei fuisse rusticos homines
820 Phrygasque et Paphlagonas appellatos, qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguae suae per interpretem audire. [5] Nunc eum Hammonem XLI

PBoMbBFLV

802 et] *om.* **Σ** ludibrio] lid- **F** *a. c.* credulitatis] **ς**: crudelitatis **ω** 803 Si] sic* **B** invisi] inrisui *Freinsheimius*: inrisi *M. Freinsheimius* 804 circumstantium] circustantium **P** 805 Philotas] phyl- **Σ** 806 dicis] ducis **P** insidiatus] insiditus **L** *a. c.* 807 auribus] au*ribus **L** Abducitur] addu- **Σ** 808 iis] his **Σ** custodiebant] custodieban **L** *a. c.* 810 manu] manus **P** quidam] quidem **V** pacis] pa*cis **L** 811 rudis] rudi **L** *a. c.* vetus] vitus **L** *a. c.* ab] ad **B** *a. c.* **V** humili] humili* **P** ordine] or*dine **L** gradum] grad*um **L** 812 admonere] admovere **P** 813 deversoriis] div- **Σ** quae] quas **PV** 814 esset] es*set **L** servorum] sor- **V** Philotae] phyl- **Σ** 815 expulissent] expulisset **Σ** onusta] iniusta **L** *a. c.* 816 stetisse] stetisset **P** *a. c.* ac] *Freinsheimius*: at **ω** deversorii] *Hedicke*: div- **ω** 817 esse] es*se **L** dispositos] dispotos **P**: *alterum* -o- **L**corr *in ras.* somn[i]um **ς** 818 omnis] omnes **Σ** relegatos] **ς**: religatos **ω** silentio] -o *non leg. in* **L** 820 Phrygasque] phrig- **Σ** Paphlagonas] phaphlagonas **PB**corr: phaplagonas **F**: phaph*lagonas **L**: phaphlalgonas **V** 821 Nunc eum] *Bentleius*: mecum **PL**: necum **BoMbBFL**corr**V**:

consuli velle! <A>t eundem Iovis arguisse mendacium Alexandrum fi-
lium agnoscentis, scilicet veritum, ne invidiosum esset, quod dii offerrent.
[6] Cum insidiaretur capiti regis et amici, non consuluisse eum Iovem:
nunc ad oraculum mittere, dum pater eius sollicitet, quis praesit in Media, 825
et pecunia, cuius custodia commissa sit, perditos homines ad societatem
sceleris impellat. [7] Ipsos missuros ad oraculum, non qui Iovem interrogent,
quod ex rege cognoverint, sed qui gratias agant, qui vota pro incolumitate
regis optimi persolvant. [8] Tum vero universa contio accensa est et a
corporis custodibus initium factum clamantibus discerpendum esse 830
parricidam manibus eorum. Id quidem Philotas, qui graviora supplicia
XLII metueret, haud sane iniquo animo audiebat. [9] <At> rex, in contionem
reversus, sive ut in custodia quoque torqueret, sive ut diligentius cuncta
cognosceret, concilium in posterum diem distulit et, quamquam in ve-
speram inclinabat dies, tamen amicos convocari iubet. [10] Et ceteris qui- 835
dem placebat Macedonum more obrui saxis, Hephaestio autem et Cra-
terus et Coenos tormentis veritatem exprimendam esse dixerunt; et illi
quoque, qui aliud suaserant, in horum sententiam transeunt. [11] Con-
silio ergo dimisso, <H>eph<a>estion cum Cratero et Coeno ad quae-
stionem de Philota habendam consurgunt. [12] Rex, Cratero accersito et 840
sermone habito, cuius summa non edita est, in intimam deversorii par-

PBoMbBFLV

Nunc cur *Zumpt*: Nam cur *Modius*: Iam cur *Mützell*

822 velle! <A>t *Hedicke* 823 invidiosum] invidosum **L** offerrent] offerent **P** 825 ad oraculum ... missuros] *om.* **F** *a. c.* sollicitet, quis] *Kinch*: sollicitet qui **PBoMb**: sollicitetur qui **Σ** 827 impellat] impellit **L** *a. c.* **B** *a. c.* missuros] missuros ****** **L** *(*ad oraculum *bis scripsit* **B***)* non qui Iovem interrogent] *Iunta*: qui iovem interrogent **PMb**: qui iovem interrogent non **Σ** 828 pro] per **V** incolumitate] incolomitate **PF** 829 optimi] obtimi **L'** accensa] assensa *Kinch* 831 Philotas] phyl- **BV** 832 iniquo] inquo **V** <At> *add. Freinsheimius* 833 custodia] custodia, <confitentem> *Shackleton Bailey* 834 vesperam] -rum **F** 836 Hephaestio] *Hedicke*: ephestio **PB**^{corr}**FLV**: euphestio **B** 837 Coenos] coenus **Σ** dixerunt] dixerant **V** *a. c.* 838 transeunt] transeant **L'** *a. c.* 839 <H>eph<a>estion *ed. Lugd.* et Coeno ... sermone] *om.* **P** *a. c.* ad] at **P**^{corr} 840 Philota] phylota **BLV** accersito] arcersito **F** 841 deversorii] ς: div- **ω**

tem secessit et remotis arbitris in multam noctem quaestionis expectavit eventum. [13] Tortores in conspectum Philotae omnia crudelitatis instrumenta proponunt. [14] Et ille ultro: «Quid cessatis» inquit «regis
845 inimicum, interfectorem confitentem occidere? Quid quaestione opus est? Cogitavi, volui.» Craterus exigere, ut, quae confiteretur, in tormentis quoque diceret. [15] Tum corripitur et, dum obligantur oculi, dum vestis exuitur, deos patrios, gentium iura nequiquam apud surdas aures invocabat. Per ultimos deinde cruciatus, utpote et damnatus et inimicis
850 in gratiam regis torquentibus, laceratur. [16] Ac primo, quamquam hinc ignis illinc verbera iam non ad quaestionem, sed ad poenam ingerebantur, non vocem modo, sed etiam gemitus habuit in potestate; [17] sed postquam intumescens corpus ulceribus flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat, si tormentis adhibituri modum essent, dicturum se,
855 quae scire expeterent, pollicetur. [18] Sed finem quaestioni fore iurare eos per Alexandri salutem volebat removerique tortores. Et utroque inpetrato: «Cratere,» inquit «dic, quid me velis dicere.» [19] Illo indignante ludificari eum rursusque revocante tortores, tempus petere coepit, dum reciperet spiritum, cuncta, quae sciret, indicaturus. [20] Interim equites, nobilissi-
860 mus quisque et ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, postquam Philotan torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati essent, cum ipsis necarentur, alii se interficiunt, alii in devios mon-

PBoMbBFLV

842 quaestionis] quaestions **L** *a. c.* 843 eventum] et ventum **L** in] in ** **L** Philotae] phyl- **BLV** 844 ille] **B**corr: illo **ω** 845 Quid] *om.* **P**: quod **V** 847 Tum] dum **ColSigBoMbΣ** 848 exuitur] exutur **F** *a. c.* surdas] surdes **P** 849 cruciatus] **B**corr**L**corr: cruciatos **ω** 850 quamquam] quaquam **B**: quanquam **B**corr hinc] hic **L** *a. c.* 851 ignis] ignis ****** **F** 853 ulceribus] vulneribus *Cornelissen* incussos] incustos **P**: -n- **F**corr *in ras.*: incusos **L** *a. c.* 854 poterat] -rant **F** *a. c.* 855 fore] fere **P** 857 Cratere] *Bergenus*: cratero **ω** velis] vellis **P** 858 eum] cum **P** rursusque] rursus **PMb**: *om.* **Bo** tortores] terrores **P** 859 equites, nobilissimus quisque] *cf. Liv. 1.7.5; 7.19.2* 860 ii] hi **B** Parmenionem] parmoen- **BFV** cognatione] cognitione **P** 861 Philotan] phyl- **BLV** 862 cautum] caut*um **L** 863 alii] aliis **P** montes] motes **L** *a. c.*

tes vastasque solitudines fugiunt, ingenti per tota castra terrore diffuso,
donec rex, tumultu cognito, legem se <de> supplicio coniunctorum son- 865
XLIII tibus remittere edixit. [21] Philotas verone an mendacio liberare se a cruciatu
voluerit, anceps coniectura est, quoniam <damnatis> et vera confessis et
falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur. [22] Ceterum: «Pater» in-
quit «meus Hegelocho quam familiariter usus sit, non ignoratis; illum
dico Hegelochum, qui in acie cecidit: omnium malorum nobis fuit causa. 870
[23] Nam cum primum Iovis filium se salutari iussit rex, id indigne ferens
ille: 'Hunc igitur regem agnoscimus,' inquit 'qui Philippum dedignatur
patrem? Actum est de nobis, si ista perpeti possumus. [24] Non homines
solum sed etiam deos despicit, qui postulat deus credi. Amisimus Alex-
andrum, amisimus regem: incidimus in superbiam nec dis, quibus se ex- 875
aequat, nec hominibus, quibus se eximit, tolerabilem. [25] Nostrone san-
guine deum fecimus, qui nos fastidiat? Qui gravetur mortalium adire
concilium? Credite mihi, et nos, si viri sumus, a dis adoptabimur. [26] Quis
proavum huius Archelaum, quis deinde Alexandrum, quis Perdiccan
occisos ultus est? Hic quidem interfectoribus patris ignovit.' [27] Haec 880
<H>egelochus dixit super cenam; et postero die prima luce a patre
accersor. Tristis erat et me maestum videbat: audieramus enim, quae
sollicitudinem incuterent. [28] Itaque, ut experiremur, utrumne vino
gravatus effudisset illa an altiore concepta consilio, accersi eum placuit.
Advenit, eodemque sermone ultro <re>petito, adiecit se, sive auderemus 885

PBoMbBFLV

865 tumultu] tumulto **V** *a. c.* <de> *add. Schefferus* 866 Philotas] phyl- **BLV** verone] verene **F** se] sed **P** a] ad **B** *a. c.* 867 coniectura] iectura **L** *a. c.* <damnatis> *add. Lucarini* vera] vetera **B** *a. c., ut vid.* 869 Hegelocho] *Aldus*: egilicho **P**: egelicho **Σ** 870 Hegelochum] *Aldus*: egelocum **PV**: egelochum **BFL** nobis] nobis <is> *Vogel* 873 Actum] auctum **B** perpeti] -ti **L**^{corr} *in ras.* possumus] posu- **F** *a. c.* 875 incidimus] incimus **P**^{corr} dis] diis **Σ** 876 nec h. q. se] *om.* **P** *a. c.* sanguine] sanguinei **P** 877 fecimus] *om.* **B** 878 a dis] adhis **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 879 Archelaum] archelau **P**: archilaum **F**: *ordinem nominum* Archelaum *et* Alexandrum *ita disp. Vogel, ordine inverso* **ω** Perdiccan] perdiccam **BL**^{corr}**V**: perdicam **FL** 880 ultus] ul*tus **V** 881 <H>egelochus *Aldus* super] supra **BFL**: supa **V** 884 accersi] acersi **P** 885 Advenit] *Bardon*: acvenire **ω**: Venit *Palmerius*: Advenit ille *Hedicke* <re>petito **ς**

duces esse, proximas a nobis partes vindicaturum, sive deesset animus, consilium silentio esse tecturum. [29] Parmenioni, vivo adhuc Dareo, intempestiva res videbatur: non enim sibi, sed hosti esse occisuros Alexandrum; Dareo vero sublato, praemium regis occisi Asiam et totum
890 Orientem interfectoribus esse cessura. Adprobatoque consilio in haec fides et data est et accepta. [30] Quod ad Dymnum pertinet, nihil scio et haec confessus intellego non prodesse mihi, quod praesentis sceleris expers sum.»

[31] Illi, rursus tormentis admotis, cum ipsis quoque hastis os oculosque
895 eius everberarent, expressere, ut hoc quoque crimen confiteretur. [32] Exigentibus deinde, ut ordinem cogitati sceleris exponeret, cum diu Bactra retentura regem viderentur, timuisse respondit, ne pater LXX natus annos, tanti exercitus dux [tantus], tantae pecuniae custos, interim extingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi regis causa non esset. [33] Festi-
900 nasse ergo se, dum praemium in manibus haberet, repraesentare consilium; cuius patrem <expertem> fuisse nisi crederent, tormenta, quamquam iam tolerare non posset, tamen non recusare. [34] <A>t illi, conlocuti XLIV satis quaesitum videri, ad regem revertuntur, qui postero die et, quae confessus erat Philotas, recitari et ipsum, quia ingredi non poterat, iussit
905 adferri. [35] Omnia agnoscente eo Demetrius, qui proximi sceleris particeps

PBoMbBFLV

886 proximas] proxima **FL** *a. c.* 887 Parmenioni, vivo] **BoMb**: parmenion iurio **P**: parmenio vivo **B** *(*-moe- **B**corr*)*: parmoenioni vivo **F** *(*-ni *in ras.)*: parmoeni*oni vivo **L**: parmoenio oni vivo **V** Dareo] dare **P** 889 praemium] premum **P** 890 cessura] censura **P**: cessurum **BoMb** 891 Dymnum] **L**corr: damnum **ω** scio] s*cio **L** 892 intellego] -ligo **F** praesentis] *Hedicke*: persus **ω**: proximi **ColSigBoMb**: prorsus **O** expers sum] **B**corr**L**corr: expressum **ω** 894 os] hos **P**: ōs **BFL** *a. c.* 895 everberarent] eververaret **P** *a. c.* 896 ut] ut* **P** cogitati] cogitatis **P** Bactra] bacta **P** 897 viderentur] videretur **L** *a. c.* 898 [tantus] *del. Vindelinus* 899 tantis] tanti **P** 900 repraesentare] repraesentesse **P**: repraesentasse **BoMb** 901 <expertem> *add.* **ς** 902 tolerare] to- **F**corr *in ras.* recusare. <A>t *Lucarini*: recusare *Vindelinus* conlocuti] loquuti **F**: colloquuti **F**corr 903 postero] posero **L** *a. c.* 904 Philotas] phyl- **BLV** 905 eo Demetrius] eodem et prius **PF**: eodem et prius demetrius **BoMb**: ** dmetrius **V**: eius demetrius **V**corr proximi] proximus **O** *Damsté*

esse arguebatur, producitur. Multa adfirmatione animique pariter [et] constantia et vultu<s> abnuens, quicquam sibi in regem cogitatum esse, tormenta etiam deposcebat in semetipsum, ^{36} cum Philotas, circumlatis oculis, ut incidere in Calin quendam haud procul stantem, propius eum iussit accedere. Illo perturbato et recusante transire ad eum: «Patieris» (910) inquit «Demetrium mentiri rursusque me excruciari?» ^{37} Calin vox sanguisque defecerant et Macedones Philotan inquinare innoxios velle suspicabantur, quia nec a Nicomacho nec ab ipso Philota, cum torqueretur, nominatus esset adulescens. Qui ut praefectos regis circumstantes se vidit, Demetrium et semetipsum id facinus cogitasse (915) confessus est. ^{38} Omnes ergo [a Nicomacho nominati] more patrio, dato signo, saxis obruerunt. ^{39} Magno non salutis, sed etiam invidiae periculo liberatus erat Alexander: quippe Parmenio et Philotas, principes amicorum, nisi palam sontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. ^{40} Itaque <dum> anceps quaestio fuit, dum infitiatus (920) est facinus, crudeliter Philotas torqueri videbatur; post confessionem etiam amicorum misericordia interiit.

PBoMbBFLV

906 [et] *om. Vindelinus* 907 vultu<s> *Heinsius* 908 Philotas] phyl- **BLV** circumlatis] circuml**atis **V** 909 incidere] inci*dere **V** in] in * **L** Calin] Calan *Hedicke (item et l. 911)* haud] haut **F** *a. c.* propius] proprius **V** eum] eium **L** *a. c.* **V**^{corr} 910 accedere] accidere **P** Illo] ille **PBoMb** recusante] **O**: recusanti **ω** 911 Demetrium] -riu- **V**^{corr} *in ras.* Calin] calix **P** 912 sanguisque defecerant] sanguis defecerat **P** : et sanguis defecerat **BoMb** Macedones] macidones **L** *a. c.*: -do- **L**^{corr} *in ras.* Philotan] phyl- **BLV**: Philotan <iam> *Vogel* 913 suspicabantur] supplicabantur **P** quia] qui **P** *a. c.* Nicomacho] nichomacho **PV**: niomacho **F**: niomaco **L**: nicomaco **L**^{corr} ipso] illo **Σ** Philota] **P**^{corr}**F**: philata **P**: phylota **BLV** 915 id] ad **L** *a. c.* 916 [a Nicomacho nominati] *del. Kinch (*nicho- **V***)* 917 obruerunt] obruti sunt **BoMb**: obru<ti procubu>erunt *Walter* invidiae] *Rubenius*: vitae **ω** 918 Parmenio] parmoenio **BF** Philotas] phyl- **BV** 919 amicorum] amcorum **L** *a. c.* sontes] fontes **P** *a. c.* 920 potuissent] potuissen **L** *a. c.* <dum> *add. Vogel* anceps] inceps **L** *a. c.* fuit] fuit, Philotas *dub. Müller (ex linea inf. nomen huc transponens), praeeunte Kinchio (*infitiatus Philotas est*)* 921 Philotas torqueri videbatur; post confessionem etiam amicorum misericordia interiit] *Lucarini*: torqueri videbatur; post confessionem etiam *(***PBoMb**: etiam neque **BF**^{corr}**LV**: -eque **V**^{corr} *in ras.*: neque etiam **F***)* Philotas *(*phyl- **BLV***)* amicorum misericordiam meruit **ω**: torqueri videbatur;

post confessionem etiam Philotae *(*Philotae *Stangl)* amicorum misericordia vana erat *Hedicke*: torqueri videbatur; post confessionem iam neque amicorum misericordiam meruit *Müller, Hugium (*iam *pro* etiam*) et Acidalium (qui* Philotas *delevit) secutus*

Q. Curti Rufii *(*-i *er.)* historiarum liber VI explicit. Incipit liber septimus **P**: Q. Curti Rufi historiarum Alexandri Magni Macedonis liber VI explicit. Incipit VII feliciter **B**: explicit liber VI Q. Curti Rufi historiarum liber VII incipit **F**: Q. Curti Rufi historiarum liber VI: ex*plicit inci*pit liber septimus **L**: Curti Rufi historiarum liber VI: explicit incipit liber septimus **V**

LIBER VII

1 PHILOTAN, sicut recentibus sceleris eius vestigiis iure adfectum supplicio censuerant milites, ita, postquam desierat esse quem odissent, invidia in misericordiam vertit. [2] Moverat et claritas iuvenis et patris eius senectus atque orbitas. [3] Primus Asiam aperuerat regi, omnium periculorum eius particeps semper alterum in acie cornu defenderat, Philippo quoque ante omnes amicus et ipsi Alexandro tam fidus, ut occidendi Attalum non alio ministro uti mallet. [4] Horum cogitatio subibat exercitum seditiosaeque voces referebantur ad regem. Quis ille haud sane motus satisque prudens otii vitia negotio discuti, edicit, ut omnes in vestibulo regiae praesto sint. [5] Quos ubi frequentes adesse cognovit, in contionem processit. Haud dubie ex conposito Atarrhias postulare coepit, ut Lyncestes Alexander, qui multo ante quam Philotas regem voluisset occidere, exhiberetur. [6] A duobus indicibus, sicut supra diximus, delatus, tertium iam annum custodiebatur in vinculis. Eundem in Philippi quoque caedem coniurasse cum Pausania pro conperto fuit, sed quia primus Alexandrum regem salutaverat, supplicio magis quam crimini fuerat exemptus; [7] tum quoque Antipatri, soceri eius, preces iustam regis iram morabantur. Ceterum recruduit suppuratus dolor: quippe veteris periculi

PBoMbBFLV

1 Philotan] phyl- **PBL** 2 censuerant] cessuerant **Σ** *(in* **BL** *deinde corr.)* odissent] odiessent **P** 3 claritas] claratas **P** *a. c.* 4 senectus … eius] *om.* **L** *a. c. (ceterum* adque *habet)* 5 acie] atiem **P**: *om.* **Mb** Philippo] phylippo **BL**[corr]**V**: phyloppo **L** 7 Attalum] adtalum **L** 8 Quis] quis i **F** 9 negotio] negotia **P** 10 Quos] quos frequentes **F** *a. c.* frequentes] t**equentes **P** *a. c.* adesse] abesse **P**: ad se **Bo** 11 Atarrhias] *Hedicke*: apharrias **P**: affarrias **Σ** *(*a- **L**[corr] *in ras.)* 12 Lyncestes] *Erasmus*: lincestes **PBLV**: incestes **F** *(*i- **F**[corr] *in ras.)* Philotas] phyl- **BLV** voluisset] -o- **L**[corr] *in ras.* 13 exhiberetur] exib- **PL** delatus] delatu **L** *a. c.* 14 Philippi] phylippi **B** 15 cum] cum pro comperto **F** *a. c.* 16 supplicio] suplicio **L** 17 tum] tunc **Σ** 18 suppuratus] soporatus **Σ**

memoriam praesentis cura renovabat. 8 Igitur Alexander ex custodia
20 educitur iussusque dicere, quamquam toto triennio meditatus erat defensionem, tamen, haesitans et trepidus, pauca ex iis, quae conposuerat, protulit, ad ultimum non memoria solum, sed etiam mens eum destituit. 9 Nulli erat dubium, quin trepidatio conscientiae indicium esset, non memoriae vitium. Itaque ex iis, qui proximi adstiterant, obluctantem
25 adhuc oblivioni lanceis confoderunt.

10 Cuius corpore ablato, rex introduci iussit Amyntam et Simmiam; nam Polemon, minimus ex fratribus, cum Philotan torqueri conperisset, profugerat. 11 Omnium Philotae amicorum hi carissimi fuerant, ad magna et honorata ministeria illius maxime suffragatione producti, me-
30 mineratque rex summo studio ab eo conciliatos sibi ne<c> dubitabat huius quoque ultimi consilii fuisse participes. 12 Igitur olim sibi esse suspectos matris suae litteris, quibus esset admonitus, ut ab his salutem suam tueretur, <confitetur>; ceterum se invitum deteriora credentem nunc manifestis indiciis victum iussisse vinciri. 13 Nam pridie, quam detegeretur
35 Philotae scelus, quin in secreto cum eo fuissent, non posse dubitari. Fratrem vero, qui profugerit, cum de Philota quaereretur, aperuisse fugae causam. 14 Nuper, praeter consuetudinem officii specie amotis longius ceteris, admovisse semetipsos lateri suo nulla probabili causa, seque

PBoMbBFLV

19 custodia educitur] custodie ducitur **P** 20 quamquam] quaquam **B** *a. c.* triennio] triennii **P** 21 iis] his **ω** 22 protulit] pertulit **P** destituit] destuit **P**: destinuit **Bo** 23 quin] qui in **PV** 24 iis] *Vindelinus*: his **ω** proximi] proxime **PBoMb**: -i **F**corr *in ras.* adstiterant] abstiterant **P**: astiterant **V** 26 ablato] oblato **V** introduci] intruduci **V** Amyntam] amintam **LV** Simmiam; nam] *Freinsheimius*: simannam **ω**: Simiam: nam *Hedicke* 27 Philotan] phylotan **B**: filotan **F** 28 Philotae] phyl- **BLV** 29 ministeria] misteria **P** 30 conciliatos] consiliatos **P** ne<c> **BoMb** 31 participes] particeps **V** *a. c.* Igitur] *del. Castiglioni*: *post* dubitabat *transp. Vogel*: Igitur <queritur> *Hedicke*: Igitur <orditur> *Menge-Fried*: Igitur olim *del. Damsté* 32 esset] esse **B** *a. c.* his] is **L** 33 <confitetur> *add. Lucarini, dubit.* 35 Philotae] phyl- **BL** quin] -in *non disp.* **F** in] *om.* **Σ** dubitari] **ColSigBoMb**: dubitare **ω** 36 profugerit] profugerat **P** *a. c.* **L** *a. c.* Philota] **ç**: philotae **PF**: phylotae **BLV** quaereretur] quaeretur **L** *a. c.* 37 officii] officiis **P**

mirantem, quod non vice sua tali fungerentur officio et ipsa trepidatione eorum perterritum, strenue ad armigeros, qui proxime sequebantur, recessisse. [15] Ad haec accedere, quod, cum Antiphanes, scriba equitum, Amyntae denuntiasset, pridie quam Philotae scelus deprehensum esset, ut ex suis equis more solito dare[n]t iis, qui amisissent suos, superbe respondisse<t>, nisi incepto desisteret, brevi sciturum, quis ipse esset. [16] Iam linguae violentiam temeritatemque verborum, quae in semetipsum iacularentur, nihil aliud esse quam scelesti animi indicem ac testem. Quae si vera essent, idem meruisse eos quod Philotan, si falsa, exigere ipsum, ut refellant. [17] Productus deinde Antiphanes de equis non traditis et adiectis etiam superbe minis indicat.

III [18] Tum Amyntas, facta dicendi potestate: «Si nihil» inquit «interest regis, peto ut, dum dico, vinculis liberer.» Rex solvi utrumque iubet desiderantique Amyntae, ut habitus quoque redderetur armigeri, lanceam dari iussit. [19] Quam ut laeva conprehendit, evitato eo loco, in quo Alexandri corpus paulo ante iacuerat: «Qualiscumque» inquit «exitus nos manet, rex, confitemur prosperum tibi debituros, tristiorem fortunae inputaturos. [20] Sine praeiudicio dicimus causam liberis corporibus animisque; habitum etiam, in quo te comitari solemus, reddidisti. Causam non possumus, fortunam timere desiimus. [21] Et, quaeso, permittas mihi id primum defendere, quod a te ultimum obiectum est. Nos, rex, sermonis adversus

PBoMbBFLV

39 fungerentur] **P**^{corr}**F**: fugerentur *rell.* et] ex **Σ** ipsa] ipsia **L** *a. c.* 40 perterritum] perterritis **P**: perterriti **Bo**: perterrita **Mb** 41 Antiphanes] *Aldus*: antiphatanes **P**: antiphatenes **Σ** 42 Amyntae] **ς**: amintae **ω** denuntiasset] denuptiasset **P** Philotae] phyl- **BL** deprehensum] **L**^{corr}: depraehensus **ω** 43 dare[n]t **BoMb** iis] **ς**: his **ω** amisissent] amisisset **P** *a. c.* suos] *edd. vett.*: equos **ω**: *fort. delendum* 44 respondisse<t> *Freinsheimius* incepto] incoepto **F** 46 iacularentur] i- **L**^{corr} *in ras.*: -n- *om.* **L** *a. c.* 47 Philotan] phyl- **B** 48 Antiphanes] *Aldus*: antiphatanis **P**: antiphatenes **B**: antiphatenis **F**: antiphataenis **LV** 49 etiam] *om.* **F** indicat. Tum] *Freinsheimius (*indicat *iam* **Col***)*: inde captum **ω** *(*in*de captam *fort.* **F** *a. c., ut vid.)* 50 Amyntas] **ς**: amintam **ω** 51 regis] reges **L** *a. c.* peto] petito **BFV**: pe*to **L** 52 Amyntae] **B**^{corr}: amintae **ω** armigeri] armigeris **L** 54 exitus] ex*itus **L** 56 causam] c. desiemus **F** *a. c.* 58 desiimus] *Meiser*: desiemus **ω**: desi<n>emus **M**^{corr}**O**

60 maiestatem tuam habiti nullius conscii sumus nobis. Dicerem iam pridem vicisse te invidiam, nisi periculum esset, ne alia malignius dicta crederes blanda oratione purgari. [22] Ceterum etiamsi militis tui vel in agmine deficientis et fatigati vel in acie periclitantis vel in tabernaculo aegri et vulnera curantis aliqua vox asperior esset accepta, merueramus fortibus fac-
65 tis, ut malles ea tempori nostro inputare quam animo. [23] Cum quid accidit tristius, omnes rei sunt: corporibus nostris, quae utique non odimus, infestas admovemus manus; parentes, liberi[s] si occurrant, et ingrati et invisi sunt. Contra, cum donis honoramur, cum praemiis onusti revertimur, quis ferre nos potest? Quis illam animorum alacritatem
70 continere? [24] Militantium nec indignatio nec laetitia mo<de>rata est: ad omnes adfectus impetu rapimur: vituperamus laudamus, miseremur irascimur, utcumque praesens movit adfectio; modo Indiam adire et Oceanum libet, modo coniugum et liberorum patriaeque memoria occurrit. [25] Sed has cogitationes, has inter se conloquentium voces signum
75 tuba datum finit: in suos quisque ordines currimus et, quidquid irarum in tabernaculo conceptum est, in hostium effunditur capita. Utinam Philotas quoque intra verba peccasset! [26] Proinde ad id praevertar, propter (IV) quod rei sumus. Amicitiam, quae nobis cum Philota fuit, adeo non eo infitias, ut expetisse quoque nos magnosque ex ea fructus percepisse
80 confitear. [27] An vero Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium, omnes paene amicos tuos dignatione vincentem, cultum a nobis esse miraris? [28] Tu, hercules, si verum audire vis, rex, huius nobis pericu-

PBoMbBFLV

60 sumus] somus **P** *a. c.* 62 oratione] orationi **P** militis] milites **BFL**: miles **V** vel in agmine ... fatigati] *om.* **L** *a. c.* 64 curantis] curatis **P** *a. c.* 66 tristius] tritius **V** sunt] sumus *Bentleius* 67 infestas admovemus] **BoMb**: *om.* **P**: infectas admovemus **BFL**: infectus admovemus **V** manus] man*us **F** liberi[s] *Bentleius* 68 onusti] hon- **PB** 70 laetitia] laetia **P** mo<de>rata ς 71 omnes] omnes ** **V** 77 Philotas] phyl- **BLV** intra verba peccasset] *bis scripsit* **F**, *deinde corr.* praevertar] revertar **F** *a. c.*: praerevertar **L** *a. c.* **V** 78 Philota] phyl- **BL** fuit] fui **L** *a. c.* 79 magnosque] -que *in* **B** *fort. postea add.* ex] e*x **L** 80 Parmenionis] parmoen- **B** 81 paene] poene **F**: **paene **L** 82 miraris] miraris******** **F**: *alterum* -r- **L**^{corr} *in ras.* hercules] hercule **Σ** periculi es] **P**^{corr}**B**^{corr}**F**^{corr}**L**^{corr}: periculis **P**: pericules **Σ**

li es causa. Quis enim alius effecit, ut ad Philotan decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiae tuae ascendimus: is apud te fuit, cuius et gratiam expetere et iram timere possemus. 85
[29] †si non propemodum tuo verberatu ei† omnes te prae[ter]eunte iuravimus eosdem nos inimicos amicosque habituros esse, quos tu haberes? Hoc sacramento pietatis obstricti aversaremur scilicet, quem tu omnibus praeferebas! [30] Igitur, si hoc crimen est, paucos innocentes habes, immo, hercules, neminem. Omnes enim Philotae amici esse voluerunt, sed totidem, quot volebant, esse non poterant. Ita, si a consciis amicos non dividis, ne ab amicis quidem separabis illos, qui idem esse voluerunt. [31] Quod igitur conscientiae adfertur indicium? Ut opinor, quia pridie familiariter et sine arbitris locutus est nobiscum. At ego purgare non possem, si pridie quicquam ex vetere vita ac more mutassem. Nunc vero, si, ut omnibus diebus, illo quoque, qui suspectus est, fecimus, consuetudo diluet crimen. [32] Sed equos Antiphani non dedimus, et pridie quam Philotas detectus est: hinc mihi cum Antiphane res erit. Qui si nos suspectos facere vult, quod illo die equos non dederimus, semetipsum, quod eos desideraverit, purgare non poterit. [33] Anceps enim crimen est inter retinentem et exigentem, nisi quod melior est causa suum non

(margin: 90, v, 95, 100)

PBoMbBFLV

83 causa] causas **P** *a. c.* effecit] efficit **P** Philotan] phyl- **BLV** 85 et gratiam] **BoMb**: est gratiam **P**: gratiam **Σ** 86 †si non ... verberatu ei† *locus desperatus (pro* ei **V** *a. c.* e: *om.* **F** *a. c.)*: an non propemodum in tua verba, tui *Bruno*: si non propemodum in tua verba, at tui *Bentleius* prae[ter]eunte *Laetus* 87 nos] n- **L**corr *in ras.* quos] quosquos **P** 88 sacramento] -o **L**corr *in ras.* obstricti] -incti **F** *a. c.* aversaremur] *edd.vett.*: obversaremur **ω** quem] quem sacramento habu **F** *a. c.* 89 praeferebas] praefereb*as **F** crimen] crimem **L**' 90 immo] himmo **P** hercules] hercule **Σ** *(*herculi **B** *a. c.)* Philotae] phyl- **BLV** 91 totidem] totodem **V** *a. c.* quot] **B**corr: quod **ω** consciis] conciis **P** 92 ne] nec **Σ** separabis] seperabis **PBo** esse] *om.* **P** *a. c.* 93 voluerunt] -nt **L**corr *in ras.* quia] qua **F** *a. c.* **V** 94 arbitris] arbitriis **B**: arbris **L** *a. c.*: arbitri **V** 95 quicquam] -am **L**corr *in ras.* 96 si, ut] **ς**: sicut **ω** 97 Sed] sed *** **V** 98 Philotas] phyl- **BLV** hinc] *Stangl*: hic **P**: haec **Σ** Antiphane] anthipane **P** erit] erat **Σ** 100 desideraverit] deseraverit **P** *a. c.*: desideravit **F** crimen] crimem **L**'

tradentis quam poscentis alienum. 34 Ceterum, rex, equos decem habui, e quibus Antiphanes octo iam distribuerat iis, qui amiserant suos, omnino duos ipse habebam; quos cum vellet abducere homo superbissimus, certe
105 iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar. 35 Nec infitias eo, liberi hominis animo locutum esse me cum ignavissimo et hoc unum militiae ius usurpante[m], ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore et Alexandro excusem et Antiphani. 36 At, hercule, mater de nobis inimicis tuis scrip-
110 sit! Utinam prudentius esset sollicita pro filio et non inanes quoque species anxio animo figuraret! Quare enim non ascribit metus sui causam, denique non ostendit auctorem? Quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi litteras scripsit? 37 O miseram condicionem meam, quia forsitan non periculosius est tacere quam dicere! Sed utcumque cessura
115 res est, malo tibi defensionem meam displicere quam causam. Agnosces autem, quae dicturus sum: quippe meministi, cum me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te multos integros iuvenes in domo tuae matris abscondi. 38 Praecepisti igitur mihi, ne quem praeter te intuerer, sed detrectantes militiam perducerem ad te. Quod equidem feci
120 et liberius, quam expedi<e>bat mihi, executus sum tuum imperium. Gorgiam et Hecataeum et Gorgatan, quorum bona opera uteris, inde perduxi.

PE(*a* 104 -cere homo)**BoMbBFLV**

102 tradentis] tradentes **P** *a. c.* habui] **V**^{corr}: habeo **PB**: habui habeo **F**: abui abeo **L** 103 Antiphanes] anthipanes **P** octo] VIIII **P** iis] his **Σ** 104 duos] *non disp.* **F** habebam] habebant **L** *a. c.* 105 iniquissimus] **EL**^{corr}**V**^{corr}: iniquissimi **P**: iniquissime **Σ** *(*-me*** **L***)*: certe iniq. *del. Damsté* 106 locutum] loquutum **F** 107 militiae] inicia **L** *a. c.*: -ae **V**^{corr} *in ras.* ius] *Bentleius (vel* munus*)*: suae **ω** usurpante[m] **BoMb** 108 ut] *non disp.* **B** eodem] ex eodem **P** *a. c.* 109 Antiphani] anthipani **P**: antipahani **E** At] ad **L** *a. c.* 111 figuraret] fugararet **P** *a. c.*: figuraretur **EBoMb** Quare] quae **PEBoMb** 114 dicere] dicre **L** *a. c.* 115 Agnosces] agnosceres **PEBoMb** 118 Praecepisti] p*raecepisti **L** -i **L**^{corr} *in ras.*: praecepi **V** *a. c.* 119 detrectantes] detract- **P** *(*-c- **P**^{corr} *in ras.)* **EBoMb** equidem] equitem **P** 120 expedi<e>bat **E** executus] exequutus **F** Gorgiam] g*o- **F** 121 Hecataeum] *Bruno*: hegateum **ω** Gorgatan] *primum* -a- **L**^{corr} *in ras.*: Gorgidan *Hedicke* perduxi] -d- *et* -x- **P**^{corr} *in ras.*

[39] Quid igitur iniquius est, quam me, qui, si tibi non paruissem, iure daturus fui poenas, nunc perire, quia parui? Neque enim ulla alia matri tuae persequendi nos causa est, quam quod utilitatem tuam muliebri praeposuimus gratiae. [40] VI milia Macedonum peditum et DC [milia] equites 125 adduxi, quorum pars secutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter hanc causam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui irae eius nos obtulisti.»

VI **II** Dum haec Amyntas agit, forte supervenerunt, qui fratrem eius 130 Polemonem, de quo ante est dictum, fugientem consecuti vinctum reducebant. Infesta contio vix inhiberi potuit, quin protinus suo more saxa in eum iaceret. [2] Atque ille sane interritus: «Nihil» inquit «pro me deprecor, modo ne fratrum innocentiae fuga inputetur mea. Haec si defendi non potest, meum crimen sit. Horum ob id ipsum melior est 135 causa, quod ego, qui<a> profugi, suspectus sum.» [3] At haec elocuto universa contio adsensa est; lacrimae deinde omnibus manare coeperunt, adeo in contrarium repente mutatis, ut solum pro eo esset, quod maxime laeserat. [4] Iuvenis erat primo aetatis flore pubescens, quem inter equites tormentis Philotae conturbatos alienus terror abstulerat; desertum eum 140 a comitibus et haesitantem inter revertendi fugiendique consilium, qui secuti erant, occupaverunt. [5] Is tum flere coepit et os suum converberare, maestus non suam vicem, sed propter ipsum periclitantium fratrum.

PEBoMbBFLV

122 iniquius] iniquus **V** *a. c.* si] si* **L** 123 fui] fuisse **P** *a. c.* nunc] nuc **L** *a. c.* 125 [milia] *om.* **E** 126 si] si* **L** detrectantibus] detract- **PEBoMb** 127 ergo] ego **B** *a. c.* 128 qui irae] quirae **V** nos] non **P** obtulisti] ob*t- **P** 130 Amyntas] amintas **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 131 Polemonem] **EB**: pelomonem *rell.* consecuti] consequuti **F** 133 ille] ille <haud> *Kinch* interritus] territus **PEBoMb**: *def. Kinch* 135 crimen] crimem **FL** *a. c.* Horum] h- **P**corr *in ras.* ob] *om.* **V** *a. c.* 136 qui<a> *Bentleius* At] ad **PEBoMb** elocuto] eo loquuto **F** 137 omnibus] omnibus **** **V** 138 solum] <hoc> solum **F**corr**L**corr**V**corr maxime] ma**xime **V** *(aliquid s. l. add.)* 139 aetatis] aetatatis **L** quem] quam **P**: que **V** 140 Philotae] phyl- **BLV** conturbatos] conturbatis **PE**: conturbato **V** 141 comitibus] comitabus **L** *a. c.* 142 secuti] sequuti **F** flere] flore **P** *a. c.* **V** *a. c.* 143 vicem] vocem **V** *a. c.*

[6] Moveratque iam regem quoque, non contionem modo, sed unus erat
145 inplacabilis frater, qui terribili vultu intuens eum: «Tum,» ait «demens, lacrimare debueras, cum equo calcaria subderes, fratrum desertor et desertorum comes. Miser, quo et unde fugiebas? Effecisti, ut reus capitis accusatoris uterer verbis.» [7] Ille peccasse sese, et gravius in fratres quam in semetipsum fatebatur. Tum vero neque lacrimis neque adclamationibus,
150 quibus studia sua multitudo profitetur, temperaverunt. Una vox erat pari emissa consensu, ut insontibus et fortibus viris parceret. Amici quoque, data misericordiae occasione, consurgunt flentesque regem deprecantur. [8] Ille, silentio facto: «Et ipse» inquit «Amyntan mea sententia fratresque eius absolvo. Vos autem, iuvenes, malo beneficii mei oblivisci quam
155 periculi vestri meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum, qua ipse vobiscum revertor. [9] Nisi, quae delata essent, excussissem, alte dissimulatio mea suppurare potuisset: [sed] satius est purgatos esse quam suspectos. Cogitate neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam. [10] Tu, Amynta, ignosce fratri tuo; erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui
160 pignus.»

[11] Contione deinde dimissa, Polydamanta vocari iubet. Longe acceptissimus Parmenioni erat, proximus lateri in acie stare solitus. [12] Et quamquam conscientia fretus in regiam venerat, tamen, ut iussus est fratres suos exhibere admodum iuvenes et regi ignotos ob aetatem, fiducia VII

PE(*usque ad* 153 mea sen-)**BoMbBFLV**

146 subderes] subdederes **P** desertor] deserto **V** 148 sese, et] *Kinch*: sese sed **PE**: se sed **Σ**: se, et *Müller*: se, sed <haud> *Vogel*: sese *Hedicke* 149 adclamationibus] a. quibus studia sua multitudo adclamationibus profitetur studia sua multitudo profitetur temp. **F** *(*quibus ... adclam. *postea del.)* 150 quibus] qui **PE**: quia **BoMb** pari] patri **B** *a. c.* 152 flentesque] flectensque **P** 153 Amyntan] amintan **B** *a. c.* **LV**: amintam **F** 154 oblivisci] oblivusci **L** *a. c.* 155 redite] reddit ei **P** qua] quam **P**: quia **F** *a. c.* 156 delata] lata **P** *a. c.* alte] *Vogel*: valde **ω** dissimulatio] dissimul*atio **L** 157 suppurare] **ς**: superare **ω** [sed] *del. Lucarini*: et *Castiglioni* suspectos] suspectos* **F** 158 nisi] -si *in fen. in* **L** Amynta] aminta **FL** 161 dimissa] missa **F** Polydamanta] polid- **Σ** 162 Parmenioni] parmoen- **BF** solitus] solutus **P**: sulitus **FLV** 163 fretus] fretus, <securus> *coni. Lucarini* regiam] regia **V** *(v.* in regiam ... est fratres *om.* **B** *a. c.)* 164 fratres] -at- **P**[corr] *in ras.* exhibere] exibere **B** *a. c.* **LV** fiducia] fidutiam **V**

in sollicitudinem versa, trepidare coepit, saepius, quae nocere possent, 165
quam quibus eluderet, reputans. [13] Iam armigeri, quibus imperatum erat, produxerant eos, cum exanguem metu Polydamanta propius accedere iubet summotisque omnibus: «Scelere» inquit «Parmenionis omnes pariter adpetiti sumus, maxime ego ac tu, quos amicitiae specie fefellit. [14] Ad quem persequendum puniendumque (vide quantum fidei tuae 170
credam) te ministro uti statui. Obsides, dum hoc peragis, erunt fratres tui. [15] Proficiscere in Mediam et ad praefectos meos litteras scriptas manu mea perfer. Velocitate opus est, qua celeritatem <famae> antecedas. Noctu pervenire illuc te volo, postero die, quae scripta erunt, exequi. [16] Ad Parmeniona quoque epistulas feres, unam a me, alteram Philotae nomine 175
scriptam. Signum anuli eius in mea potestate est. Si pater credit a filio
VIII inpressum, cum te viderit, nihil metuet.» [17] Polydamas, tanto liberatus metu, inpensius etiam, quam exigebatur, promittit operam conlaudatusque et promissis oneratus, deposita veste quam habebat, Arabica induitur. [18] Duo Arabes, quorum interim coniuges ac liberi, vinculum fidei, obsides 180
apud regem erant, dati comites. Per deserta nimiam ob siccitatem loca camelis undecimo die, quo destinaverat, perveniunt. [19] Et priusquam

PBoMbBFLV

165 sollicitudinem] solitudinem **P** 166 eluderet] eluderetur **Σ** 167 produxerant eos] produxerat **V** *a. c.* metu] metum **P** Polydamanta] polid- **Σ** 168 Parmenionis] parmoenis **P**: parmoenionis **B** 169 ego] eo **L** *a. c.* quos] quo **P** 170 Ad] at **P** vide] de **P** quantum] quant*um **P**: quan*tum **L** 171 uti] ut **P** *(pro* uti statui **Bo** *habet* uti ista tui*)*: i **V** *a. c.* statui] statuit **L** *a. c.* 172 Mediam] media **V** scriptas] scrip*tas **L** 173 <famae> *add. Vindelinus*: <sceleris> *Cornelissen* 174 pervenire] pervenere **L** *a. c.* postero] postera **F** scripta] scripto **P** erunt] erant **B** *a. c.* 175 Parmeniona] parmoen- **PB** epistulas] epostolas **P** *a. c.* a] ad **F** alteram] alteram a **B** Philotae] phyl- **BLV** 176 Si] sic **BF**^{corr}**LV** filio] fi*lio **L** 177 Polydamas] polid- **Σ** liberatus] liliberatur **L** *a. c.* 178 inpensius etiam] -pen. e. *extra lin. add.* **F** 179 oneratus] honeratus **PV** *a. c.*: one**ratus **L** habebat] ab- **L** Arabica] arabico **PMb**: arabim **Bo**: arabia **B** *a. c.* 180 Duo] **BoMb**: duc **P**: dux **Σ** 181 nimiam] *Ehlers*: etiam **ω**: et nuda *coni. Lucarini* 182 camelis] camel **L** *a. c.* undecimo die] xi° die **BL**^{corr}**V**: xi modio **P**: xi° **L**: xi die **F** quo destinaverat] quod aestimaverat **PL** *a. c.*: quo destinavera<n>t *Vogel*

ipsi<us> nuntiaretur adventus, rursus Polydamas vestem Macedonicam sumit et in tabernaculum Cleandri (p<rae>tor hic regius erat) quarta vi-
185 gilia pervenit. [20] Redditis deinde litteris, constituerunt prima luce ad Parmenionem coire [namque ceteris quoque litteras regis attulerat]. Iam ad eum venturi erant, cum Parmenioni Polydamanta venisse nuntiaverunt. [21] Qui dum laetatur adventu amici simulque noscendi, quae rex ageret, avidus (quippe longo intervallo nullam ab eo epistulam acceperat)
190 Polydamanta requiri iubet. [22] Deversoria regionis illius magnos recessus habent amoenosque nemoribus manu consitis; ea praecipue regum satraparumque voluptas erat. [23] Spatiabatur in nemore Parmenion medius inter duces, quibus erat imperatum litteris regis, ut occiderent. Agendae autem rei constituerant tempus, cum Parmenion a Polydamante litteras
195 traditas legere coepisset. [24] Polydamas procul veniens, ut a Parmenione conspectus est, vultu laetitiae speciem praeferente, ad conplectendum eum cucurrit. Mutua tum salutatione functi, Polydamas epistulam a rege scriptam ei tradidit; [25] Parmenion, vinculum epistulae solvens, quidnam rex ageret, requirebat. Ille ex ipsis litteris cogniturum esse respondit.

PBoMbBFLV

183 ipsi<us> *Vindelinus* adventus] -t- **P**^{corr} *in ras.* rursus] russus **B** Polydamas] polid- **Σ** Macedonicam] macedoniam **PColSig**, *ut vid.* 184 p<ra>etor **ς** hic] id **V** 185 Redditis] *scil. Cleandro* ad] a **P** 186 Parmenionem] parmoenionem **PB** [namque ... attulerat] *del. Lucarini; fort. aliqua exc., pro quibus haec insiticia inlata sunt* ceteris] ceteri **BFL** litteras] **M**^{corr}: litteris **ω** Iam] *om.* **PColSigBoMb** 187 cum] iam **PColSigBoMb** Parmenioni] parmoenioni **PB**: armenioni **V** *a. c.* Polydamanta] **ς**: polid- **ω** *(*polydam*anta **L***)* 189 ab eo] habeo **P**: *om.* **Mb** 190 Polydamanta] **BoMb**: philodam- **PF**: phylodam- **BL**: pholodam- **V**: pholidam- **V**^{corr} Deversoria] *Hedicke*: div- **ω** magnos] magos **L** *a. c.* 191 habent] abent **P** regum] rerum **P** 192 nemore] mere **P**: nemere **P**^{corr} Parmenion] parmoenion **B** 194 Parmenion] parmoenion **P** Polydamante] **ς**: polidamante **PBLV**: polidamanta **F** litteras] litteris **P**: littera **L** *a. c.*: <alteras> litteras *Damsté* 195 traditas] tradita **L** *a. c.* coepisset] cepisset **BLV** Polydamas] **O**: polid- **ω** Parmenione] parmoen- **B** 196 praeferente] praeferentem **P** *a. c.* conplectendum] conp*lectendum **L** 197 cucurrit] cucurit **L** Mutua tum] *Bentleius*: mutuatu **P**: mutuaque **BoMb**: mutuata **Σ**: mutua itaque *Heinsius* salutatione] *Bentleius*: gratulatione **ω** functi] facta *Bentleius* Polydamas] **O**: polid- **ω** 198 Parmenion] parmoenion **B** *(ita et l. 200)* quidnam] quid**nam **L** 199 esse] esse *** **V**

[26] Quibus Parmenion lectis: «Rex» inquit «expeditionem parat in Arachosios. Strenuum hominem et numquam cessantem! Sed tempus saluti suae, tanta iam parta gloria, parcere.» [27] Alteram deinde epistulam Philotae nomine scriptam laetus, quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum eius latus gladio haurit Cleander, deinde iugulum ferit; ceteri exanimum quoque confodiunt. IX [28] Et armigeri, qui ad aditum nemoris adstiterant, cognita caede, cuius causa ignorabatur, in castra perveniunt et tumultuoso nuntio milites concitant. [29] Illi armati ad nemus, in quo perpetrata caedes erat, coeunt et, ni Polydamas ceterique eiusdem noxae participes dedantur, murum circumdatum nemori eversuros denuntiant omniumque sanguine duci parentaturos. [30] Cleander primores eorum intromitti iubet litterasque regis scriptas ad milites recitat, quibus insidiae Parmenionis in regem precesque, ut ipsum vindicarent, continebantur. [31] Igitur, cognita regis voluntate, non quidem indignatio, sed tamen seditio conpressa est. Dilapsis pluribus, pauci remanserunt, qui, saltem ut corpus ipsius sepelire permitterent, precabantur. [32] Diu id negatum est Cleandri metu, ne offenderet regem. Pertinacius deinde pergentibus, materiem consternationis subtrahendam ratus, capite deciso truncum humare permisit; ad regem caput missum est. [33] Hic exitus Parmenionis fuit, militiae domique clari viri. Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil

PBoMbBFLV

200 expeditionem] expeditio**nem **L** parat] pa*rat **V** 202 saluti] salutis **BoMbV** tanta] tantam **P** parta] parti **V** 203 Philotae] phyl- **BL** legebat] legeba **L** *a. c.* 204 haurit] aurit **V** Cleander] cleandre **PF**: cleande **L** *a. c.* deinde] inde **L** ferit] fe**rit **PV** ceteri] ceterum **P** 205 confodiunt] confudiunt **P** Et] At *Vogel* qui ad] **OBoMb**: quid **P**: qui **Σ** 206 adstiterant] ad*s- **L** 207 tumultuoso] tumultuosa **P** *a. c.* milites] mlites **L** *a. c.* 208 coeunt] quoeunt **V** *a. c.* Polydamas] **O**: polid- **ω** 209 circumdatum] circumda*tum **L** nemori eversuros] memoriae versuros **P** denuntiant] denutriant **PF** 210 duci] duce **P** *a. c.* Cleander] cl*e- **L** primores] priores **PMbB** *a. c.* **F** *a. c.* 211 intromitti] **OBoMb**: intermitti **ω** 212 Parmenionis] parmoen- **B** 214 Dilapsis] delapsis **P** saltem] sal*tem **F** 215 ipsius] ipsis *Vogel* id] it **F** Cleandri] cleandro **PColSigBo**: cleander **Mb** 216 Pertinacius] -ti- **L**corr *in ras.* pergentibus] precantibus **Σ** 217 subtrahendam] subtrae- **P** 218 Parmenionis] parmoen- **B** 219 sine] *om.* **P** *a. c.* illo] **M**: ullo **PFV**:*illo **BL**

220 magnae rei gesserat. Felicissimo regi et [ad] omnia ad fortunae suae exigenti modum satisfecit. LXX natus annos iuvenis ducis et saepe etiam gregarii militis munia explicuit, acer consilio, manu strenuus, carus principibus, vulgo militum acceptior. [34] Haec inpulerint illum ad regni cupiditatem an tantum suspectum fecerint, ambigi potest, quia Philotas,
225 ultimis cruciatibus victus, verane dixerit, quae facta probari non poterant, an falsis tormentorum petierit finem, re quoque recenti, cum mag[n]is posset liquere, dubitatum est.

X [35] Alexander, quos libere mortem Parmenionis conquestos esse compererat, separandos a cetero exercitu ratus, in unam cohortem secrevit
230 ducemque his Leonidam dedit, et ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate coniunctum. [36] Fere idem er[t]ant, quos alioqui rex habuerat invisos. Nam, cum experiri vellet militum animos, admonuit, qui litteras in Macedoniam ad suos scripsisset, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet. Simpliciter ad necessarios suos quisque scripserat, quae
235 sentiebat: aliis gravis erat, plerisque non ingrata militia. [37] Ita et agentium gratias et querentium litterae excepta<e> sunt: et qui forte taedium laboris per litteras erant questi, hanc seorsus cohortem a ceteris tendere ignominiae causa iubet, fortitudine usurus in bello, libertatem linguae ab auribus credulis remoturus. Et consilium, temerarium forsitan (quippe
240 fortissimi iuvenes contumelia inritati erant), sicut omnia alia, felicitas

PBoMbBFLV

220 [ad] *del.* **B**[corr] 221 annos] amnos **L** 222 munia] **BoMb**: milia **P**: militiam **Σ** explicuit] explicut **L** *a. c.*: explevit *Freinsheimius* manu] manus **P** strenuus] strenues **P** *a. c.*: strenu*us **L** 224 tantum] tantium **P** Philotas] phyl- **BLV** 225 victus] victis **V** 226 mag[n]is **O** 227 est] ēst **P** 228 Parmenionis] parmoen- **B** 230 ipsum] ipsu **V** Parmenioni] parmoen- **B**: parmenion*i **L** 231 er[t]ant **B**[corr]**L**[corr] quos] quod **L** alioqui] alioquin **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 232 admonuit] **BoMb**: admovit **ω** 233 iis] *Vindelinus*: si **ω** perlaturis] *Vindelinus*: perlaturus **ω** cum fide] **B**[corr]: confide **ω** 235 Ita et ... sunt] *del. Kinch* 236 et querentium] *del. Vogel* excepta<e> **B**[corr] 237 cohortem] quohortem **P** 238 ignominiae] ignomiāe **F** libertatem] libar- **L** *a. c.* 239 credulis] credulus **L** *a. c.* remoturus] remoturos **PF** *a. c.* Et] Id *Hedicke* temerarium] tenerarum **V** *a. c.* 240 fortissimi] fortissime **L** *a. c.* contumelia] **BoMb**: contumelias **PV**: contumeliis **BFL**[corr]: contulias **L**: contumelia sui *Walter*

regis excepit. 38 Nihil illis ad bella promptius fuit: incitabat virtutem et ignominiae demendae cupido et quia fortia facta in paucis latere non poterant.

xi III His ita conpositis Alexander, Arsame Drangarum satrape constituto, 245
iter pronuntiari iubet in Arimaspos, quos iam tunc mutato nomine Euergetas appellabant, ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum adfectum tectis et commeatibus iuverant. 2 Quintus dies erat, ut in eam regionem pervenerat, <cum> cognoscit Satiba<r>zanem, qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu inrupisse rursus in Arios. Itaque Caranum 250
et Erigyium cum Artabazo et Andronico †et† vi milia Graecorum peditum, dc [milia] equites sequebantur. 3 Ipse lx diebus gentem Euergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. 4 Relicto deinde, qui iis praeesset, Amedine (scriba is Darei fuerat) Arac<h>osios, quorum regio ad Ponticum mare pertinet, subegit. Ibi exercitus, 255
qui sub Parmenione fuerat, occurrit: sex milia Macedonum erant et cc nobiles et v milia Graecorum cum equitibus dc, haud dubie robur omnium virium regis. 5 Arachosiis datus Menon praetor iiii milibus peditum et dc [milia] equitibus in praesidium relictis.

PBoMbBFLV

241 incitabat] incibat **P** *a. c.* 242 ignominiae] ignomiāe **F** demendae] clemendae **V** latere] littere **F** 245 Arsame Drangarum] *Hedicke*: arianiorum **PBL**: arianorum **F**: arrianiorum **V**: Arsame Ariorum *Vogel* 246 Arimaspos] *Loccenius*: armatos **ω** 247 Cyri] ciri **F** 248 erat] -t **P**^{corr} *in ras.* eam regionem] ea regione **V** 249 <cum> *add. Lucarini* Satiba<r>zanem *Aldus* 250 Arios] *Acidalius*: alios **ω** Itaque] I. <contra eum misit> *Hedicke* Caranum et Erigyium] *Aldus*: cara nume riguum **P**: caronum eriguum **Σ** 251 Andronico] ambro- **V** †et† eo misit *Müller*: eos *Hedicke* milia] *om.* **F** peditum] peditum <eo misit, quos> *Vogel* 252 [milia] *om.* **BoMb** 253 pecunia] pecuni*a **L** Cyrum] cirum **F** 254 deinde] *om.* **L** *a. c.* qui iis] qui is **F**: quis **V** Amedine] amedinem **Σ** scriba is] scribeis **P**: scribas **FV** Arac<h>osios **O** 255 ad] a **V** subegit] subegi **V** Ibi] ibi ** **L** 256 sub] **s **L** *(supra add.* ub*)*: su **V** *a. c.* Parmenione] parmoen- **B** occurrit] occurrit ******* **L**: occu **F**: -pavit *add.* **F**^{corr} *in fine versus* occupavit *rell.* 257 cum equitibus] *om.* **V** dc] $\overline{\text{DC}}$ **P** haud] aut **V** *a. c.* robur] robor **P** 258 Arachosiis] arachosios **P** *a. c.* iiii milibus peditum] quattuor peditum b **V** 259 dc] **O**: $\overline{\text{DC}}$ **ω**

260 Ipse rex nationem ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo XII
commercio colentem mutuos usus, cum exercitu intravit. 6 Parapamisadae
appellantur, agreste hominum genus et inter barbaros maxime incon-
ditum. Locorum asperitas hominum quoque ingenia duraverat. 7 Geli-
dissimum septentrionis axem ex magna parte spectant, Bactrianis ab oc-
265 cidente coniuncti sunt, meridiana regio ad mare Indicum vergit. 8 Tugu-
ria latere primo struunt et, quia sterilis est terra materia [in] nudo etiam
montis dorso, usque ad summum aedificiorum fastigium eodem laterculo
utuntur. 9 Ceterum structura latior ab imo paulatim incremento operis
in artius cogitur, ad ultimum in carinae maxime modum coit. Ibi, fo-
270 ramine relicto, superne lumen admittunt. 10 Vites et arbores, si quae in
tanto terrae rigore durare potuerunt, obruunt penitus. Hieme defossa<e>
latent; cum <nix> discussa aperire humum coepit, caelo solique
redduntur. 11 Ceterum adeo altae nives premunt terram gelu et perpetuo
paene rigore constrictae, ut ne avium quidem feraeve ullius vestigium
275 extet. Obscura caeli verius umbra quam lux, nocti similis, premit terram,
vix ut, quae prope sunt, conspici possint. 12 In hac tum omnis humani XIII
cultus solitudine destitutus exercitus, quidquid malorum tolerari potest,
pertulit, inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem. 13 Multos ex-

PBoMbBFLV

260 Ipse] Inde *coni. Lucarini* finitimis] fitimis **P** 261 colentem] *Acidalius*: volantem **P**: volentem **Σ** mutuos] ut vos **P** Parapamisadae] *Bruno*: paramedesidem **PBF**^{corr}**LV**: paramesidem **F** 262 hominum] *om.* **V** barbaros] barboros **P** 263 Locorum] lo*corum **L**: iocorum **V** 264 spectant] **B**^{corr}: expectant **ω**: extant **P**^{corr} ab occidente] ad occidentem **Σ** 265 Indicum] **OBoMb**: indicio **PF**: indici* **B**: indiciu **F**^{corr}: indic*u **L**: indicu **V** 266 primo] ab imo *Freinsheimius*: crudo *Hedicke* [in] *del. Bruno* 267 montis] **BoMb**: monte **PBFV**: monti* **L** 269 cogitur] cogitus **L** *a. c.* **V** foramine] faromine **P** 270 superne] supene **P** admittunt] *Zumpt*: ad medium **ω**: accipiunt **B**^{corr} Vites] vitas **P** 271 obruunt] *del. Kinch* defossa<e> *Vindelinus (*defossa* **L***)* 272 <nix> *add.* **ς** discussa] dis*c- **L** 273 altae] -l- **P**^{corr} *in ras.* 274 rigore] rigere **P** constrictae] constricto **F** feraeve] fere **P** ullius vestigium] ulius v. **P**: illius v. **P**^{corr}: vestigium ullius **F** 275 extet] excitat **P**: existat **BoMb** Obscura] obscu*ra **L** premit terram] p. teram **P** *a. c.*: p. terra **V**: *del. Kinch* 276 possint] **BoMb**: possunt **ω** hac] hanc **P** tum] *Freinsheimius*: tamen **PBFL**: tam **V**: tanta *Bardon*: *del. Hedicke* 278 pertulit] per*t- **L** Multos]

animavit rigor insolitus nivis, multorum adussit pedes, plurimorum
oculos. Praecipue perniciabilis fuit fatigatis: quippe in ipso gelu defici- 280
entia corpora sternebant, quae, cum moveri desissent, vis frigoris ita ad-
stringebat, ut rursus ad surgendum coniti non possent. [14] A com-
militonibus torpentes excitabantur, neque aliud remedium erat, quam
ut ingredi cogerentur: tum demum vitali calore moto membris aliquis
redibat vigor. [15] Si qui tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refec- 285
ti sunt. Sed tanta caligo erat, ut aedificia nulla alia res quam fumus
ostenderet. [16] Illi, numquam ante in terris suis advena viso, cum arma-
tos repente conspicerent, exanimati metu, quidquid in tuguriis erat,
adferebant, ut corporibus ipsorum parceretur, orantes. [17] Rex agmen
circumibat pedes, iacentes quosdam erigens et alios, cum aegre se- 290
querentur, adminiculo corporis sui excipiens. Nunc ad prima signa,
nunc in medio, nunc in ultimo agmine, itineris multiplicato labore,
aderat. [18] Tandem ad loca cultiora perventum est commeatuque largo
recreatus exercitus; simul et, qui consequi non pot<u>erant, in illa castra
XIV venerunt. [19] Inde agmen processit ad Caucasum montem, cuius dorsum 295
Asiam perpetuo iugo dividit. Hinc simul mare, quod Ciliciam subit, <et
Ponticum>, illinc Caspium fretum et amnem Araxen aliaque regione
Scythiae deserta spectat. [20] Taurus, secundae magnitudinis mons,
committitur Caucaso; a Cappadocia se attollens Ciliciam praeterit

PBoMbBFLV

-tos **P**^{corr} *in ras.*

279 insolitus] **L**^{corr}: insolitos **ω** adussit] adusit **P** 280 fatigatis] fatigatis*** **P** 281 corpora] corporas **P**: corporis **Bo** quae] *om.* **PBoMb** adstringebat] -bant **F** *a. c.* 282 coniti] **Bo**: contineri **ω**: cum niti **Mb** possent] possunt **V** *a. c.* 284 moto] neto **F** membris] menbris **F** 288 tuguriis] tuguris **F** 289 ipsorum] eorum **PBoMb** 290 circumibat] circuibat **F** 291 sui] su*i **L** 292 medio] **ς**: medium **ω** 293 cultiora] ult- **V** *a. c.* commeatuque] cumme- **P**: cumeatuque **V** 294 pot<u>erant *Acidalius* 295 venerunt] verunt **L** *a. c.* Caucasum] causum **L** *a. c.*: causam **V** *a. c.* 296 Hinc] hunc **F** <et Ponticum> *add. Lucarini*: <et Rubrum mare> *add. Vogel* 297 et amnem] etiam nem **P** aliaque] et alia quae **PBoMb**: nobiliaque *Hedicke* regione] *Vogel*: regionis **ω** 298 Scythiae] scithiae **Σ** 299 Caucaso] causaso **PB** *a. c.* **L** *a. c.*: causasu **V** *a. c.* praeterit] praeeterit **V**

300 Armeniaeque montibus iungitur. [21] Sic inter se iuga velut serie cohaerentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asiae omnia fere flumina alia in Rubrum, alia in Caspium mare, alia in Cilicium et Ponticum decidunt. [22] XVII dierum spatio Caucasum superavit exercitus. Rupes in eo X in circuitu stadia conplectitur, IIII in altitudinem excedit, in qua vinctum 305 Promethea fuisse antiquitas tradidit. [23] Condendae in radicibus montis urbi sedes electa est. VII milibus †seniorum Macedonum† et praeterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum in nova[m] urbe[m] considere. Hanc quoque Alexandream incolae appellaverunt.

310 **IV** At Bessus, Alexandri celeritate perterritus, dis patriis sacrificio rite facto, sicut illis gentibus mos est, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de bello consultabat. [2] Graves mero suas vires extollere, hostium nunc temeritatem, nunc paucitatem spernere incipiunt. [3] Praecipue Bessus, ferox verbis et parto per scelus regno superbus ac vix potens mentis, 315 dicere orditur socordia Darei crevisse hostium famam. [4] Occurrisse enim in Ciliciae angustissimis faucibus, cum retrocedendo posset perducere incautos in loca naturae situ tuta, tot fluminibus obiectis, tot montium latebris, inter quas deprehensus hostis ne fugae quidem, nedum resistendi occasionem fuerit habiturus. [5] Sibi placere in Sogdianos recedere: Oxum

XV

PBoMbBFLV

300 Armeniaeque] a*r- **L** 301 perpetuum] pertuum **V** dorsum] dorsu **V** fere] fera **P** 302 Cilicium] *Lucarini*: hyrcanium **PBV**: hyrcanum **F**: h*yrcanium **L** Ponticum] potenticum **F** 303 XVII] quindecim **V** X] CX **P**: ex **P**corr 304 IIII] IIII milia **P** qua] *Vindelinus*: quo **ω** 305 tradidit] tradit **Σ** 306 †seniorum Macedonum† subactarum nationum *Hedicke*: Caucasiorum et Macedonum, praeterea militibus *Halm*: novorum militum et praeterea Macedonibus *Lucarini* 307 desisset] dississet **P** nova[m] urbe[m] **ς** 308 Alexandream] alexandriam **FV** *a. c.* 310 At] ad **L** 314 ac vix] hac vis **V** 315 orditur] oritur **P**: oditur **V** *a. c.* socordia] sec- **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* Occurrisse] occurisse **P**: ocurrisse **V** 316 Ciliciae] cliae **L** *a. c.* angustissimis] angustissimi **P**: angustissi** **V** *a. c.* 317 situ tuta] *Bentleius*: sit au **P**: sit aut **P**corr**BFL**corr**V**: sita aut **B**corr: s aut **L** : situ munita *Merula*: situ invia *Iunta* 318 deprehensus] depraehensius **V** 319 habiturus] habi**t- **L** Sibi placere] si placere **B** *a. c.*: placere sibi **L** *a. c.* Sogdianos] ogdianos **L** *a. c.* Oxum] **BoMb**: exun **ω**

amnem velut murum obiecturum hosti, dum ex finitimis gentibus valida 320
auxilia concurrerent. [6] Venturos autem Chorasmios et Dahas Sacasque
et Indos et ultra Tanain amnem colentes Scythas; quorum neminem adeo
humilem esse, ut humeri eius non possent Macedonis militis verticem
aequare. [7] Conclamant temulenti unam hanc sententiam salubrem esse,
et Bessus circumferri merum largius iubet, debellaturus super mensam 325
XVI Alexandrum. [8] Erat in eo convivio Gobares, natione Medus, sed magicae
artis (si modo ars est, non vanissimi cuiusque ludibrium) magis pro-
fessione quam scientia celeber, alioqui moderatus et probus. [9] Is, cum
praefatus esset scire servo utilius esse parere dicto quam adferre consilium,
cum illos, qui pareant, idem quod ceteros maneat, qui vero suadeant, 330
proprium sibi periculum <...> poculum etiam, quod habebat in manu,
tradidit. [10] Quo accepto, Gobares: «Natura» inquit «mortalium hoc
quoque nomine prava et sinistra dici potest, quod in suo quisque negotio
hebetior est quam in alieno. [11] Turbida sunt consilia eorum, qui sibi
suadent. Obstat metus, alias cupiditas, nonnumquam naturalis eorum, 335
quae excogitaveris, amor: nam in te superbia non cadit. Expertus es id
quemque, quod ipse reppereris, aut solum aut optimum ducere.

PBoMbBFLV

320 amnem] am *in* **B** *s. l.* murum] *om.* **V** obiecturum] ab- **V** hosti] osti **V** valida] -i- **L**^{corr} *in ras.* 321 Chorasmios] chorasmos **F** Dahas] *Aldus*: deas **ω** Sacasque] *Bruno*: sagasque **ω** 322 Tanain] tamain **L** *a. c.*: tanaim **V** Scythas] scytas **B** *a. c.* **FL**: scitas **V** neminem] nominem **P** adeo] *ita* **P**^{corr} *in ras*: ideo **V** 323 humeri] um- **L** non] *om.* **PBoMb** militis] milites **P** 324 temulenti] temuli **V** 325 largius] larg*is **V** debellaturus] debela- **P** *a. c.*: debellaturis **FL** *a. c.* mensam] mensa **P** 326 Alexandrum] alexandrum versiculum **V** Gobares] *Stangl*: co- **ω** natione Medus] **Bo**: nationem sedus **P**: natione sedus **Σ** 327 non] n̄o **P** cuiusque] c- **L**^{corr} *in ras.* 328 moderatus] **L**^{corr}: modoratus **ω** Is] his **P** 329 utilius] utiilius **L** *a. c.* parere] parare **V** quam] cum **V** 331 sibi] subeant *Hedicke*: sibi <pariant> *Alanus* <...>: <creent, Bessus eum dicere iussit intrepidum> *add. Halm, pro* creent, contrahant *Vogel* poculum] *om.* **PBoMbV** *a. c.* habebat] ab- **P** 332 Gobares] co- **Σ** 334 hebetior] hab- **P** est] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 335 alias] *Bentleius*: aliis **ω** *(*a- **L**^{corr} *in ras.*: ali*s **V***)*: aliis, <aliis> *Cornelissen* 336 id quemque] *Vogel*: utramque **ω**: utrumque **B**^{corr}: unumquemque *Bruno*: utique *Hedicke* 337 reppereris] reppererit *Bruno (*repe-*)* solum] bonum *Alanus*

[12] Magnum onus sustines capite, regium insigne; hoc aut moderate perferendum est aut, quod abominor, in te ruet. Consilio, non impetu,
340 opus est.» [13] Adicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo usurpabant, canem timidum vehementius latrare quam mordere, altissima quaeque flumina minimo sono labi: quae inserui, ut, qualiscumque inter barbaros potuit esse prudentia, traderetur. [14] Iam his audientium expectationem suspenderat; tum consilium aperit utilius Besso quam gratius: «In
345 vestibulo» inquit «regiae tuae velocissimus consistet rex: ante ille agmen quam tu mensam istam movebis. [15] Nunc ab Tanai exercitum accerses et armis flumina oppones. Scilicet, qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest! Iter utrique commune est, victori tutius. Licet strenuum metum putes esse, velocior tamen spes est. [16] Quin validioris occupas gratiam
350 dedisque te, utcumque cesserit, meliorem fortunam deditus quam hostis habiturus? [17] Alienum habes regnum, quo facilius eo careas. Incipie[n]s forsitan iustus esse rex, cum ipse fecerit, qui tibi et dare potest regnum et eripere. [18] Consilium habes fidele, quod diutius exequi supervacuum est. Nobilis equus umbra quoque virgae regitur, ignavus ne calcari quidem
355 concitari potest.» [19] Bessus et ingenio et multo mero ferox adeo exarsit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum (nam strinxerat quoque acinacem) contineretur. Certe convivio prosiluit haudquaquam potens mentis. Gobares, inter tumultum elapsus, ad Alexandrum transfugit. [20] VIII milia Bactrianorum habebat armata Bessus. Quae quamdiu propter cae- XVII

PBoMbBFLV

338 sustines] sustinens **V** regium] **BoMb**: regnum **P**: regum **Σ** aut] haud **P**: autem **Mb** 339 aut] haud **P** 340 deinde] deind **L** *a. c.* 343 prudentia] prudentiae **PBoMb** Iam] *Schefferus*: in **ω**: *del. Palmerius* 344 suspenderat] *Palmerius*: sui spem dederat **ω** Besso] bess **L** *a. c.* gratius] gratus **V** 345 consistet] **BoMb**: consistat **ω**: consistit **B**corr: *cf. Castiglioni 1912* 346 quam tu] **M**: quantum **PB**corr**L**corr: quantu **Σ** ab] ap **PV** 347 qua tu] quantu **B** *a. c.* 348 tutius] totius **FV** 349 validioris] vilid- **P**: ulid- **L** *a. c.* gratiam] gratia **V** 351 habiturus] **L**corr: habituros **ω** Incipie[n]s **L**corr: incipias *Hedicke* 352 *alterum* et *om.* **L** *a. c.* 354 ignavus] ignaus **L** *a. c.* 355 concitari] -ci- **L**corr *in ras.* 356 vix] **L**corr: vis **ω** occideret] **OBoMb**: accederet **P**: occederet **BFV**: occ*deret **L** strinxerat] strix- **F** acinacem] achinacem ni **P**: acinacem vi **ColSigBo** 358 Gobares] *Stangl*: co- **ω**

li intemperiem Indiam potius Macedonas petituros crediderant, 360
oboedienter imperata fecerunt; postquam adventare Alexandrum
compertum est, in suos quisque vicos dilapsi Bessum reliquerunt. [21] Ille
cum clientium manu, qui non mutaverant fidem, Oxo amne superato
exustisque navigiis, quibus transierat, ne isdem hostis uteretur, novas
copias in Sogdianis contrahebat. 365

[22] Alexander Caucasum quidem, ut supra dictum est, transierat, sed
inopia frumenti <tum> quoque prope ad famem ventum erat. [23] Suco ex
sesima expresso haud secus quam oleo artus perunguebant, sed huius
suci ducenis quadragenis denariis amphorae singulae, mellis denariis
trecenis nonagenis, trecenis vini aestimabantur; tritici nihil aut admodum 370
exiguum reperiebatur. [24] Siros vocabant barbari <specus>, quos ita sollerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, invenire non possint; in his conditae fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili pisce et herbis
sustinebantur. [25] Iamque haec ipsa alimenta defecerant, cum iumenta,
quibus [h]onera portabant, caedere iussi sunt; horum carne, dum in 375
XVIII Bactrianos perveniunt, traxere vitam. [26] Bactrianae terrae multiplex et
varia natura est. Alibi multa arbor et vitis largos mitesque fructus alit:
solum pingue crebri fontes rigant; quae mitiora sunt frumento
conseruntur, cetera armentorum pabulo cedunt. [27] Magnam deinde

PBoMbBFLV

360 crediderant] crediderant **L** *a. c.* 363 Oxo] *Laetus*: mox **ω** 364 transierat] transierant **L** *a. c.* isdem] iisdem **BLV** uteretur] *ut- **V** 365 Sogdianis] sagdianis **V** 366 Caucasum] causcasum **L** *a. c.* 367 <tum> *add. Shackleton Bailey* quoque] *del. Iunta* famem] famen **P**: f*a*m̄ **L** 368 sesima] *Hedicke*: sesema **ω**: sesama **B**^{corr} haud] ut **P** perunguebant] *Laetus*: perurgebat **P**: perunguebat **BFV**: perug*uebat **L** 369 amphorae ... denariis] *om.* **B** *a. c.* 370 trecenis nonagenis, trecenis] *Erasmus*: CCCMCCCC **P**: CCCXCCCC **Σ** aestimabantur] aestimabat **P**: aestimabatur **P**^{corr} aut] haud **P** 371 reperiebatur] repper- **P** Siros] syros **BFV** <specus> *add. Müller*: <scrobes> *Vogel* quos] qos **L** *a. c.* 372 invenire] inveniri **LV** possint] possunt **F** 373 fluviatili] fluviatibi **P**: fluviatuli **Mb** herbis] er- **V** 375 [h]onera **OBoMb** 376 perveniunt] *Lucarini*: perventum **ω**: perventum <est> *Hedicke* 377 varia] -a- **L**^{corr} *in ras.* mitesque] mittesque **P** 378 pingue] piguae **P** *a. c.*: pinge **BFL** *a. c.* 379 cedunt] cedent **P** *a. c.*

380 partem eiusdem terrae steriles harenae tenent: squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit; cum vero venti a Pontico mari spirant, quidquid sabuli in campis iacet, converrunt. Quod ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est, omniaque pristini itineris vestigia intereunt. [28] Itaque qui transeunt campos navigantium modo noctu sidera
385 observant, ad quorum cursum iter dirigunt, et propemodum clarior est noctis umbra quam lux. [29] [Ergo interdiu invia est regio, quia nec vestigium, quod sequantur, inveniunt et nitor siderum caligine absconditur.] Ceterum si quos ille ventus, qui a mari exoritur, deprehendit, harena obruit. [30] Sed, qua mitior terra est, ingens hominum equorum-
390 que multitudo gignitur; itaque Bactriani equites xxx milia expleverant. [31] Ipsa Bactra, regionis eius caput, sita sunt sub monte Parapamiso. Bactrus amnis praeterit moenia; is urbi et regioni dedit nomen.

xix [32] Hic regi stativa habenti nuntiatur ex Graecia Peloponnesiorum Laconumque defectio (nondum enim victi erant, cum proficiscerentur
395 tumultus eius principia nuntiaturi) et alius praesens terror adfertur, Scythas, qui ultra Tanaim amnem colunt, adventare Besso ferentis opem. Eodem tempore, quae in gente Ariorum Caranus et Erigyius gesserant, perferuntur. Commissum erat proelium inter Macedonas Ariosque. [33] Transfuga Satibarzanes barbaris praeerat; qui, cum pugnam
400 segnem utrimque aequis viribus stare vidisset, in primos ordines ad-

PBoMbBFLV

380 steriles] **P**^{corr}**B**^{corr}: sterilis **ω** harenae] arenae **PLV** regio] regi **P** 381 a] *om.* **V** *a. c.* mari] -ri **V**^{corr} *in ras.* 382 sabuli] **BoMb**: paulo **P**: pabuli **Σ** converrunt] comv- **P** ubi] ulli **P** 386 [Ergo ... absconditur] *del. Vogel* interdiu invia] **BoMb**: interdium via **P**: indie invia **BFV**^{corr}: indi*e invia **L**: indie via **V** quia] quia quia **P**: quia qui **BLV** 388 quos] qos **L** *a. c.* deprehendit] deprahendit **F** 389 harena] harene **P**: arena **V** equorumque] equorum **P**: et equorum **BoMb** 390 milia] *om.* **PMb** 391 Parapamiso] *Bruno*: parapaniso **ω** (-o **L**^{corr} *in ras.*) Bactrus] **F**^{corr}: boctrus **ω** 392 is] his **P** 393 Peloponnesiorum] **ς**: peloponensiorum **ω** 394 victi] vincti **P** *a. c.* 396 Scythas] scithas **BFL**: scitas **V** amnem] omnem **P** ferentis] ferentes **L** 397 Ariorum] *Laetus*: arionum **PBFL**: alionum **V** Caranus] *Bruno*: cauranus **P**: caurans **BoMb**: caurarus **Σ** Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** 398 erat] erant **P** Macedonas] macedones **Σ** 399 Satibarzanes] *Vindelinus*: sartibazes **PBFV**: sed artibazus **L**: s. -zes **L**^{corr}

equitavit demptaque galea inhibitis, qui tela iaciebant, si quis viritim
dimicare vellet, provocavit ad pugnam: nudum se caput in certamine
habiturum. 34 Non tulit ferociam barbari <Erigyius> [dux illius exercitus],
gravis quidem aetate, sed et animi et corporis robore nulli iuvenum
postferendus. Is, galea dempta, canitiem ostentans: «Venit» inquit «dies, 405
quo aut victoria aut morte honestissima, quales amicos et milites
Alexander habeat, ostendam.» 35 Nec plura elocutus, equum in hostem
egit. Crederes imperatum, ut acies utraeque tela cohiberent: protinus
certe recesserunt dato libero spatio, intenti in eventum non ducum modo,
sed etiam suae sortis, quippe alienum discrimen secuturi. 36 Prior barbarus 410
emisit hastam, quam Erigyius modica capitis declinatione vitavit atque
ipse infestam sarissam, equo calcaribus conci<ta>to, in medio barbari
gutture ita fixit, ut per cervicem emineret. 37 Praecipitatus ex equo
barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam e vulnere hastam
rursus in os dirigit. Satibarzanes, manu conplexus, quo maturius interi- 415
ret, ictum hostis adiuvit. 38 Et barbari, duce amisso, quem magis necessita-
te quam sponte secuti erant, tunc haud inmemores meritorum Alexan-
dri arma Erigyio tradunt. 39 Rex his quidem laetus, de Spartanis
haudquaquam securus, magno tamen animo defectum eorum tulit, dicens

PBoMbBFLV

401 inhibitis] inabitis **L**: inibitis **L**^{corr}**V** *a. c.* quis] quis *** **L** 402 certamine habiturum] certam inhebiturum **P** 403 <Erigyius> [dux illius exercitus] *Vogel*: ducis Erigyius *Zumpt*: dux exercitus Eriguus *Modius* 404 iuvenum] -nem **F** 405 inquit] inqui **L** *a. c.* 406 morte] mortem **V** 407 ostendam] hos- **P** elocutus] eloquutus **F** hostem] honestem **F** *a. c.* 409 eventum] ventum **P** ducum] *Freinsheimius*: duorum **ω** 410 suae sortis] sues hostis **V** secuturi] secutu *vel* secuti **P** *a. c.* 411 hastam] as- **PV** *a. c.* Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** declinatione] dedinatione **P** 412 sarissam] sarassam **P**: sarisam **BoMb** concit<at>o **Mb** *(*-ci- **L**^{corr} *in ras.)* 413 emineret] emigneret **V** 414 extractam] tractam **L** hastam] as- **L** *a. c.* **V** 415 os] hos **F** *a. c.* interiret] interisset **V** 416 ictum] hictum **V** hostis] ostis **B** *a. c.* adiuvit] adiuvet **P**: adiuvat *Kinch* quem] **BL**^{corr}: quam **PL**: quae **F**: que **V** magis] magnis **P** 417 sponte] sponti **P** haud] aut **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 418 Erigyio] *Bruno*: eriguo **PBFL**: erigo **V** Spartanis] spertanis **PV** *a. c.* 419 haudquaquam] **OMb**: haud quamquam **PBF**: haut quamquam **L**: aut quamquam **V** securus] secuturus **V** defectum] defunctum **P**

420 non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiae pervenisse cognossent. 40 Ipse, Bessum persequens, copias movit; cui Erigyius barbari caput, opimum belli decus, praeferens occurrit.

V Igitur Bactrianorum regione Artabazo tradita, sarcinas et inpedimenta xx
425 ibi cum praesidio relinquit, ipse cum expedito agmine loca deserta Sogdianorum intrat, nocturno itinere exercitum ducens. 2 Aquarum, ut ante dictum est, penuria prius desperatione quam desiderio bibendi sitim accendit. Per CCCC stadia ne modicus quidem humor existit. 3 Harenas vapor aestivi solis accendit; quae ubi flagrare coeperunt, haud secus quam
430 continenti incendio cuncta torrentur. 4 Caligo deinde, inmodico terrae fervore excitata, lucem tegit camporumque non alia quam vasti et profundi aequoris species est. 5 Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore et matutino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa luce aestus oritur omnemque naturalem absorbet humorem siccitas; ora visceraque
435 penitus uruntur. 6 Itaque primum animi, deinde corpora deficere coeperunt. Pigebat et consistere et progredi. 7 Pauci a peritis regionis admoniti praepararant aquam; haec paulisper repressit sitim, deinde, crescente aestu, rursus desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid vini oleique erat avidius ingerebatur tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in
440 posterum sitis non timeretur. 8 Graves deinde avide hausto humore non

PBoMbBFLV

420 ante] antea **V** 421 Bessum] -sem **F** *a. c.* Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** barbari caput, opimum] *Bentleius*: barbaricae optimum **P**: barbari ceu opimum **BoMb**: barbarici optimum **Σ** 425 agmine] acmine **V** 426 Sogdianorum] *Glareanus*: susitanorum **PBFL**corr**V**: norum **L** Aquarum] quarum **L** *a. c.* 428 humor] humore **B** *a. c.*: umor **L**: homo **V** *a. c.* 429 vapor] vapora **P** 431 excitata] excitate **P** 432 videbatur] videbantur **P** 433 corpora] corpara **P** levabantur] lavabantur **F** 434 absorbet humorem] arbor betum orem **P**: a. b. morem **P**corr 436 coeperunt] coeperint **P** *(pro* def- coep- **ColSig** *habebant* defecere*)*: ceperunt **V** *a. c.* Pigebat] piebat **P** Pauci] -c- **L**corr *in ras.* 437 praepararant] *Bruno*: praepararunt **ω**: praeparaverant *Wagener* aquam] a*quam **L** 438 crescente] crecente **P** aestu] aestu* **L** rursus] rulus **P** 439 avidius] *Bentleius*: hominibus **ω**: *del. Acidalius*: oribus *Zumpt*: abdominibus *Jeep* 440 timeretur] timetretur **P**

sustinere arma, non ingredi poterant [et feliciores videbantur, quos aqua
defecerat, cum ipsi sine modo infusam vomitu cogerentur egerere].
9 Anxium regem tantis malis circumfusi amici ut meminisset orabant,
animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse,
10 cum ex iis, qui praecesserant ad capiendum locum castris, duo occur- 445
runt utribus aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem agmine esse et
aegre pati sitim non ignorabant, succurrerent. 11 Qui cum in regem inci-
dissent, alter ex his utre resoluto vas, quod simul ferebat, inplet porrigens
regi. Ille accipit; percontatus, quibus aquam portare<n>t, filiis ferre
cognoscit. 12 Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito: «Nec solus» 450
inquit «bibere sustineo nec tam exiguum dividere omnibus possum: vos
XXI currite et liberis vestris, quod propter illos attulistis, date.» 13 Tandem ad
flumen Oxum ipse pervenit prima fere vespera, sed exercitus magna pars
non potuerat consequi. In edito monte ignes iubet fieri, ut ii, qui aegre
sequebantur, haud procul castris ipsos abesse cognoscerent; 14 eos au- 455
tem, qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos inplere
alios utres, alios vasa, quibuscumque aqua portari posset, ac suis opem
ferre. 15 Sed qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu extincti sunt,
multoque maior horum numerus fuit, quam ullo amiserat proelio. 16 At
ille, thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu, qua venie- 460
bat exercitus, constitit nec ante ad curandum corpus recessit, quam

PBoMbBFLV

441 [et feliciores ... egerere] *del. Lucarini* videbantur] videbatur **P** *a. c.* aqua] *del. Acidalius* 442 ipsi] ipsis **P** infusam] infusum *Acidalius* cogerentur] cogorentur **P**: coge*rentur **V** 443 Anxium] axium **L** *a. c.* meminisset] meminisset sui **Σ** *(- set * s.* **F***)* 444 animi] ami* **V** *a. c.* deficientis] deficientes **P** 445 iis] **ς**: his **ω** praecesserant] **ς**: processerant **ω** ad] at **V** 447 sitim] siti*m **F** succurrerent] *Heinsius*: occurrerent **ω** 449 accipit] *del. Modius* portare<n>t **ColSigMb** 450 est] *om.* **P** reddito] redito **L** *a. c.* 451 tam] tamen **PF** *a. c.* dividere] devidere **V** 452 Tandem] tamen **P** 453 sed] se **L** *a. c.* pars] p*ars **P** 454 potuerat] poterat **BF** edito] sedito **P** ii] **ς**: hii **PBFL**: hi **V** aegre] aegre* **L** 455 haud] haut **L**: aut **V** 456 firmatos] cirmato **L** *a. c.* 457 alios^{1}] alio **L** *a. c.* portari] por*t- **P** posset] possit **P**^{corr}**Σ** ac] iussit ac **BFLV**^{corr} 458 hauserant] auserant **V** 460 thoracem] tor- **Σ** potu] potu* **L**

praeterierant qui agmen <cogebant>, totamque eam noctem cum magno animi motu perpetuis vigiliis egit. [17] Nec postero die laetior erat, quia nec navigia habebat nec pons erigi poterat, circum amnem nudo <solo>
465 et materia maxime sterili. Consilium igitur, quod unum necessitas subiecerat, init: utres quam plurimos stramentis refertos dividit. [18] His incubantes transnavere amnem, quique primi transierant, in statione erant, dum traicerent ceteri. Hoc modo sexto demum die in ulteriore ripa totum exercitum exposuit.

470 [19] Iamque ad persequendum Bessum statuerat progredi, cum ea, quae in Sogdianis <even>erant, cognoscit. Spitamenes erat inter omnes amicos praecipuo honore cultus a Besso, sed nullis meritis perfidia mitigari potest; [20] quae tamen iam minus in eo invisa esse poterat, quia nihil ulli nefastum in Bessum, interfectorem regis sui, videbatur. Titulus facinori[s]
475 speciosus praeferebatur, vindicta Darei; sed fortunam, non scelus oderat Bessi. [21] Namque ut Alexandrum flumen Oxum superasse cognovit, Dataphernem et Catanen, quibus a Besso maxima fides habebatur, in societatem cogitatae rei adsciscit. Illi promptius adnuunt, quam rogabantur, adsumptisque VIII fortissimis iuvenibus talem dolum in-
480 tendunt. [22] Spitamenes pergit ad Bessum et, remotis arbitris, conperisse XXII

PBoMbBFLV

462 <cogebant> *add. Lucarini*: <ducebant> **L**^{corr}*(post* qui*)*: <claudebant> *Jeep* 463 laetior] laetitior **FV** 464 poterat] p. <terra> *Hedicke, qui* nuda *pro* nudo *scripsit* <solo> *add.* **ς** 465 materia] materiam **P** 466 subiecerat] subicerat **BV**: subi*cerat **L** init] iniit **F** *a. c.* 467 amnem] ammen **P** 471 Sogdianis] *Freinsheimius*: susianis **ω** <even>erant *Hedicke*: <acta> erant *Freinsheimius* Spitamenes] -am- **V**^{corr} *in ras.* 472 praecipuo] **B**^{corr}**L**^{corr}**V**^{corr}: praecipue **ω** honore cultus] *in* **L** *extra lin. add.* perfidia] *alterum* -i- **L**^{corr} *in ras.* mitigari] mi*t- **L** 473 tamen] tamen mitigari potest **V** poterat] poterit *Kinch* quia] qui **P** *a. c.* ulli] ulla **P** *a. c.* 474 regis sui] regisvi **P**: regis si **L** *a. c.* facinori[s] *Acidalius* 475 vindicta] vi*n- **L** oderat] *Acidalius*: oderan **P**: oderant **Σ** 476 Namque] Iamque *Kinch* 477 Dataphernem] *Aldus*: datapharnem **PBFV**: datafarnem **L** *(*-e- **L**^{corr} *in ras.)* Catanen] **Bo**: catenen **P**: catanem **Mb**: catenem **Σ** maxima] maxime **L** 478 societatem] -ci- **L**^{corr} *in ras.* adsciscit] adscissit **PL** *a. c.*: adscivit **F**: abscissit **V** adnuunt] *Jeep*: addunt **ω**: <se> addunt *Heinsius*: adsunt *Sebisius* 480 Spitamenes] spitaenes **L** *a. c.* ad] a **L** *a. c.*

ait se insidiari ei Dataphernen et Catanen, ut vivum Alexandro traderent, agitantes; a semet occupatos esse <et> vinctos teneri. [23] Bessus tanto merito, ut credebat, obligatus partim gratias agit, partim avidus explendi supplicii adduci eos iubet. [24] Illi, manibus sua sponte religatis, a participibus consilii trahebantur. Quos Bessus truci vultu intuens, consurgit, manibus non temperaturus. (485) Atque illi, simulatione omissa, circumsistunt eum et frustra repugnantem vinciunt, derepto ex capite regni insigni lacerataque veste, quam e spoliis occisi regis induerat. [25] Ille, deos sui sceleris ultores adesse confessus, adiecit non Dareo iniquos fuisse, quem sic ulciscerentur, sed Alexandro propitios esse, cuius victoriam (490) semper etiam hostes adiuvissent. [26] Multitudo an vindicatura Bessum fuerit, incertum est, nisi illi, qui vinxerant, iussu Alexandri fecisse ipsos ementiti, dubios adhuc animi terruissent. In equum inpositum Alexandro udituri ducunt.

XXIII [27] Inter haec rex, quibus matura erat missio electis nongentis fere, bina (495) talenta equiti dedit, pediti ter<na> denarium milia monitosque, ut liberos generarent, remisit domum. Ceteris gratiae actae, quod ad reliqua belli navaturos operam pollicebantur. [28] [Dum Bessus perducitur.] Perventum erat ad parvulum oppidum. Branc<h>idae eius incolae erant.

PBoMbBFLV

481 Dataphernen] datafarnen **BLV**: -em **F** Catanen] **Bo**: catenen **ω** vivum] vium **L** *a. c.* 482 <et> *add.* **ς**: vinctos<que> $\mathbf{L}^{corr}$ 483 explendi] expetendi *Kinch* 484 adduci] addaci **L** *a. c.* manibus] manubus **F** *a. c.* 485 consilii] consulii **P** 487 vinciunt] vincunt **F** *a. c.* derepto] *Wakefieldius, Halm*: direpto **ω** 488 insigni] **Bo**: insigne **ω** lacerataque] lacerateque **P** e spoliis] spoliis **PColSigBoMbL** *a. c.* (e $\mathbf{F}^{corr}$ *in ras.)* 489 sui] $\mathbf{P}^{corr}$: suo **P**: sul **BL**: sub **FV** 490 quem] quam **Σ** *(in* **L** *deinde corr.)* propitios] propitio **PColSigBoMb**: propicius **V** *a. c.* esse, cuius] *Foss*: insecutos **ω**: ut cuius *Stangl*: cuius *Iunta* 491 hostes] **ς**: hostis **ω** an] a **F** *a. c.* vindicatura] vidicatura **L** *a. c.* 492 vinxerant] vincxe- **V** 493 adhuc] **P** *a. c.* **L** *a. c.*: ad hunc *rell.* equum] equm **F** 494 ducunt] *primum* -u- $\mathbf{V}^{corr}$ *in ras.* 495 Inter] interim **PBoMb** matura] $\mathbf{L}^{corr}$: natura **ω** nongentis] DCCCC **Σ** 496 ter<na> *Bruno* monitosque] min- **F** *a. c.* 498 navaturos] **BoMb**: navatores **ω** [Dum Bessus perducitur] *del. Freinsheimius (ceterum* **Σ** *pro* dum *habet* tum*)*: Dum Bessum persequitur *Hedicke* 499 ad] *Stangl*: in **ω** Branc<h>idae *Erasmus*

500 Mileto quondam iussu Xerxis, cum e Graecia redire[n]t, transierant et in ea sede constiterant, quia templum, quod Didymeon appellatur, in gratiam Xerxis violaverant. [29] Mores patrii nondum ex[s]ol<e>verant; sed iam bilingues erant, paulatim a domestico externo sermone degeneres. Magno igitur gaudio regem excipiunt urbem seque dedentes. Ille Milesios, 505 qui apud ipsum militarent, convocari iubet. [30] Vetus odium Milesii gerebant in Bra<n>chi[a]darum gentem. Proditis ergo, sive iniuriae sive originis meminisse mallent, liberum de Branc<h>idis permittit arbitrium. [31] Variantibus deinde sententiis, se ipsum consideraturum, quid optimum factu esset, ostendit. Postero die occurrentibus Branchidis secum pro- 510 cedere iubet, cumque ad urbem ventum esset, ipse cum expedita manu portam intrat; [32] phalanx moenia oppidi circumire iussa et, dato signo, diripere urbem, proditorum receptaculum, ipsosque ad unum caedere. [33] Illi inermes passim trucidantur, nec aut commercio linguae aut supplicum velamentis precibusque inhiberi crudelitas potest. Tandem 515 [ut deicerent] fundamenta murorum ab imo moliuntur, ne quod urbis vestigium extaret. [34] Ne[c]mora quoque <et> lucos sacros non caedunt modo, sed etiam extirpant, ut vasta solitudo et sterilis humus, excisis

PBoMbBFLV

500 e Graecia] egregia **P** redire[n]t **BoMb** 501 templum] **BoMb**: templa **ω** Didymeon] *Erasmus*: didimaon **ω**: Didym<a>eon *Nett* gratiam] greciam **BF**^{corr}**LV**: gracam **F** 502 Xerxis] **ς**: xerxes **ω** violaverant] violaverat **Σ** ex[s]ol<e>verant **L**^{corr} 503 bilingues] **BoMb**: bilinguis **ω** paulatim] paulatom **B** *a. c.* 504 excipiunt] excipiuntur **P**: accipiunt **O**: suscipiunt **BoMb** 505 Milesii gerebant] *Freinsheimius*: miles gerebant **P**: miles gerebat **Σ** 506 Bra<n>chi[a]darum *Bruno* Proditis] Productis *Kinch* sive^{2}] sue **L** *a. c.* 507 originis] origenis **P** Branc<h>idis *Erasmus* 508 quid] quod **Σ** 509 factu] factum **B** *a. c.* **F** Branchidis] *Madvig*: brachiadas **PBFV**: barchiadas **L** 510 ipse] ipsum **Σ** *(sequitur ras. in* **L***)* 511 portam] partum **F** *a. c.* phalanx] phallanx **V** circumire] circuire **F** 512 diripere] diripire **F**: di*ripere **L** 513 inermes] inhe- **P** nec aut] ne haud **P** *a. c.* aut] haud **P** 514 supplicum] *Bruno*: supplicio cum **ω** crudelitas] c*r- **L** 515 [ut deicerent] *del. Acidalius* (ut dieic- **L** *a. c.)* murorum] murum **V** *a. c.* 516 Ne[c]mora *Acidalius* <et> *add. Zumpt* lucos] lucros **F** *a. c.*: lucos<que> *Acidaliius* 517 sterilis] sterelis **P**: sterrilis **L** excisis] *Castiglioni (de h. v. iam cogit. Oblinger)*: excussis **ω**: effossis *Vogel*: exustis *Hedicke*

etiam radicibus, linqueretur. [35] Quae si in ipsos proditionis auctores
excogitata essent, iusta ultio esse, non crudelitas videretur; nunc culpam
maiorum posteri luere, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi 520
non potuerant prodere.

XXIV [36] Inde processit ad Tanain amnem. Quo perductus est Bessus non
vinctus modo, sed etiam omni velamento corporis spoliatus. Spitamenes
eum tenebat collo inserta catena, tam barbaris quam Macedonibus gratum
spectaculum. [37] Tum Spitamenes: «Et te» inquit «et Dareum, reges meos, 525
ultus, interfectorem domini sui adduxi eo modo captum, cuius ipse fecit
exemplum. Aperiat ad hoc spectaculum oculos Dareus! Existat ab in-
feris, qui illo supplicio indignus fuit et hoc solacio dignus est!» [38] Alex-
ander, multum conlaudato Spitamene, conversus ad Bessum: «Cuius»
inquit «ferae rabies occupavit animum tuum, cum regem de te optime 530
meritum prius vincire, deinde occidere sustinuisti? Sed huius parricidii
mercedem falso regis nomine persolvisti <t>ibi.» [39] Ille, facinus purgare
non ausus, regis titulum se usurpasse dixit, ut gentem suam tradere ipsi
posset; qui, si cessasset, alium fuisse regnum occupaturum. [40] Et A-
lexander Oxathren, fratrem Darei, quem inter corporis custodes habe- 535
bat, propius iussit accedere tradique Bessum ei, ut cruci adfixum, mu-
tilatis auribus naribusque, sagittis configerent barbari adservarentque
corpus, ut ne aves quidem contingerent. [41] Oxathres cetera sibi curae

PBoMbBFLV

518 radicibus] radici **V** *a. c.* 519 ultio] ulci **P** *a. c.* videretur] videret **B** *a. c.* 520 maiorum] magorum **L** *a. c.* posteri] posterim **V** *a. c.* adeo Xerxi] *Alanus praeeunte Brunone (*adeo et Xerxi*)*: ideo et xerxi *(*serxi **P***)* **ω** 522 ad] at **V** Tanain] tanaim **Σ** perductus] productus **Σ** 523 Spitamenes] spitamenis **PL** *a. c., ut vid.* 524 tenebat] tenebant **F** *a. c.* Macedonibus] macedoni*bus **L** 525 spectaculum] expect- **Σ** Tum] tunc **P** 527 exemplum] exemple **F** *a. c.* ad] *om.* **F** *a. c.* spectaculum] expectaculum **F** 528 hoc] ob **V** 530 regem] rege **P** te] *om.* **F** *a. c.* 531 vincire] vincere **PF** *a. c.* 532 <t>ibi *Acidalius* 533 usurpasse] *Bongarsius*: usurpare **ω** dixit] idixit **P** ut] aut **F** *a. c.* 534 posset] possit **Σ** qui] qui<ppe> *Hedicke* cessasset] cessaset **F** occupaturum] occuparum **Σ***(in* **L** *deinde corr.)* 535 Oxathren] *Snakenburgius*: oxathen **P**: oxaten **Σ** 536 propius] proprius **P** 538 Oxathres] oxatres **Σ** cetera] -re **F** *a. c.* curae] currae **L** *a. c.*

fore pollicetur, aves non ab alio quam a Catane posse prohiberi adicit,
540 eximiam eius artem cupiens ostendere; namque adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet. [42] Nunc forsitan, sagittarum tam celebri usu, minus admirabilis videri ars haec possit; tum ingens visentibus miraculum magnoque honori Catani fuit. [43] Dona deinde omnibus, qui Bessum adduxerant, data sunt. Ceterum supplicium eius distulit, ut eo
545 loco, in quo Dareum ipse occiderat, necaretur.

VI Interea Macedones, ad petendum pabulum inconposito agmine egressi, a barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur pluresque capti sunt quam occisi; [2] barbari autem captivos prae se agentes rursus in
550 montem recesserunt. xx milia latronum erant; fundis sagittisque pugnam invadunt. [3] Quos dum obsidet rex, inter promptissimos dimicans, sagitta ictus est, quae in medio crure fixa reliquerat spiculum. [4] Illum quidem maesti et attoniti Macedones in castra referebant, sed nec barbaros fefellit subductus ex acie: quippe ex edito monte cuncta prospexerant. [5] Itaque
555 postero die misere legatos ad regem, quos ille protinus iussit admitti solutisque fasciis, magnitudinem vulneris dissimulans, crus barbaris ostendit. [6] Illi, iussi considere, adfirmant non Macedonas quam ipsos tristiores fuisse cognito vulnere ipsius; cuius si auctorem repperissent, dedituros fuisse: cum dis enim pugnare sacrilegos tantum. [7] Ceterum se
560 gentem in fidem dedere superatos †vulnere† illius. Rex, fide data et captivis

xxv

PBoMbBFLV

539 Catane] *Kinch*: catene **ω** prohiberi] proiberi **V** 540 adeo] ideo **V** 541 Nunc] *Bentleius*: nam **PBoMb**: namsi **Σ**: Iam *Nett* sagittarum tam] *Stangl*: sagittis tam **ω**: sagittandi tam **ς**: sagittarum *Hedicke* 542 admirabilis] admirabi**lis **L**: admirabilis ** **V** 543 Catani] *Kinch*: cateni **ω** 544 supplicium] suppli um **P** 545 ipse occiderat] occiderat, ipse *Hedicke* 547 inconposito] inconposito* **L** 549 capti] cap*ti **F** 550 recesserunt] -nt **L**corr *in ras.* sagittisque] sagitisque **PL** 551 Quos] quo **L** *a. c.* promptissimos] propt- **FV** *a. c.* 552 crure] *alterum* -r- **V**corr *in ras.* 553 barbaros] babaros **L** *a. c.* 554 quippe] quipe **L** *a. c.* 555 postero] postera **V** *a. c.* misere] mi*sere **V** 556 fasciis] faciis **PV** *a. c.*: -sciis **F**corr *in ras.* 557 Macedonas] macedones **Σ** ipsos] ipso **P**: *om.* **Mb** 558 ipsius] -u- **L**corr *in ras.* auctorem] actorem **L**: autorem **V** *a. c.* 559 dis] diis **Σ** 560 †vulnere† **PFLV**: velnere **B**: numine *Stangl*: virtute *Vindelinus* illius] illi **P**: illis **BoMb**

receptis, gentem in deditionem accepit. [8] Castris inde motis, lectica milita-
ri ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equi-
tes, cum quibus rex proelia inire solitus erat, sui muneris id esse censebant;
pedites contra, cum saucios commilitones ipsi gestare adsuevisse<n>t,
eripi sibi proprium officium tum potissimum, cum rex gestandus esset, 565
querebantur. [9] Rex in tanto utriusque partis certamine, et sibi difficilem
et praeteritis gravem electionem futuram ratus, invicem subire eos iussit.
XXVI [10] Hinc quarto die ad urbem Maracanda perventum est. LXX stadia
murus urbis amplectitur; arx <hinc flumine> illinc cingitur muro. M
praesidio urbis relictis, proximos vicos depopulatur atque urit. [11] Legati 570
deinde Abiorum Scytharum superveniunt, liberi, ex quo decesserat Cyrus,
tum imperata facturi. Iustissimos barbarorum constabat: armis abs-
tinebant, nisi lacessiti; libertatis modico et aequali usu principibus hu-
miliores pares fecerant. [12] Hos benigne adlocutus, ad eos Scythas, qui
Europam incolunt, Derdam quendam misit ex amicis, qui denuntiaret 575
his, ne Tanain amnem [regionis] iniussu regis transirent. Eidem
mandatum, ut contemplaretur locorum situm et illos quoque Scythas,
qui super Bosphorum colunt, viseret. [13] Condendae urbi sedem super

PBoMbBFLV

561 deditionem] dedicatione **P** accepit] accipit **L** *a. c.* militari] militarii **P** *a. c.* 562 ferebatur] iferebatur **P** certabant] castrabant **L** *a. c., ut vid.* 563 censebant] cessebant **L** *a. c.* **V** *a. c.* 564 contra, cum] contractum **P**: cum **ColSigBoMb** ipsi] *Bruno*: ipse **ω** adsuevisse<n>t *Bruno* 565 proprium] proprum **L** *a. c.* gestandus] ies- **P** esset] esse **L** *a. c.* 568 Maracanda] *Bruno*: marupenta **PBFL**: manupenta **V** 569 <hinc flumine> *add. Vogel* illinc] alio *Heinsius*: illius *Acidalius* M] *Bentleius*: ac **ω** 570 relictis] relicto **BL**: relictos **FV** proximos] pro*x- **L** 571 Abiorum] *Modius*: aulorum **ω**: Aviorum *Bruno* Scytharum] **ς**: schytharum **P**: scitharum **BF**: scitarum **L**: citharum **V** 573 usu] * u*su **F** principibus] princibus **F**: pricipibus **L** *a. c.* 574 pares fecerant] fecerunt **Σ** Scythas] **ς**: schytas **P**: schythas **P**^{corr}: schithas **BL**: scithas **FV** 575 Derdam] *Hedicke*: pendam **ω** quendam] *om.* **B** *a. c.*: -en- **L**^{corr} *in ras.* 576 Tanain] tanaim **Σ** [regionis] *om.* **BoMb**:<finem> regionis *Damsté* 577 Scythas] scithas **Σ** 578 Bosphorum colunt] *Acidalius praeeuntibus* **BoMb** (bosforum): bosphoro incolunt **P**: bosforo incolunt **Σ** Condendae] condedae **L** *a. c.* urbi] **F**: urbis *rell.*

ripam Tanais elegerat, claustrum et iam perdomitorum et quot deinde
580 adire decreverat. Sed consilium distulit Sogdianorum nuntiata defectio,
quae Bactrianos quoque traxit. [14] VII milia equitum erant, quorum auctoritatem ceteri sequebantur. Alexander Spitamen<en> et Catanen, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius, quin eorum opera redigi possent in potestatem, [coercendo] qui novaverant res, iussit accersi. [15] At
585 illi, defectionis, ad quam co[h]ercendam evocabantur, auctores, vulgaverant fama Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur, accersi, idque, imperatum ipsis, non sustinuisse tamen exequi, ne inexpiabile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri saevitiam quam Bessi parricidium ferre potuisse. Itaque sua sponte iam motos metu poenae
590 haud difficulter ad arma concitaverunt. [16] Alexander, transfugarum (XXVII) defectione conperta, Craterum obsidere Cyropolim iubet, ipse aliam urbem regionis eiusdem corona capit, signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in praedam cessere victoris. Urbs diruta est, ut ceteri cladis eius exemplo continerentur. [17] Memaceni, valida gens, obsidio-
595 nem non ut honestiorem modo, sed etiam ut tutiorem ferre decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex L equites praemisit, qui clementiam ipsius in deditos simulque inexorabilem animum in devictos ostenderent. [18] Illi nec de fide nec de potentia regis ipsos dubitare respondent equitesque tendere extra munimenta urbis iubent; hospi-

PBoMbBFLV

579 elegerat] eligeret **Σ** claustrum] clastra **L** *a. c.* quot] *Hedicke*: quod **ω** 581 VII milia] $\overline{\text{VII}}$ milia **BF** 582 Spitamen<en> **BoMb** Catanen] **Mb**: catenen **PBLV**: -em **F** 583 ei traditus] *Laetus*: et raditus **P**: et traditus **BF**^{corr}**V** *(*-r- **V**^{corr} *in ras.)*: traditus **F**: et traditus ** **L** haud] aut **V** 584 [coercendo] *del. Freinsheimius (*coher- **Σ***)* res] rex **PF** *a. c.* 585 ad] at **PV** co[h]ercendam **ς** 586 accersi] adcersi **P** 587 non] *om.* **F** *a. c.* sustinuisse] sustinuisset **F** *a. c.* inexpiabile] -expi- **P**^{corr} *in ras.* 588 facinus] facius **V** *a. c.* admitterent] admite- **L** 589 parricidium] parri*c- **L** 590 haud] aut **V** difficulter] difi- **F** ad arma concitaverunt] concitaverunt ad arma **Σ** *(in* **L** *deinde corr.)* 591 Cyropolim] **B**^{corr}: cyropolym **P**: ciropolim **Σ** 593 diruta] dirupta **V** 594 cladis] -des **F** *a. c.* 596 quorum] corum **P**: -o- **L**^{corr} *in ras.* pertinaciam] *alterum* -a- **L**^{corr} *in ras.* 598 potentia] clementiam **P**: clementia **O**^{corr}**ColSig**, *ut vid.*: potentiam **F** 599 respondent] *alterum* -e- **L**^{corr} *in ras.* hospitaliter] os- **V**

taliter deinde exceptos gravesque epulis et somno, intempesta nocte ad- 600
orti, interfecerunt. [19] Alexander, haud secus quam par erat motus, ur-
bem corona circumdedit, munitiorem, quam ut primo impetu capi pos-
set. Itaque Meleagrum et Perdiccan in obsidionem <relinquit; ipse se
Cratero> iungit, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidenti. [20] Statuerat
autem parcere urbi conditae a Cyro: quippe non alium gentium illa- 605
rum magis admiratus est quam hunc regem et Samiramin, quos et
magnitudine animi et claritate rerum longe emicuisse credebat.
[21] Ceterum pertinacia oppidanorum iram eius accendit; itaque captam
urbem diripi iussit. Deleta ea, Memacenis haud iniuria infestus, ad
Meleagrum et Perdiccam redit. [22] Sed non alia urbs fortius obsidionem 610
tulit: quippe et militum promptissimi cecidere et ipse rex ad ultimum
periculum venit. Namque cervix eius saxo ita icta est, ut oculis caligine
offusa conlaberetur, ne mentis quidem compos; exercitus certe velut erep-
to iam eo ingemuit. [23] Sed invictus adversus ea, quae ceteros terrent,
nondum percurato vulnere, acrius obsidioni institit, naturalem celeri- 615
tatem ira concitante. Cuniculo ergo suffossa moenia ingens nudavere
XXVIII spatium, per quod inrupit, victorque urbem dirui iussit. [24] Hi<n>c Me-

PBoMbBFLV

600 adorti] adosti **B**: adhosti **V** 601 haud] au **V** *a. c.* 602 corona] coronam **V** munitiorem] munitionem **P**: minitiorem **B** *a. c.*: -u- **L**^{corr} *in ras.* 603 Perdiccan] *Kinch*: perdican **P**: perdiccam **Σ** obsidione <relinquit; ipse se Cratero> *Probasel(*obsidione **V**: obsidionem *rell.)*: obsidionem iungit, <ipse proficiscitur ad Craterum> Cyr. *Zumpt*: o. i. <ipse ad Craterum pergit> Cyr. *Hedicke* 604 Cyropolim] cir- **Σ** obsidenti] *Probasel*: obsidentes **ω** 605 a Cyro] agro **P** 606 hunc] hinc **BF** *a. c.* **V** regem] *ante* gentium *transp. Cornelissen* Semiramin] *alterum* -m- *s. l. in* **B** et] ad **V** 607 magnitudine] magnitudinem **Σ** animi] anime **P** *a. c.* emicuisse] **ω**: eminuisse *Watt* 608 iram] ira **P** accendit] ascendit **V** 609 Deleta ea] *Hedicke*: delete *vel.*-tae **ω** *(*delectae **F** *a. c.)* Memacenis] *Acidalius*: macedones **PBFLV**^{corr}: macedone **V** haud] aut **P** infestus] *Acidalius*: infestos **ω** 611 promptissimi] promptissime **F** *a. c.* 612 periculum] *om.* **F** *a. c.* venit] pervenit **V** oculis] olis **L** *a. c.* caligine] caligiñ **F** 613 offusa] confusa **PColSigBoMb**: **fusa **V** *a. c.* compos] campos **B** *a. c.* 614 iam] *Novák*: in **ω**: *om.* **BoMb** 615 percurato] proc- **PMb** obsidioni] obins- **F** *a. c.* celeritatem] celeritate **P** 617 Hi<n>c **B**^{corr} Menedemum] moen- **F** *a. c.*

nedemum cum tribus milibus peditum et DCCC equitibus ad urbem Maracanda[m] misit. Spitamenes transfuga, praesidio Macedonum in-
620 de deiecto, muris urbis eius incluserat se, haud oppidanis consilium defectionis adprobantibus; sequi tamen videbantur, quia prohibere non poterant. [25] Interim Alexander ad Tanain amnem redit et, quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit: LX stadiorum urbis murus fuit. Hanc quoque urbem Alexandriam appellari iussit. [26] Opus tanta celeritate
625 perfectum est, ut XVII die, quam munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut suum quisque munus (nam divisum erat) primus ostenderet. [27] Incolae novae urbi dati captivi, quos reddito pretio dominis liberavit. Quorum posteri nunc quoque non apud eos tam longa aetate propter memoriam Alexandri
630 exoleverunt.

VII At rex Scytharum, cuius tum ultra Tanaim imperium erat, ratus e- XXIX
am urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis inpositam esse cervicibus, fratrem, Carthasim nomine, cum magna equitum manu
635 misit ad diruendam eam proculque amne submovendas Macedonum copias. [2] Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europaeos vocant, dividit; idem Asiam et Europam finis interfluit. [3] Ceterum Scytharum gens, haud

PBoMbBFLV

619 Maracanda[m] *Bruno* 620 deiecto] diiecto **B** *a. c.* muris] murus **P** eius] *om.* **L** *a. c.* haud] aut **V**: non adeo *Hedicke*: haud <sane> *Kinch*: haud<quaquam> *Castiglioni* consilium] consilio **F** 622 ad] at **L** *a. c.*: a **V** Tanain] tanaim **Σ** et, quantum] *bis scriptum in* **B** 623 occupaverant] occupaverat **F** *a. c.* 624 Alexandriam] alexandria **V**: Alexandream *Müller* 625 ut] et **P** *a. c.* quam] qua **Σ** 626 Ingens ... ipsos] *bis scripsit* **V** fuerat] fuerant **P** *a. c.* 627 divisum] diūisū **F** erat] erat, <exactum> *coni. Lucarini* ostenderet] ostenderat **V** *a. c.* 628 posteri] poteri **L** *a. c.* 629 nunc quoque non apud eos] *cf. LHS 641* propter] propter ** **V** memoriam] miseriam **P** 632 Scytharum] scitharum **BFL**: scitarum **V** Tanaim] ntanaim **V** erat] era **L** *a. c.* 633 ripa] ripam **V** *a. c.* 634 Carthasim] carta- **V** 635 diruendam] diripendam **F**: dirupendam **V** amne] ame e **P** *a. c.* 636 ab] a **PMb** Scythis] **ς**: scithis **PBLV**: scithys **F** quos] quod **L** *a. c.* Europaeos] *Aldus*: eupeas **P**: eurupeas **P**^{corr}: europeas **BFL**^{corr}**V**: eurro- **L** 637 Europam] eurropam **L** *a. c.* Scytharum] scitha- **BFV**: schitha- **L** haud] aut **V**

procul Thracia sita, ab oriente ad septentrionem se vertit, Sarmatarumque
non, ut quidam credidere, finitima, sed pars est. 4 Recta deinde regione
saltum ultra Istrum iacentem colit; ultima Asiae, qua[e] Bactra sunt, 640
stringit. Habitant quae septentrioni propiora sunt; profundae inde silvae
vastaeque solitudines excipiunt. Rursus quae Tanain et Bactra spectant
humano cultu haud disparia sunt primis. 5 Cum hac gente non provisum
bellum Alexander gesturus, cum in conspectu eius obequitaret hostis,
adhuc aeger ex vulnere, praecipue voce deficiens, quam et modicus cibus 645
et cervicis extenuabat dolor, amicos in consilium advocari iubet. 6 Terrebat
eum non hostis, sed iniquitas temporis. Bactriani defecerant, Scythae
etiam lacessebant: ipse non insistere in terra, non equo vehi, non docere,
non hortari suos poterat. 7 Ancipiti periculo inplicitus deos quoque
incusans querebatur se iacere segnem, cuius velocitatem nemo antea 650
xxx valuisset effugere: vix suos credere non simulari valitudinem. 8 Ita, qui
post Dareum victum <h>ariolos et vates consulere desierat, rursus ad
superstitionem, humanarum mentium ludibrium, revolutus, Ari-
standrum, cui credulitatem suam addixerat, explorare eventum rerum
sacrificiis iubet. Mos erat haruspicibus exta sine rege spectare et, quae 655

PBoMbBFLV

638 Thracia] tra- **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* ab] ad **P**: in **BoMb** septentrionem] septem- **P**: septentrianem **L** *a. c.* 639 non] *huc transp. Freinsheimius, Kinch, post* credidere **ω** quidam] quidem **V** credidere] credere **V** pars] par **L** *a. c.* regione] regionem **P** 640 saltum] *Jeep*: aliam **PBoMb**: alium **Σ**: tractum *Halm* qua[e] *Acidalius* Bactra] bacthra **P** 641 septentrioni] septemtrione **P** *a. c.* propiora] **ς**: propria **P**: propriae **BoMbV**: propia **BFL** sunt] *ita* **P**^{corr} *in ras., seq. ras. duarum litt.* 642 vastaeque] astaeque **V** *a. c.* excipiunt] excipunt **V** Tanain] et tanain **BFL**: et tanaim **V** spectant] expectant **Σ** 643 haud] aut **V** primis] *Bentleius*: primus **ω** 645 vulnere] ulnere **L** *a. c.* 646 extenuabat] extenuebat **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 647 iniquitas] iniquitates **F** *a. c.* Scythae] -t- **P**^{corr} *in ras.*: scithae **BFL**: scitae **V** 649 hortari] or- **V** Ancipiti] ancipite **F** *a. c.* 650 incusans] incusant **B** *a. c.* 651 Ita, qui] **ς**: itaque **ω**: Itaque, <qui> *Erasmus* 652 post] past **P** <h>ariolos **ς** 653 humanarum] humanorum **F** *a. c.*: vanarum *Acidalius* mentium] *Iunius*: gentium **ω** ludibrium] *Merula*: ludibrio **ω** Aristandrum] **BoMb**: aristrandum **ω** *(*aristan- **L**^{corr}*)* 654 credulitatem] crudelitatem **BoF** addixerat] **BoMb**: adduxerat **ω** 655 erat] *om.* **V** *a. c.* haruspicibus] arusp- **PV**: haruspici*bus **L** spectare] **B**^{corr}: respectare **PBLV**: re expectare **F**

portenderentur, referre. [9] Inter haec rex, dum fibris pecudum explorantur eventus latentium rerum, pr<op>ius ipsum considere [deinde] amicos iubet, ne contentione vocis cicatricem infirmam adhuc rumperet. Hephaestio, Craterus et Erigyius erant cum custodibus in tabernacu-
660 lum admissi. [10] «Discrimen» inquit «me occupavit meliore hostium quam meo tempore; sed necessitas ante rationem est, maxime in bello, quo[d] raro permittitur tempora eligere. [11] Defecere Bactriani, in quorum cervicibus stamus et, quantum in nobis animi sit, alieno Marte experiuntur. Haud dubia fortuna: si omiserimus Scythas ultro arma
665 inferentes, contempti ad illos, qui defecerunt, revertemur; [12] si vero Tanaim transierimus et ubique invictos esse nos Scytharum pernicie ac sanguine ostenderimus, quis dubitabit parere etiam Europae victoribus? [13] Fallitur, qui terminos gloriae nostrae metitur spatio, quod transituri sumus. Unus amnis interfluit: quem si traicimus, in Europam arma
670 proferimus. [14] Et quanti aestimandum est, dum Asiam subigimus, in alio quodammodo orbe tropaea statuere et, quae tam longo intervallo natura videtur diremisse, una victoria subito committere? [15] At, hercule, si paulum cessaverimus, in tergis nostris Scythae haerebunt. An soli sumus, qui flumina transnare possumus? Multa in nosmetipsos reccident, quibus

PBoMbBFLV

656 fibris] *primum* -i- **L**^{corr} *in ras.* 657 pr<op>ius *Bruno* [deinde] *del. Bruno*: *ante* discrimen *transp. Novák*: dicentem *Jeep*: de industria *Hedicke* amicos] *om.* **F** *a. c.* 659 Hephaestio] *Zumpt*: ephestio **PBF**^{corr}**LV**: ephestico **F** Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** 661 quo[d] **O** 662 tempora eligere] *Bruno*: temporelegere **ω** 663 stamus] et stamus **PBoMbV**: *stamus **L**: **B** *ante h. v. spatium duarum litt. vacuum reliquit* animi] ammi **P** *a. c.* alieno] -e- **L**^{corr} *in ras.* 664 Haud dubia fortuna] haud dubie fortunam **PBoMb**: haud dubie **ColSig**: aut dubia fortuna **V**: *del. Kraffert* omiserimus] omisse- **F** Scythas] scithas **BFL**: scitas **V** 665 revertemur] -u- **L**^{corr} *in ras.* 666 invictos] -c- **L**^{corr} *in ras.* nos] non **B** Scytharum] schit- **BFL**: scit- **V** 667 dubitabit] dubitavit **Σ** Europae] **Mb**: europen **ω** 668 Fallitur] fallitor **P** 669 Unus] *unus **L** 670 proferimus] proferemus **L** *a. c.* quanti] -i **L**^{corr} *in ras.* Asiam] alium *Modius* 671 statuere] stuere **P** 672 diremisse] dirimisse **PL**^{corr} victoria] victori*a **L** committere] commitere **L** At] ad **P** hercule] ercule **V** 673 nostris] no- **L**^{corr} *in ras.* Scythae] scithae **BL**: scitae **FV** *(ita et l. 676)* 674 transnare] transna **L** *a. c.* reccident] recident **Σ**

adhuc vicimus: [16] fortuna belli artem victos quoque docet. Utribus am- 675
nem traiciendi exemplum fecimus nuper: hoc, ut Scythae imitari nesciant,
Bactriani docebunt. [17] Praeterea unus gentis huius exercitus adhuc venit,
ceteri expectantur. Ita bellum vitando alemus et, quod inferre possumus,
accipere cogemur. [18] Manifesta est consilii mei ratio. Sed an permissuri
sint mihi Macedones animo uti meo, dubito, quia, ex quo hoc vulnus 680
accepi, non equo vectus sum, non pedibus ingressus. [19] Sed, si me sequi
vultis, valeo, amici. Satis virium est ad toleranda ista; aut, si iam adest vi-
tae meae finis, in quo tandem opere melius extinguar?»

XXXI [20] Haec quassa adhuc voce subdeficiens, vix proximis exaudientibus,
dixerat, cum omnes a tam praecipiti consilio regem deterrere coeperunt, 685
[21] Erigyius maxime, qui, haud sane auctoritate proficiens apud obstinatum
animum, superstitionem, cuius potens non erat rex, incutere temptavit,
dicendo deos quoque obstare consilio magnumque periculum, si flumen
transisset, ostendi. [22] Intranti Erigyio tabernaculum regis Aristander
occurrerat tristia exta fuisse significans: haec ex vate conperta Erigyius 690
nuntiabat. [23] Quo inhibito, Alexander non ira solum sed etiam pudore
confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur, Aristandrum
vocari iubet. [24] Qui ut venit, intuens eum: «Non rex,» inquit «sed priva-
tus, †sum† sacrificium ut faceres, mandavi: quid eo portenderetur, cur
apud alium quam apud me professus es? Erigyius arcana mea et secreta 695
te prodente cognovit: quem certum, mehercule, habeo extorum interpre-

PBoMbBFLV

678 possumus] posumus **P** 679 Sed] sedd **V** 680 quo] *om.* **B** *a. c.* hoc] *om.* **BoMb**: ob **V** 681 accepi] accipi **PBo** 682 virium] virum **PMb** ad] at **V** toleranda] tolle- **F** *a. c.* aut] haut **P** 684 subdeficiens] sub<inde> deficiens *Vogel* vix] ut **P** 685 a tam] aptam **F** *a. c.* 686 Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** 689 Erigyio] *Bruno*: eriguo **ω** 690 fuisse] fuisset **F** vate] **BoMb**: sute **P**: suae **B**: sue **B**^{corr}**F**^{corr}**V**: ue **F**: suo **L** Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** *(-i-* **V**^{corr} *in ras.)* 691 inhibito] inhabito **P**: inibito **LV** *a. c.* 694 †sum† clam *Hedicke*: *del. Snakenburgius*: solus *Lucarini*: unus *Alanus* faceres] facres **L** *a. c.* quid] **BoMb**: quod **ω** eo] *om.* **L** *a. c.* portenderetur] portenderentur **P** 695 Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω** arcana] archana **F**: acarne **V** 696 interprete] interpretem **PColSigBo** *(locum om.* **Mb***)*

te uti metu suo. 25 Tibi autem, qui saepius, quam oportet, <loqueris>, denuntio, ipsi mihi indices, quid extis cognoveris, ne possis infitiari dixisse, quae dixeris.» 26 Ille exanguis attonitoque similis stabat, per metum etiam
700 voce suppressa, tandemque eodem metu stimulante, ne regis expectationem moraretur: «Magni» inquit «laboris, non inriti discrimen instare praedixi, 27 nec me <t>a<m> ars mea quam benivolentia perturbat. Infirmitatem valitudinis tuae video et, quantum in uno te sit, scio. Vereor, ne praesenti fortunae [tuae] sufficere non possis.» 28 Rex iuss<it e>um
705 confidere felicitati suae: talia sibi ad gloriam concedere deos. 29 Consultanti inde cum isdem, quonam modo flumen transirent, supervenit Aristander, non alias laetiora exta vidisse se adfirmans, utique prioribus longe diversa: tum sollicitudinis causas adparuisse, nunc prorsus egregie litatum esse. 30 Ceterum, quae subinde nuntiata sunt regi, continuae XXXII
710 felicitati rerum eius inposuerant labem. 31 Menedemum, ut supra dictum est, miserat ad obsidendum Spitamenen, Bactrianae defectionis auctorem. Qui, conperto hostis adventu, ne muris urbis includeretur, simul fretus excipi posse, qua venturum sciebat, consedit occultus. 32 Silvestre iter aptum insidiis tegendis erat: ibi Dahas condidit. Equi binos armatos
715 vehunt, quorum invicem singuli repente desiliunt <et> equestris pugnae ordinem turbant. 33 Equorum velocitati par est hominum pernicitas. Hos

PBoMbBFLV

697 suo] su* **V** qui saepius, quam oportet, <loqueris>] *Lucarini*: qui saepius quam potest **PColSigBo** *(locum om.* **Mb***)* **F**: saepius quam potest **BLV**: qui sapis, quam potest *Jeep*: quietius, quam par erat *Vogel*: qui quietius quam potest *Zumpt* 698 denuntio] denuntiat **PColSigBo** extis] ex eis *Kinch* 699 attonitoque] aton- **F** 700 tandemque] tandenque **Σ** 702 me <t>a<m> *Bentleius*: me **BoMb** mea] *del.* **B**^{corr}: me **V**^{corr} benivolentia] benivolentia <tua> *Hedicke* 703 Infirmitatem] *alterum* -i- **L**^{corr} *in ras.* valitudinis] valitudis **B** *a. c.* **LV** uno] -o **L**^{corr} *in ras.* 704 [tuae] *del. Vogel*: tu *Hedicke* iuss<it e>um *Mützell* 705 confidere felicitati] **ColSigBoMb**: confitere felicitatis *(*c. felicitates **V** *a. c.)* **ω** talia sibi ad] *Madvig*: ad alia sibi ad **ω**: ut alias sibi ait *Hedicke*: ut alias sibi, ita tum *Schmidt*: ad alia <aliis>, sibi ad *Vielhaber* 706 inde] *Aldus*: mihi **ω** 708 adparuisse] apperu- **B**^{corr} prorsus] prop sus **P** 710 felicitati] felicitatis **P**: felicitate **V** *a. c.* inposuerant] inposuerunt **L** 711 ad] ab **V** 712 muris] muneris **P** 713 qua] *Acidalius*: quem **ω**: qu<a> e<u>m *Stangl* 715 <et> *add. Hedicke* 716 est] *om.* **Σ** Hos] os **V** *a. c.*

Spitamenes saltum circumire iussos pariter et a lateribus et a fronte et a tergo hosti ostendit. [34] Menedemus, undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen resistit, clamitans nihil aliud superesse locorum fraude deceptis quam honestae mortis solacium ex hostium caede. [35] Ipsum 720 praevalens equus vehebat, quo saepius in cuneos barbarorum effusis habenis evectus magna strage eos fuderat. [36] Sed cum unum omnes peterent, multis vulneribus exanguis, Hypsiclem quendam ex amicis hortatus est, ut in equum suum escenderet et se fuga eriperet. Haec agentem anima defecit corpusque ex equo defluxit in terram. [37] Hypsicles 725 poterat quidem effugere, sed, amisso amico, mori statuit. Una erat cura, ne inultus occideret: itaque, subditis calcaribus equo, in medios hostis se inmisit et, memorabili edita pugna, obrutus telis est. [38] Quod ubi videre, qui caedi supererant, tumulum paulo quam cetera editiorem capiunt; quos Spitamenes, fame in deditionem subacturus, obsedit. [39] Cecidere 730 eo proelio peditum II milia, CCC equites. Quam cladem Alexander sollerti consilio texit, morte denuntiata iis, qui ex proelio advenerant, si acta vulgassent.

XXXIII VIII Ceterum, cum animo disparem vultum diutius ferre non posset, in 735 tabernaculum super ripam fluminis de industria locatum secessit. [2] Ibi sine arbitris, singula animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit, saepe pellibus tabernaculi adlevatis, ut conspiceret hostium ignes, e qui-

PBoMbBFLV

717 Spitamenes] pitamenes **PV** circumire] circuire **F** a lateribus] alteribus **V** 718 ne] ine **P** 720 mortis] mo*r- **L** hostium] os- **F** 722 unum omnes] omnes unum **F** 723 Hypsiclem] *Eberhard*: suspiciens **ω**: Hypsidem *Iunta* amicis] *om.* **L** *a. c.* 724 hortatus] or- **V** escenderet] asc- **Σ** se] *om.* **B** *a. c.* 725 defecit] deficit **V** *a. c., ut vid.* equo] quo **V** Hypsicles] *Eberhard*: ypsides **P**: hypsides **Σ** 726 poterat] poterant **V** *a. c.* amisso] amissos **L** *a. c.* 727 medios] -o- **L**^{corr} *in ras.* 728 inmisit] misit **L** *a. c.* obrutus] obru*tus **L** 729 caedi] caede **F** *a. c.* tumulum] tumultum **P** 730 Spitamenes] sphyt- **P** in] in * **L** 731 peditum] pedetum **P** *a. c.* equites] equites sollerti **L**, *ubi v.* soll. *erasum et postea in marg. repetitum est* 732 iis] his **ω** 735 cum] *om.* **V** *a. c.* ferre] fere **V** *a. c.* posset] possit **P**: possent **Bo**: posse **Mb**: possem **V** *a. c.* 736 industria] -des- **F** *a. c.* 738 adlevatis] ad**l- **L** hostium] os- **V** *a. c.*

bus coniectare poterat quanta hominum multitudo esset. [3] Iamque lux
740 adpetebat, cum thoracem indutus procedit ad milites, tum primum post
vulnus proxime acceptum. [4] Tanta erat apud eos veneratio regis, ut facile
periculi, quod horrebant, cogitationem praesentia eius excuteret. [5] Laeti
ergo et manantibus gaudio lacrimis consalutant eum et, quod ante
recusaverant bellum, feroces deposcunt. [6] Ille se ratibus equitem
745 phalangemque transportaturum esse pronuntiat; super utres iubet nare
levius armatos. [7] Plura nec dici res desideravit nec rex dicere per
valitudinem potuit. Ceterum tanta alacritate militum rates iunctae sunt,
ut in<tra> triduum ad XII milia effecta sint. [8] Iamque ad transeundum
omnia aptaverant, cum legati Scytharum XX more gentis per castra equis
750 vecti nuntiare iubent regi velle ipsos ad eum mandata perferre. [9] Admissi
in tabernaculum iussique considere in vultu regis defixerant oculos; credo,
quia magnitudine corporis animum aestimantibus modicus habitus
haudquaquam famae par videbatur. [10] Scythis autem non, ut ceteris
barbaris, rudis et inconditus sensus est: quidam eorum sapientiam quoque
755 capere dicuntur, quantamcumque gens capit semper armata. [11] Sic, quae
locutos esse apud regem memoriae proditum est, abhorrent forsitan
<animis> moribusque nostris et tempora et ingenia cultiora sortitis. Sed,
ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet, qui,
utcumque sunt tradita, incorrupta perferemus. [12] Igitur unum ex his XXXIV

PR(*a* 759 Igitur)**BoMbBFLV**

739 poterat] potera **L** *a. c.* 740 adpetebat] apet- **F** cum] -u- *ita* **L**^{corr} *in ras.* thoracem] tor- **Σ** 742 periculi] periculum **V** *a. c.* horrebant] orr- **V** *a. c.* excuteret] excuterent **PColSigBoMb** 744 recusaverant] recaus- **B** equitem] -m **P**^{corr} *in ras.* 745 phalangemque] falangenque **V** pronuntiat] proen- **P** 746 nec rex] rex **P** 748 in<tra> **ς** effecta] effectae **Σ** ad] a **Σ** *(in* **BL** *deinde corr.)* 749 Scytharum] scitha- **BFLV**^{corr}: scita **V** 750 vecti] victi **L** *a. c.* nuntiare] nuntiari *Freinsheimius, sed cf. 3.3.7* velle] vele **V** *a. c.* Admissi] admisi **P** 751 in vultu] inultu **P** *a. c.* 752 quia] *edd. vett.*: quis **ω** habitus] *Acidalius*: animus **ω** 753 haudquaquam] haudquamquam **BFL**: hautquamquam **V** Scythis] scithis **Σ** 754 quoque] *om.* **Σ** 755 Sic, quae] *Halm*: si qua **PBoMb**: sicque **Σ** 756 locutos] locutus **P** *a. c.* **F** memoriae] memorae **L** *a. c.* abhorrent] abo- **V** *a. c.* 757 <animis> *add. Bardon* moribusque] moribus <hominibus>que *Vogel*: moribus <oribus>que *Jeep* 758 qui] *Bongarsius*: quae **ω**: quare *Halm* 759 incorrupta] *om.* **F** *a. c.* perferemus]

maximum natu <ita> locutum accepimus: «Si di habitum corporis tui 760
aviditati[s] animi parem esse voluissent, orbis te non caperet: altera manu
Orientem, altera Occidentem contingeres, et hoc adsecutus scire velles,
ubi tanti numinis fulgor conderetur. Sic quoque concupiscis, quae non
capis. [13] Ab Europa petis Asiam, ex Asia transis in Europam; deinde, si
humanum genus omne superaveris, cum silvis et nivibus et fluminibus 765
ferisque bestiis gesturus es bellum. [14] Quid? Tu ignoras arbores magnas
diu crescere, una hora extirpari? Stultus est, qui fructus earum spectat,
altitudinem non metit<ur>. Vide, ne, dum ad cacumen pervenire
contendis, cum ipsis ramis, quos conprehenderis, decidas. [15] Leo quoque
aliquando minimarum avium pabulum fuit et ferrum robigo consumit. 770
Nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido. [16] Quid
nobis tecum est? Numquam terram tuam attigimus. Qui sis, unde venias,
licetne ignorare in vastis silvis viventibus? Nec servire ulli possumus nec
imperare desideramus. [17] Dona nobis data sunt, ne Scytharum gentem
ignores, iugum boum et aratrum, sagitta, hasta, patera. His utimur et 775
cum amicis et adversus inimicos. [18] Fruges amicis damus boum labore
quaesitas, patera cum isdem vinum dis libamus; inimicos sagitta eminus,
hasta comminus petimus. Sic Syriae regem et postea Persarum Medorum-
que superavimus patuitque nobis iter usque in Aegyptum. [19] At tu, qui

PRBoMbBFLV

proferemus *Bentleius*: referemus *Quicherat, sed cf. ps. Qui. decl. ma. p. 203, 13 H.*

760 <ita> *add.* **BoMb** locutum] locu**tum **L** accepimus] accipimus **L** *a. c.* di] dii **Σ** 761 aviditati[s] **FlorAng** 764 Europam] eropam **V** *a. c.* 767 una] huna **P** hora] ora **Σ** *(in* **BF** *postea corr.)* extirpari] exstir- **R**: extyr- **V** 768 metit<ur> **FlorAngBoMb** ad] *om.* **F** *a. c.* cacumen] caucumen **P** 770 minimarum] minarum **P** fuit] fit *Modius* robigo] rubigo **RΣ** 771 firmum] firm*um **L** 772 attigimus] *primum* -t- *s. l. in* **B**: attingimus **V** Qui] qui<s> **Mb** venias] veni*as **L** 773 licetne] licet me **V** viventibus] viventes **V**^{corr} 774 ne] nec **PRBoMbL** *a. c.* Scytharum] scitha- **RL** 775 boum] *Vindelinus*: bovem **PRBoMb**: boves **Σ** aratrum] aratum **L** *a. c.* hasta] -a- **L**^{corr} *in ras.* 777 isdem] hiis **B**: iis **B**^{corr}**FL**: his **V** dis] diis **Σ** sagitta] sagita **L** 778 hasta] asta **V** Syriae] *Modius*: scythiae **PBoLV**: greciae scithiae **R**: scythae **B**: scythyae **F** 779 patuitque] -ui- **L**^{corr} *in ras.* Aegyptum] aegip- **PR**: egy- **V**

780 te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium, quas a-
disti, latro es. Lydiam cepisti, Syriam occupasti, Persidem tenes, Bactri-
anos habes in potestate, Indos petisti: iam etiam ad pecora nostra avaras
et ins<a>t<i>abiles manus porrigis. [20] Quid tibi divitiis opus est, quae e-
surire te cogunt? Primus omnium satietate parasti famem, ut, quo plura
785 haberes, acrius, quae non habes, cuperes. [21] Non succurrit tibi, quam
diu circum Bactra haereas? Dum illos subigis, Sogdiani bellare coeperunt:
bellum tibi ex victoria nascitur. Nam, ut maior fortiorque sis quam
quisquam, tamen alienigenam dominum pati nemo vult. [22] Transi modo xxxv
Tanain: scies quam late patea<n>t, numquam tamen consequeris Scythas.
790 Paupertas nostra velocior erit quam exercitus tuus, qui praedam tot
nationum vehit. Rursus, cum procul abesse nos credes, videbis in tuis
castris. Eadem enim velocitate et sequimur et fugimus. [23] Scytharum
solitudines Graecis etiam proverbiis audio eludi; at nos deserta et humano
cultu vacua magis quam urbes et opulentos agros sequimur. [24] Salubre
795 consilium sequens quam praesens tempus ostendit melius: inpone
felicitati tuae frenos, facilius illam reges. Proinde fortunam tuam pressis
manibus tene: lubrica est nec invita teneri potest. [25] Nostri sine pedibus
dicunt esse Fortunam, quae manus et pinnas tantum habet: cum manus
porrigit, pinnas quoque conprehende[re]. [26] Denique, si deus es, tribuere

PRBoMbBFLV

780 latrones] larones **L** *a. c.* adisti] abisti **V** 781 Lydiam] lid- **PRF**: *non disp.* **V** cepisti] coep- **PRF**, *fort.* **B** Syriam] si- **L** 782 Indos] indo **P** *a. c.* 783 ins<a>t<i>abiles *Acidalius* 784 te] *om.* **RΣ** satietate] satiet*ate **FL** quo] quo* **F** 786 bellare] <re>bellare **R** coeperunt] caep- **RV** 788 alienigenam] aligenigenam **Σ** *(in* **L** *deinde corr.)* 789 Tanain] tanaim **Σ** scies] sciens **P** patea<n>t *Modius*: pateat <terra> *Prohasel* tamen] ta**men **L** 791 procul] procul * **L** credes] credis **PRBoMb** tuis] tus **V** *a. c.* 792 velocitate] vol- **P** *a. c.* Scytharum] scyta- **P** 793 proverbiis] proverbia **PR** *a. c.* eludi; at] **R**^{corr}**L**^{corr}**V**: eludi ad **P**: eludi at **R**: eludat **BFL** humano] humana **P** 794 opulentos] opule*ntos **L** agros] a*g- **F** 795 quam] ****** **L**: quod **B**^{corr}**L**^{corr} ostendit] ostendet *Freinsheimius* 796 frenos] fenus **V** *a. c.* reges] **ς**: regis **ω** Proinde ... potest] *huc transp. Lucarini, post* sequimur *(l. 794)* **ω** 797 manibus] manu **P** *a. c.* lubrica] lubricata **V** 798 quae] *del. Castiglioni* pinnas] pennas **R**: pignas **L** *a. c. (ita et l. seq.), non disp.* **V** 799 comprehende[re] **OFlorAng**

mortalibus beneficia debes, non sua eripere; sin autem homo es, id quod 800
es, semper esse te cogita. Stultum est eorum meminisse, propter quae tui
obliviscaris. [27] Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti.
Nam et firmissima est inter pares amicitia et videntur pares, qui non
fecerunt inter se periculum virium. [28] Quos viceris, amicos tibi esse cave
credas: inter dominum et servum nulla amicitia est; etiam in pace belli 805
tamen iura servantur. Nec tibi amico opus est, de cuius benivolentia
dubites. [29] Iurando gratiam Scythas sancire ne credideris: colendo fi-
dem iurant. Graecorum ista cautio est, qui pacta consignant et deos in-
vocant; nos religionem in ipsa fide ponimus: qui non reverentur homines,
fallunt deos. [30] Ceterum nos et Asiae et Europae custodes habebis: Bactra, 810
nisi dividat Tanais, contingimus, ultra Tanain [et] usque ad T<h>raciam
colimus, Thraciae Macedoniam coniunctam esse fama fert. Utrique
imperio tuo finitimos hostes an amicos velis esse, considera.» Haec
barbarus. 814

XXXVI IX Contra rex fortuna sua et consiliis eorum se usurum esse respondet: 816
nam et fortunam, cui confidat, et consilium suadentium, ne quid temere
et audacter faciat, secuturum. [2] Dimissisque legatis, in praeparatas rates
exercitum inposuit. In proris clipeatos locaverat, iussos in genua subsidere,
quo tutiores essent adversus ictus sagittarum. [3] Post hos, qui tormenta 820
intenderent, stabant et ab utroque latere et a fronte circumdati armati.

PR(*usque ad* 813 considera)**BoMbBFLV**

801 esse te] te esse **F** tui] tu **F** *a. c.* 802 obliviscaris] **ς**: oblivisceris **ω** 805 credas] credes **V** 806 iura] **B**^{corr} **V**^{corr}: iure **ω** Nec tibi ... dubites] *huc transp. Lucarini, post* deos *(l. 810)* **ω** 807 Scythas] scytas **R**: scithas **F** 808 pacta] *Bongarsius*: facta **ω** 809 ponimus] *Foss*: novimus **ω** reverentur] revererentur **P** *a. c.* 810 habebis] habes **RΣ** 811 Tanain] Tanaim **V** [et] *om.* **ς**: terras *Hedicke* T<h>raciam **B**^{corr} 812 colimus] *Bruno*: collibus **ω** Thraciae] **ς**: traiciae **P**: traciae **RΣ** coniunctam] coniungtam **P**: coniuntam **P**^{corr} fert] -e- **L**^{corr} *in ras.* Utrique] Utri<m>que *Acidalius, fort. recte*: Utrumne *Hedicke* 816 respondet] respondit **V** *a. c.* 818 Dimissisique] dimisis- **PL** *a. c.* **V** in] im **P**: *non disp.* **V** 819 In] im **V** clipeatos] **M**: clyp- **PBFL**: clypp- **V** genua] ienua **L** 820 adversus] aversus **P**: ad **Mb** ictus] hictos **V**: hictus **V**^{corr} sagittarum] *alterum* -a- *et* -u- **L**^{corr} *in ras.* 821 armati] armatis **Σ**

Reliqui, qui post tormenta constiterant, remigem lorica non indutum scutorum testudine armati protegebant. 4 Idem ordo in illis quoque ratibus, quae equitem vehebant, servatus est. Maior pars a puppe nantes
825 equos loris trahebat. At illos, quos utres stramento repleti vehebant, obiectae rates tuebantur. 5 Ipse rex cum delectis primus ratem solvit et in ripam dirigi iussit. Cui Scythae admotos ordines equitum in primo ripae margine opponunt, ut ne adplicari quidem terrae rates possent. 6 Ceterum, praeter hanc speciem ripis praesidentis exercitus, ingens navigantes
830 terror invaserat: namque cursum gubernatores, cum obliquo flumine inpellerentur, regere non poterant, vacillantesque milites et, ne excuterentur, solliciti nautarum ministeria turbaverant. 7 Ne tela quidem, conati nisu, vibrare poterant, cum prior standi sine periculo quam hostem incessendi cura esset. Tormenta saluti fuerunt, quibus in confertos ac
835 temere se offerentes haud frustra excussa sunt tela. 8 Barbari quoque ingentem vim sagittarum infudere ratibus vixque ullum fuit scutum, quod non pluribus simul spiculis perforaretur. 9 Iamque terrae rates adplicabantur, cum acies clipeata consurgit et hastas certo ictu, utpote libero nisu, mittit e ratibus. Et ut territos recipientesque equos videre, (XXXVII)
840 alacres mutua adhortatione in terram desilire et turbatis acriter pedem inferre coeperunt. 10 Equitum deinde turmae, quae frenatos habebant equos, perfregere barbarorum aciem. Interim ceteri, agmine dimicantium tecti, aptavere se pugnae. 11 Ipse rex, quod vigori<s> aegro adhuc corpori

PBoMbBFLV

822 qui post] **BoMb**: post qui **P**: post eos qui **Σ** remigem] remiem **V** *a. c.* lorica non] *Jeep*: loricam **ω** 825 trahebat] trahebant **PBo** At] **B**^{corr}: ad **ω** stramento] sarmento **PColSig** 826 obiectae rates] obiecta erat **Σ** *(in* **L** *deinde corr.)* delectis] delic- **F** *a. c.* 827 iussit] iussi **V** Cui] qui **P**: quis **BoMb** Scythae] scithae **FLV** equitum] *om.* **V** *a. c.* 828 margine] margine ******* **L**, *qui in marg. add.* margine adplicari] apl- **V** *a. c.* 831 regere] rege **B** *a. c.* vacillantesque] vacell- **P** excuterentur] excutar- **P** 834 fuerunt] -nt **L**^{corr} *in ras.* 835 excussa] excusa **PL** *a. c.* 837 adplicabantur] -i- **L**^{corr} *in ras.* 838 clipeata] **B**^{corr}: clyp- **PBFL**: clypp- **V** consurgit] non surgit **B** *a. c.* hastas] as- **V** utpote] -o- **L**^{corr} *in ras.* 839 nisu] nisi **P** 840 adhortatione] ador- **V** desilire et] *Kinch*: desiliere **ω**: desilire **ς** 841 coeperunt] cep- **P** turmae] turm*ae **L** 842 Interim] **B**: et interim *rell.* 843 vigori<s> **BoMb** corpori] corpore **B**

deerat, animi firmitate supplebat. Vox adhortantis non poterat audiri,
nondum bene obducta cicatrice cervicis, sed dimicantem cuncti videbant. 845
[12] Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio, aliusque alium adhortati
in hostem salutis inmemores ruere coeperunt. [13] Tum vero non ora, non
arma, non clamorem hostium barbari tolerare potuerunt omnesque effusis
habenis (namque equestris acies erat) capessunt fugam. Quos rex,
quamquam vexationem invalidi corporis pati non poterat, per LXXX tamen 850
stadia insequi perseveravit. [14] Iamque linquente animo suis praecepit,
ut, donec lucis aliquid superesset, fugientium tergis inhaererent; ipse,
exhaustis etiam animi viribus, in castra se recepit <ibique diei> reliquum
substitit. [15] Transierant iam Liberi Patris terminos, quorum monumenta
lapides erant crebris intervallis dispositi arboresque procerae, quarum 855
stipites hedera contexerat. [16] Sed Macedonas ira longius provexit: quippe
media fere nocte in castra redierunt, multis interfectis, pluribus captis,
equosque M et DCCC abegere. Ceciderunt autem Macedonum equites
LX, pedites C fere, M saucii fuerunt.

XXXVIII [17] Haec expeditio deficientem magna ex parte Asiam fama tam 860
op<p>ortunae victoriae domuit. Invictos Scythas esse crediderant; quibus
fractis, nullam gentem Macedonum armis parem fore confitebantur. Itaque Sacae misere legatos, qui pollicerentur gentem imperata facturam.
[18] Moverat eos regis non virtus magis quam clementia in devictos Scythas:
quippe captivos omnes sine pretio remiserat, ut fidem faceret sibi cum 865

PBoMbBFLV

844 deerat] detrat **P** *a. c.* supplebat] supl- **V** adhortantis] ador- **V** 845 obducta] ob*d- **V** 846 quidem] **O**: quod **ω** ducum] ducem **B** *a. c.* adhortati] adhortanti **P**: adhortari **Bo**: adortati **V** 847 salutis] saluti **V** *a. c.* 848 hostium] hostem **P**: *del. Büttner* potuerunt] ceperunt **PColSigBoMb**: po**t- **L** omnesque] omnes **F** *a. c.* 849 namque ... erat] *del. Damsté* 851 perseveravit] perseveraverit **F** *a. c.* praecepit] praecipit **PBo** 853 in castra se recepit] castra recipit **P**: castra recepit **BoMb** <ibique diei> *add. Castiglioni*: <et diei> *add. Baehrens* reliquum] ibique *Freinsheimius*: requieturus *Nett* 855 crebris] crebri *Mützell* 856 stipites] stipite **L** *a. c.* hedera] ed- **PV** contexerat] contege- **F** *a. c.* 857 in castra] *om.* **Σ** 858 Ceciderunt] cediderunt **B** *a. c.* 860 magna] magne **P** 861 op<p>ortunae **ς** Scythas] scithas **B** *a. c.* **F** 863 Sacae] *Bruno*: sagae **ω** misere] miserere **F** *a. c.* legatos] -o- **L**^{corr} *in ras.* imperata] inpar- **B** *a. c.* 864 Scythas] scithas **BFV**

ferocissimis gentium de fortitudine, non de †ira† fuisse certamen. [19] Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, comitem Elpinicon dedit, adhuc admodum iuvenem, aetatis flore conciliatum sibi, qui cum specie corporis aequaret <H>eph<a>estionem, ei lepore haud sane virili par non
870 erat. [20] Ipse, Cratero cum maiore parte exercitus modicis itineribus sequi iusso, ad Maracanda urbem <contendit>, ex qua Spitamenes, conperto eius adventu, Bactra perfugerat. [21] Itaque quadriduo rex longum itineris spatium emensus pervenerat in eum locum, in quo Menedemo duce duo milia peditum et CCC equites amiserat. Horum ossa tumulo contegi
875 iussit et inferias more patrio dedit. [22] Iam Craterus, cum phalange subsequi iussus, ad regem pervenerat. Itaque, ut omnes, qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias dividit urique agros et interfici pube<re>s iubet.

880 X Sogdiana regio maiore ex parte deserta est: octingenta fere stadia in latitudinem vastae solitudines tenent. [2] Ingens spatium rectae regionis est, per quam amnis (Polytimetum vocant incolae) fertur. Torrentem eum ripae in tenuem alveum cogunt, deinde caverna accipit et sub terram rapit. [3] Cursus absconditi indicium est aquae meantis sonus, cum ipsum
885 solum, sub quo tantus amnis fluit, ne modico quidem resudet humore. [4] Ex captivis Sogdianorum ad regem XXX nobilissimi corporum robore eximio perducti erant: qui <ut> per interpretem cognoverunt iussu regis XXXIX

PBoMbBFLV

866 †ira† *corruptum*: ir*a **L** 867 Sacarum] *Bruno*: sagarum **ω** Elpinicon] *Foss*: escipi non **P**: excipinon **Σ**: Euxenippon *Hedicke* 868 iuvenem] iuvem **L** *a. c.* 869 aequaret] aequa**ret **L** <H>eph<a>estionem *ed. Lugd.* ei] *Heinsius*: et **ω**: *fort. del.* par] per **L** *a. c.* non] non * **F** 870 itineribus] itinerib**us **L** 871 ad] ad<iit> *Hedicke* Maracanda] *Bruno*: maracanta **PBo**: marecantum **B**: maracantam **FLV** (-am *non disp. in* **V**) <contendit>, ex qua] **ς**: in qua **ω**: Inde *Hedicke* Spitamenes] spitamines **P**: spitame*nes **L** 872 perfugerat] perfuge*rat **L** quadriduo] quatri- **Σ** 874 tumulo] -o **L**[corr] *in ras.* 875 dedit] *dedit **P** phalange] fal- **L** 876 pervenerat] pervenera*t **V** 877 urique] utrique **P** pub<er>es **OBoMb** 878 iubet] iussit **Σ** 880 octingenta] *Glareanus*: LXXX **ω**: *fort. fuit* DCCC 881 vastae] vas**tae **V** 882 amnis] omnis **F** *a. c.* Polytimetum] polit- **Σ** Torrentem] totrentem **P** *a. c.*: torrens **B**: torrens** **L**: torrenstem **F**[corr]**V** 885 humore] um- **P** 887 <ut> *add.* **B**[corr]: <ubi> *add. Hedicke* per]

ipsos ad supplicium trahi, carmen laetantium modo canere tripudiisque et lasciviori corporis motu gaudium quoddam animi ostentare coeperunt. [5] Admiratus [est] rex tanta magnitudine animi oppetere mortem, revocari eos iussit, causam tam effusae laetitiae, cum supplicium ante oculos haberent, requirens. [6] Illi, si ab alio occiderentur, tristes morituros fuisse respondent; nunc a tanto rege, victore omnium gentium, maioribus suis redditos, honestam mortem, quam fortes viri voto quoque expeterent, carminibus sui moris laetitiaque celebrare[nt]. [7] Tum rex, admiratus magnitudinem animi: «Quaero,» inquit «an vivere velitis non inimici mihi, cuius beneficio victuri estis?» [8] Illi numquam se inimicos ei, sed bello lacessitos [se inimicos] hostes fuisse respondent: si quis ipsos beneficio quam iniuria experiri maluisset, certaturos fuisse, ne vincerentur officio. [9] Interrogantique, quo pignore fidem obligaturi essent, vitam, quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt: reddituros, quandoque repetisset. Nec promissum fefellerunt. Nam qui remissi domos erant, <in> fide continuere populares; quattuor inter custodes corporis retenti nulli Macedonum in regem caritate cesserunt.

890 895 900

XL [10] In Sogdianis Peucolao cum III milibus peditum (neque enim maiore praesidio indigebat) relicto, Bactra pervenit. Inde Bessum Ecbatana duci iussit, interfecto Dareo poenas capite persoluturum. [11] Isdem fere diebus

905

PBoMbBFLV

om. **V** *a. c.*

888 trahi] tradi **PColSigBoMb**: trachi **V** carmen] carnem **V** 889 lasciviori] -ioris **PBoMb**: -iore **B** *a. c.* 890 [est] *del. Vindelinus* tanta] -tam **PBoMb** 891 laetitiae] laetiae **L** supplicium] s*up- **L** 892 ab] -b **L**^{corr} *in ras.* 893 rege, victore] regi victor **P** suis] sus **L** *a. c.* 894 redditos] -tis **Σ**: -ti **L**^{corr} viri] *om.* **B** voto] toto **V** *a. c.* 895 moris] mori **P** celebrare[nt] *Iunta* Tum] Tantam *Hedicke* 896 inquit] *Grunauer*: itaque **ω** vivere] uvere **B** 897 victuri] victori **Σ** *(in* **BFL** *deinde corr.)* ei, sed ... inimicos] *om.* **F** *a. c.* **V** *a. c.*: **V**^{corr} *post* domos *(l. 902) add.* sed] -e- **L**^{corr} *in ras.* 898 [se inimicos] *del.* **ς** hostes] -ti **Σ** 899 certaturos] certauros **F** *a. c.* 900 Interrogantique] -gatique **Σ** 901 reddituros] re*d- **L** 902 promissum] promisum **L** erant] ierant **Σ** 903 <in> *add.* **ColSig** retenti] -tis **PBoMb** 904 caritate] kar- **Σ** 905 maiore] -ri **BFL**^{corr}**V**: maiorei **L** 906 Bessum] bessum ** **V** Ecbatana] ecbactana **B** 907 iussit] iussit, <ibi> *Eussner* persoluturum] persolviturum **P**

Ptolomaeus et M[a]enidas peditum IIII milia et equites M adduxerunt mercede militaturos. [12] Asander quoque ex Lycia cum pari numero
910 peditum et D equitibus venit. Totidem ex Syria Asclepiodorum sequebantur. Antipater Graecorum VIII milia, in quis DC equites erant, miserat. [13] Itaque, exercitu aucto, ad ea, quae defectione turbata erant, conponenda processit, interfectisque consternationis auctoribus, quarto die ad flumen Oxum perventum est. Hic, quia limum vehit, turbidus
915 semper, insalubris est potui. [14] Itaque puteos miles coeperat fodere, nec tamen humo alte egesta existebat humor. Tandem in ipso tabernaculo regis conspectus est fons: quem, quia tarde notaverant, subito extitisse finxerunt, rexque ipse credi voluit <deum> donum id fuisse. [15] Superatis deinde amnibus Ocho et Oxo ad urbem Margianam pervenit. Circa eam
920 VI oppidis condendis electa sedes est: duo ad meridiem versa, IIII spectantia orientem; modicis inter se spatiis distabant, ne procul repetendum esset mutuum auxilium. [16] Haec omnia sita sunt in editis collibus: tum velut freni domitarum gentium, nunc originis suae oblita
924 serviunt, quibus imperaverunt.

926 **XI** Et cetera quidem pacaverat rex. Una erat petra, quam Arimazes Sogdianus cum XXX milibus armatorum obtinebat, alimentis ante XLI

PBoMbBFLV

908 Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomeus **P**: ptolomeus **Σ** M[a]enidas **M**: Melamnidas *Acidalius*: Melanidas *Hedicke* IIII] III **Σ** 909 militaturos] militauros **F** *a. c.* Asander] *Schmieder*: alexander **PBFL**: aelex- **V** ex] et **P** Lycia] licia **B** *a. c.* **F** 910 Syria] siria **F** 911 milia] *om.* **Σ** quis] -u- **P**corr *in ras.* 912 aucto] auctu **P** ad] at **P** defectione] -ctone **F** *a. c.* 913 processit] proessit **L** *a. c.* quarto] IIII **BFL** 916 egesta] egens **P**corr existebat] exhi- **B** *a. c.* Tandem] *Kinch*: tamen **ω** tabernaculo] tabernaculum **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 918 finxerunt] fincx- **P**: -t **L**corr *in ras.* <deum> *add.* **ς** id fuisse] adfuisse **P** *a. c.*: id *ante* donum *habet* **Mb** 919 Margianam] *Ortelius*: marganiam **PFLV**: marginiam **B** pervenit] perveni **L** *a. c.* 920 VI] *ita* **L**corr *in ras.*: VI milia **P** oppidis] oppodis **B** *a. c.* condendis] contendis **P** 921 spectantia] speta- **V** spatiis] *Bruno*: stadiis **ω** distabant] adstabant **P** *a. c.* 922 editis] *alterum* -i- **L**corr *in ras.* 923 tum] tunc *Hedicke* suae] sua **P** 924 serviunt] -nt **L**corr *in ras.* imperaverunt] inpera*v- **L** 926 quidem] qudem **B** Arimazes] Ari<a>mazes *Hedicke, semper* 927 cum] *om.* **PBoMb** obtinebat] obtinebit **P**

congestis, quae tantae multitudini vel per biennium suppeterent. [2] Petra in altitudinem XXX eminet stadia, circuitu C et L conplectitur; undique abscisa et abrupta semita perangusta aditur. [3] In medio altitudinis spatio habet specum, cuius os artum et obscurum est; paulatim deinde ulteriora panduntur, ultima etiam altos recessus habent. Fontes per totum fere specum manant, e quibus conlatae aquae per prona montis flumen emittunt. [4] Rex, loci difficultate spectata, statuerat inde abire; cupido deinde incessit animo naturam quoque fatigandi. [5] Prius tamen, quam fortunam obsidionis experiretur, Cophen (Artabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui suaderet, ut dederent rupem. Arimazes, loco fretus, superbe multa respondit; ad ultimum, an Alexander etiam volare posset, interrogat. [6] Quae nuntiata regi sic accendere animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari eludentis ipsos, quia pinnas non haberent; se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare. [7] «CCC» inquit «pernicissimos iuvenes ex suis quisque copiis perducite ad me, qui per calles et paene invias rupes domi pecora agere consueverant.» [8] Illi praestantes et levitate corporum et ardore animorum strenue adducunt. Quos intuens rex: «Vobiscum,» inquit «o iuvenes et mei aequales, urbium invictarum ante me munimenta superavi, montium iuga perenni nive obruta emensus sum, angustias Ciliciae intravi, †Indiae† sine lassitudine vim frigoris sum perpessus. Et mei documenta vobis dedi et vestra habeo. [9] Petra, quam videtis, unum aditum habet, quem barbari obsident, cetera neglegunt:

930 935 940 945 950

PBoMbBFLV

931 ulteriora] ad ult- **B**: interiora *Kinch* 932 ultima] intima *Kinch* altos] **M**: altus **ω** 933 specum] spatium **Σ** aquae] a- **L**^corr *in ras.* 934 emittunt] em*i- **L** inde] deinde **P** *a. c.* 936 Cophen] *Bruno*: cophan **ω** 937 suaderet] suaderat **P** dederent] dederet **V** *a. c.* Arimazes] **ς**: arumazos **P**: arimazas **Σ** *(*ari*m- **L***)* 938 superbe] **M**^corr: superba **P**: superbiae **Σ** an] *om.* **B** *a. c.* etiam] *om.* **Σ** 939 interrogat] interrogaet **P**^corr adhibitis] adib- **P** 941 haberent] ab- **P** 942 crederet] crederent **PBoMb** pernicissimos] perniciosissimos **L**^corr 943 paene] poene **P**: pene **B** 944 consueverant] consuerant **P** 946 invictarum] -a- **L**^corr *in ras.*: invietarum **V** me] *om.* **Σ** 948 †Indiae† *corruptum* 949 habeo] ab- **V** 950 unum] unam **L** *a. c.* quem] quam **P** neglegunt] neglegant **V** *a. c.*

nullae vigiliae sunt, nisi quae castra nostra spectant. [10] Invenietis viam,
si sollerter rimati fueritis aditus ferentis ad cacumen. Nihil tam alte natu-
ra constituit, quo virtus non possit eniti. Experiendo, quae ceteri
desperaverunt, Asiam habemus in potestate. [11] Evadite in cacumen; quod
955 cum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis; ego, copiis admotis,
hostem in nos a vobis convertam. [12] Praemium erit ei, qui primus oc-
cupaverit verticem, talenta x; uno minus accipiet, qui proximus ei vene-
rit, eademque ad decem homines servabitur portio. Certum autem ha-
beo vos non tam liberalitatem intueri meam quam voluntatem.» [13] His
960 animis regem audierunt, ut iam cepisse verticem viderentur; dimissique XLII
ferreos cuneos, quos inter saxa defigerent, validosque funes parabant.
[14] Rex, circumvectus petram, qua minime asper ac praeruptus aditus
videbatur, secunda vigilia, quod bene verteret, ingredi iubet. Illi, alimentis
in biduum sumptis, gladiis modo atque hastis armati, subire coeperunt.
965 [15] Ac primo pedibus ingressi sunt; deinde, ut in praerupta perventum
est, alii manibus eminentia saxa conplexi leva<ve>re semet, alii adiectis
funium laqueis evasere, quidam, cum cuneos inter saxa defigerent, gradus
subinde, quis insisterent, <instruxerunt>. Diem inter metum laborem-
que consumpserunt. [16] Per aspera enisis duriora restabant et crescere altitu-
970 do petrae videbatur. Illa vero miserabilis erat facies, cum ii, quos instabi-
lis gradus fefellerat, ex praecipiti devolverentur: mox eadem in se patien-
da alieni casus ostendebat exemplum. [17] Per has tamen difficultates eni-

PBoMbBFLV

951 nostra] *om.* **V** *a. c.* 952 sollerter] sole- **F** rimati] rima*ti **L** ferentis] ferentem *coni. Lucarini* 954 desperaverunt] *Bruno*: desperaverint **ω** cacumen] caucumen **P** 955 ceperitis] coep- **PB**: eperitis **L** *a. c.* copiis] cpiis **L** *a. c.* 956 a] ad **P** 957 accipiet] accipiat **Σ** 958 Certum] **BoMb**: ceterum **ω** habeo] habe **F** *a. c.*: abeo **V** *a. c.* 960 animis] animus **P** dimissique] dimisique **PF** 962 circumvectus] circumvictus **L** *a. c.* petram] petra **Σ** qua] quam **P** praeruptus] praeruptis **F** *a. c.* 964 atque] ad- **L**corr *in ras.* coeperunt] cep- **Σ** 966 saxa] saxa ** **L** leva<ve>re **codex quidam Modii** *Wagener* 967 quidam] *A. G. Zumpt*: quibus **ω** 968 subinde] subdidere *Foss* <instruxerunt> *add. Lucarini* 969 aspera enisis] *Laetus*: aspere nisi **P**: aspera enixi **BoMb**: aspera nisi **BFV**: aspera nisu **F**corr: asperea nisu* **L** restabant] resta*bant **L**: restabat **V** *a. c.* 970 ii] i **P** 971 devolverentur] devove- **B** *a. c.*

tuntur in verticem montis, omnes fatigatione continuati laboris adfecti, quidam mulcati parte membrorum, pariterque eos et nox et somnus oppressit. [18] Stratis passim corporibus in inviis et asperis saxorum, periculi (975) instantis obliti, in lucem quieverunt; tandemque, velut ex alto sopore excitati, occultas subiectasque ipsis valles rimantes, ignari, in qua parte petrae tanta vis hostium condita esset, fumum specu infra se ipsos evolutum notaverunt. [19] Ex quo intellectum, illam hostium latebram esse. Itaque hastis inposuere, quod convenerat, signum; totoque e numero II et (980) XXX in ascensu interisse ad<g>noscunt. [20] Rex, non cupidine magis potiundi loci quam vice eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, (XLIII) sollicitus, toto die cacumina montis intuens restitit; noctu demum, cum obscuritas conspectum oculorum ademisset, ad curandum corpus recessit. [21] Postero die, nondum satis clara luce, primus vela, signum capti verticis, (985) conspexit. Sed, ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas caeli, nunc internitente lucis fulgore, nunc condito. Verum, ut liquidior lux adparuit caelo, dubitatio exempta est; [22] vocatumque Cophen, per quem barbarorum animos temptaverat, mittit ad eos, qui moneret, nunc saltem salubrius consilium inirent; sin autem fiducia loci perseverarent, ostendi (990) a tergo iussit, qui ceperant verticem. [23] Cophes admissus suadere coepit Arimazi petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in

PBoMbBFLV

974 parte] parte * **V** 975 in inviis et asperis] **ς**: inviis et asperis **PBoMb**: in inviis et in asperis **Σ** 976 quieverunt] quieve**runt **P** sopore] *alterum* -o- **L**^{corr} *in ras.* 977 subiectasque] subiectare **PColSigBoMb**: subiectaque **F** *a. c.* rimantes] **O**: rimantium **PBoMb**: rimantis **Σ** 978 specu] *Mützell*: specui **PBoMb**: specus **Σ**: e specu *Kinch* 979 intellectum] intellecta **B** *a. c.* **V**: intellectam **FL**: intellect*m **L**^{corr} hostium] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 980 hastis] as- **P** II] II milia **P** 981 ad<g>noscunt **ς** cupidine] cupidi*ne **P** 982 manifestum] manifectum **F** 984 obscuritas] obscu*r- **L** 985 satis] sat **V** *a. c.* clara] cl- **L**^{corr} *in ras.* primus] primu **L** *a. c.* capti] captivi **PBoMb** 986 conspexit] conspecxit **F** nunc] tunc **Σ** 987 nunc condito] *Freinsheimius*: conditor **PBo**: conditi **Σ** Verum] *om.* **PBoMb** 988 vocatumque] vocatum **L** *a. c.* 991 ceperant] coep- **P** Cophes] cophe **L** *a. c.* admissus] ad eos missus **BFLV**^{corr}: ad eos amissus **V** 992 Arimazi] **Mb**: aramazi **ω** inituro] **M**^{corr}: inituri **ω** tantas] tanta **P**: tantais **F** *a. c.*: tantis **V** *a. c.*

unius rupis obsidione haerere non coegisset. Ille, ferocius superbiusque quam antea locutus, abire Cophen iubet: [24] at is prensum manu barbarum
995 rogat, ut secum extra specum prodeat. Quo inpetrato, iuvenes in cacumine ostendit <et> eius superbiae haud inmerito inludens, pinnas habere ait milites Alexandri. [25] Iamque <e> Macedonum castris signorum concentus et totius exercitus clamor audiebatur. Ea res, sicut pleraque belli vana et inania, barbaros ad deditionem traxit: quippe occupati metu paucitatem
1000 eorum, qui a tergo erant, aestimare non poterant. [26] Itaque Cophen (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant et cum eo XXX principes mittunt, qui petram tradant et, ut incolumibus abire liceat, paciscantur. [27] Ille quamquam verebatur, ne, conspecta iuvenum paucitate, deturbarent eos barbari, tamen et fortunae suae confisus et Arimazi superbiae
1005 <iratus>, nullam se condicionem deditionis accipere respondit. [28] Arimazes, desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suae descendit in castra; quos omnis verberibus adfectos sub ipsis radicibus petrae crucibus iussit adfigi. [29] Multitudo deditorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est;
1010 Artabazus in petrae regionisque, quae adposita esset ei, tutela relictus.

PBoMbBFLV

993 haerere] erere **P** coegisset] cogisset **P** 994 at] ad **P** 995 inpetrato] imperato **P** 996 <et> *add. Vogel* eius] eius<que> *Modius* haud] aut **P** 997 <e> *add.* ς 999 inania] inaniania **P**: inanis *Hedicke* deditionem] edit- **P**: deditio*nem **L** 1002 incolumibus] incoluminibus **F** *a. c.* 1003 deturturbarent] deturbaren **L** *a. c.* 1004 Arimazi] iram- **L** 1005 <iratus> *add. Lucarini*: <infensus> *add.* ς 1006 Arimazes] -z- **L**^{corr} *in ras.* desperatis] **M**: disp- ω 1007 descendit] dis- **P** 1009 deditorum] ς: dedideditorum **P**: dedititiorum **BFV**: deditiorum **L**: dediditiorum **L**^{corr} capta] capto **B** 1010 Artabazus] ς: artabazes ω tutela] tutela<m> *Bothe, sed. cf. 4.7.4*

Q. Curti Rufi historiarum liber VII explicit incipit liber octavus **P**: Q. Curti Rufi historiarum Alexandri Magni Macedonis liber VII explicitus incipit VIII feliciter **B**: Q. Curti Rufi hystoriarum liber VII explicit incipit liber octavus **F**: Q. Curti Rufi historiarum liber VII explicit incipit liber octavus **L**: Curti Rufi historiarum liber VII explicit incipit octavus **V**

LIBER VIII

1 ALEXANDER, maiore fama quam gloria in dicionem redacta petra, cum propter vagum hostem spargendae manus essent, in tres partes divisit exercitum. <H>eph<a>estionem uni, C<o>enon alteri duces dederat; ipse ceteris praeerat. 2 Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit: armis quidam subacti, plures ante certamen imperata fecerunt; quibus (5) eorum, qui in defectione perseveraverant, urbes agrosque iussit attribui. 3 At exules Bactriani cum DCCC Massagetarum equitibus proximos vicos vastaverunt. Ad quos coercendos Attinas, regionis eius praefectus, CCC equites insidiarum, quae parabantur, ignarus eduxit. 4 Namque hostis in silvis (et forte campo erant iunctae) armatum militem condidit, paucis (10) propellentibus pecora, ut inprovidum ad insidias praeda perduceret. 5 Itaque inconposito agmine solutisque ordinibus Attinas praedabundus sequebatur; quem praetergressum silvam, qui in ea consederant, ex inproviso adorti cum omnibus interemerunt. 6 Celeriter ad Craterum huius cladis fama perlata est, qui cum omni equitatu supervenit. Et (15) Massagetae quidem iam refugerant, Dahae M oppressi sunt, quorum clade totius regionis finita defectio est. 7 Alexander quoque, Sogdianis rursus subactis, Maracanda repetit. Ibi Derdas, quem ad Scythas super

H(*a* 9 ignarus *usque ad* 18 super)**PBoMbBFLV**

3 <H>eph<a>estionem *ed. Lugd.* C<o>enon *Aldus* 5 imperata] impera **F** *a. c.* 6 perseveraverant] perseverant **F** *a. c.* attribui] adtribu **PB** *a. c.* 7 DCCC] D$\overline{CC}$C* **P** 8 Attinas] adt- **L** *a. c.* 10 et forte campo erant] **H**: et erant forte campo **PColSig**: quae erant forte campo **BF**^{corr}**L**^{corr}**V**: et quae erant forte campo **F**: equae et erant forte campo **L** 13 silvam] *om.* **V** *a. c.* ea consederant] eam considerant **Σ** 14 adorti] -or- **L**^{corr} *in ras.* 16 Massagetae] masag- **L** refugerant] -a- **L**^{corr} *in ras.* Dahae] daae **BF**^{corr}**LV**: da **F** M] *om.* **L**, *sed spatium rel.* clade] dadae **B**: caede *Bothe* 17 est] *om.* **BoMbB** 18 Derdas] *Hedicke*: berdes **ω** quem] quem ****** **L** Scythas] scithas **BFV**: s*cithas **L**

Bosphorum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit. [8] Phrataphernes quoque, qui Choras<miis> prae[i]erat, Massagetis et Da<h>is regionum confinio adiunctis, miserat, qui facturum imperata pollicerentur. [9] Scythae petebant, ut regis sui filiam matrimonio sibi iungeret: si dedignaretur adfinitatem, principes Macedonum cum primoribus suae gentis conubio coire pateretur; ipsum [regum] quoque regem venturum ad eum pollicebantur. [10] Utraque legatione benigne audita, <H>eph<a>estionem et Artabazum opperiens stativa habuit; quibus adiunctis, in regionem, quae appellatur Bazaira, pervenit.

[11] Barbarae opulentiae in illis locis haud ulla sunt maiora indicia quam magnis nemoribus saltibusque nobilium ferarum greges clusi. [12] Spatiosas ad hoc eligunt silvas, crebris perennium aquarum fontibus amoenas; muris nemora cinguntur turresque habent venantium receptacula. [13] Quattuor continuis aetatibus intactum saltum fuisse constabat; quem Alexander cum toto exercitu ingressus, agitari undique feras iussit. [14] Inter quas cum leo magnitudinis rarae ipsum regem invasurus incurreret, forte Lysimachus, qui postea regnavit, proximus Alexandro, venabulum obicere ferae coeperat. Quo rex repulso et abire iusso, adiecit tam a semet uno quam a Lysimacho leonem interfici posse. [15] Lysimachus enim quondam, cum venarentur in Syria, occiderat quidem eximiae magnitudinis feram solus, sed, laevo humero usque ad ossa lacerato, ad ultimum periculi pervenerat. [16] Id ipsum exprobrans ei rex fortius, quam

H(*a* 27 quae *usque ad* 36 abire)**PBoMbBFLV**

19 occurrit] -rat **L** *a. c.* Phrataphernes] phrathaphenes **BFL**: pharathaphenes **V** 20 Choras<miis> *Raderus (*coras **F** *a. c.)* prae[i]erat **L**corr Da<h>is **L**corr regionum] regionem **P** 21 adiunctis] **Q**: adiunctus **ω** Scythae] scithae **BFL** 23 principes] princepes **F** 24 [regum] *del. Laetus* 25 <H>eph<a>estionem *ed. Lugd.* 26 Artabazum] **ς**: aribazum **P**: ariabazum **P**corr**Σ** adiunctis] abiunctis **B** *a. c.* **L** *a. c.* **V** 28 haud] haut **H** ulla] illa **B** quam] quem **B** *a. c.* **F** *a. c.* **L**corr**V** *a. c.* 29 magnis] *magnis **L** Spatiosas] speciosas **Σ** 31 turresque] turreque **B** *a. c.* Quattuor] IIII **P** 33 iussit] russit **P** *a. c.* 34 incurreret] incucurreret **H** 35 Lysimachus] lis- **Σ** 37 Lysimacho] lis- **Σ** Lysimachus] lis- **Σ** 38 venarentur] veneretur **BV**: venaretur **B**corr**FL**corr: veretur **L** in Syria] **O**: in siria **P**: insidia **Σ** occiderat] -at **L**corr *in ras.* 39 humero] -e- **L**corr *in ras.* lacerato] **L**corr: laceratum **ω**

locutus est, fecit: nam feram non excepit modo, sed etiam uno vulnere occidit. [17] Fabulam, quae obiectum leoni a rege Lysimachum temere vulgavit, ab eo casu, quem supra diximus, ortam esse crediderim. [18] Ceterum Macedones, quamquam prospero eventu defunctus erat Alexander, tamen scivere gentis suae more[m], ne aut pedes venaretur aut sine delectis 45 principum atque amicorum. [19] Ille, IIII milibus ferarum deiectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est.

III Inde Maracanda reditum est, acceptaque aetatis excusatione ab Artabazo, provinciam eius destinat Clito. [20] Hic erat, qui apud Granicum amnem nudo capite regem dimicantem clipeo suo texit et Rhosacis 50 manum capiti regis inminentem gladio amputavit, vetus Philippi miles multisque bellicis operibus clarus. [21] Hellanice, quae Alexandrum educaverat, soror eius, haud secus quam mater a rege diligebatur. Ob has causas validissimam imperii partem fidei eius tutelaeque commisit. [22] Iamque iter parare in posterum iussus, sollemni et tempestivo adhibetur 55 convivio. In quo rex, cum multo incaluisset mero, inmodicus aestimator sui, celebrare, quae gesserat, coepit, gravis etiam eorum auribus, qui sentiebant vera memorari. [23] Silentium tamen habuere seniores, donec, Philippi res orsus obterere, nobilem apud Chaeroneam victoriam sui operis fuisse iactavit ademptamque sibi malignitate et invidia patris tantae 60 rei gloriam. [24] Illum quidem, seditione inter Macedones milites et Graecos mercennarios orta, debilitatum vulnere, quod in ea consternatione acceperat, iacuisse, non alias quam simulatione mortis tutiorem; se corpus

PBoMbBFLV

41 feram] feras **F** *a. c.* 42 obiectum] obiectam **P** Lysimachum] lisim- **BFL**corr**V**: limachum **L** 44 quamquam] quam **P** defunctus] **functus **L** 45 more[m] *Vindelinus* ne aut] *Mützell*: nam ut **ω** venaretur] veneretur **B** *a. c.* **F**corr**V**: veneretur quae **F**: ven*retur **L** aut s.] *Aldus*: haud s. **ω** delectis] **L** *a. c.*: dilectis *rell.* 46 principum] principium **P** deiectis] deiecti **L** *a. c.* 48 excusatione] excusationis **Σ** 49 Clito] cly- **P** qui] quia **B** *a. c.* 50 clipeo] cly- **P** Rhosacis] **B** corr: hrosacis **ω** 51 Philippi] phyl- **V** 52 Hellanice] *elanice **L** *a. c.*: Et Lanice *Hedicke* 55 parare] parere **P** sollemni] **B**corr**F**: sole- *rell.* et] e **L** *a. c.* 56 inmodicus] inmodicos **P** aestimator] aestimatur **P** 57 gesserat] iess- **P** 58 memorari] memoravi **P** 59 obterere] obterrere **PV** Chaeroneam] *Erasmus*: ceroneam **PBFL**: ceren- **V** 63 alias]

eius protexisse clipeo suo, ruentesque in illum sua manu occisos. [25] Quae
65 patrem numquam aequo animo esse confessum, invitum filio debentem
salutem suam. Itaque post expeditionem, quam sine eo fecisset ipse in
Illyrios, victorem scripsisse se patri fusos fugatosque hostes nec adfuisse
usquam Philippum. [26] Laude dignos esse non qui Samothracum initia
viserent, cum Asiam uri vastarique oporteret, sed eos, qui magnitudine
70 rerum fidem antecessissent. [27] Haec et his similia laeti audiere iuvenes, IV
ingrata senioribus erant, maxime propter Philippum, sub quo diutius
vixerant, [28] cum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, ad eos, qui infra
ipsum cubabant, conversus Euripidis ret<t>ulit carmen, ita ut sonus magis
quam sermo exaudiri posset a rege, [29] quo significabatur male instituisse
75 Graecos, quod tropaeis regum dumtaxat nomina inscriberent: alieno enim
sanguine partam gloriam intercipi. Itaque rex, cum suspicaretur malignius
habitum esse sermonem, percontari proximos coepit, quid ex Clito
audissent. [30] Et illis ad silendum obstinatis, Clitus paulatim maiore voce
Philippi acta bellaque in Graecia gesta commemorat, omnia praesentibus
80 praeferens. [31] Hinc inter iuniores senesque orta contentio est; et rex, velut
patienter audiret, quis Clitus obterebat laudes eius, ingentem iram
conceperat. [32] Ceterum, cum animo videretur imperaturus, si finem
procaciter orto sermoni Clitus inponeret, nihil eo remittente magis

PBoMbBFLV

alia re *Zumpt*

64 clipeo] cly- **P** occisos] -os **V**^{corr} *in ras.* 65 filio] filium **P** *a. c., ut vid.* 66 Itaque] Atque *Hedicke* expeditionem] expeditione **P** 67 Illyrios] illirios **Σ** scripsisse] s*cr- **L** : <a>scripsisse *Köstlin* 68 Philippum] phyl- **L** dignos] dedignos **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* Samothracum] samothrachum **BFL**: samotrachum **V** 70 fidem] *om.* **V** 71 Philippum] philipphum **P** 72 Clitus] **B**: cly- *rell.* 73 ret<t>ulit **Mb** 74 exaudiri] exaudire **B** posset] *Laetus*: possit **ω** 75 tropaeis] tropheis **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* dumtaxat] dumtaxaz **P**: duxtaxat **B** *a. c.* 77 percontari] percontrari **P** Clito] **F**: cly- *rell.* *(*-l- **L**^{corr} *in ras.)* 78 Clitus] cly- **PB**^{corr} 79 gesta] iesta **P** 80 Hinc] -i- **F**^{corr} *in ras.* 81 Clitus] **B** *a. c.* **L**: cly- *rell.* 82 imperaturus] impetraturus **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* finem] -n- **V**^{corr} *in ras.* 83 Clitus] **O**: cly- **ω** nihil] nihcil **L** eo remittente] *Acidalius*: eorum omittente **ω**

exasperabatur. [33] Iamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat
et Philippi de Atheniensibus victoriam Thebarum praeferebat excidio, 85
non vino modo, sed etiam animi prava contentione provectus. [34] Ad
ultimum: «Si moriendum» inquit «est pro te, Clitus est primus; at, cum
victoriae arbitrium [m]agis, praecipuum ferunt, qui procacissime patris
tui memoriae inludunt. [35] Sogdianam regionem mihi attribuis, totiens
rebellem et non modo indomitam, sed quae ne subigi quidem possit. 90
Mittor ad feras bestias, praecipitia ingenia sortitas. Sed, quae ad me
pertinent, transeo. [36] Philippi milites spernis oblitus, nisi hic Atarrhias
senex iuniores pugnam detrectantes revocasset, adhuc nos circa Ha-
licarnasum haesuros fuisse. [37] Quomodo igitur Asiam etiam cum istis
iunioribus subegisti? Verum est, ut opinor, quod avunculum tuum in 95
v Italia[m] dixisse constat, ipsum in viros incidisse, te in feminas.» [38] Nihil
ex omnibus inconsulte ac temere iactis regem magis moverat quam
Parmenionis cum honore mentio inlata. Dolorem tamen re[x]pressit,
contentus iussisse, ut convivio excederet. [39] Nec quicquam aliud adiecit,
quam forsitan eum, si diutius locutus foret, exprobraturum sibi fuisse 100
vitam a semetipso datam: hoc enim superbe saepe iactasse. [40] Atque il-
lum cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei cubuerant, iniectis
manibus, iurgantes monentesque conabantur abducere. [41] Clitus, cum
abstraheretur, ad pristinam vi<n>olentiam ira quoque adiecta, suo pectore
tergum illius esse defensum, nunc, postquam tanti meriti praeterierit 105

PBoMbBFLV

84 Clitus] **L**: cly- *rell.* Parmenionem] parmoen- **PB** 85 excidio] excido **F** *a. c.* 87 Si] se **V** *a. c.* Clitus] clit*s **L** *a. c.*: cly- *rell.* cum] *om.* **Σ** *(add.* **V**^{corr}*)* 88 [m]agis *Acidalius* praecipuum] principium *Kinch* 90 rebellem] rebellum **P** *a. c.* 91 Sed] se **L** *a. c.* 92 Atarrhias] *Hedicke*: atharrias **PBF**^{corr}**LV**: atharras **F** 93 senex] se*nex **L** detrectantes] **B**^{corr}: detrac- **ω** Halicarnasum] halicarnassum **PBo** 94 haesuros] esuros **PL** etiam]totam *Bentleius*: *del. Cornelissen* 95 subegisti] **ς**: subiecisti **PBF**^{corr}**LV**: subiectis **F** 96 Italia[m] **OMb** 97 inconsulte] consulte **B** *a. c.* temere iactis] temere actis **P**: temeriaeactis **V** 98 Parmenionis] parmoen- **PFL** tamen] tam **P** re[x]pressit *Acidalius* 100 si] se **F** *a. c.* 101 saepe] *om.* **F** *a. c.* 103 abducere] addu- **BoMbFV** Clitus] **O**: cly- **ω** 104 abstraheretur] abtra- **L** *a. c.* vi<n>olentiam **O**^{corr}**BoMb** ira] ita **V** 105 nunc] tunc **V**^{corr} postquam] posq- **L** *a. c.* praeterierit] praeteriit **Σ**

tempus, etiam memoriam invisam esse proclamat. [42] Attali quoque
caedem obiciebat et ad ultimum Iovis, quem patrem sibi Alexander
adsereret, oraculum eludens, veriora se regi quam patrem eius respondisse
dicebat. [43] Iam tantum irae conceperat rex, quantum vix sobrius ferre
110 potuisset. Enimvero, olim mero sensibus victis, ex lecto repente prosiluit.
[44] Attoniti amici, ne positis quidem, sed abiectis poculis, consurgunt in
eventum rei, quam tanto impetu acturus esset, intenti. [45] Alexander, rapta
lancea ex manibus armigeri, Clitum adhuc eadem linguae intemperantia
furentem percutere conatus, a Ptolomaeo et Perdicca inhibetur. [46] Me-
115 dium conplexi [et], obluctari perseverantem morabantur; Lysimachus et
Leonnatus etiam lanceam abstulerant. [47] Ille, militum fidem inplorans,
conprehendi se a proximis amicorum, quod Dareo nuper accidisset,
exclamat signumque tuba dari, ut ad regiam armati coirent, iubet. [48] Tum
vero Ptolomaeus et Perdiccas, genibus advoluti, orant, ne in tam praecipiti
120 ira perseveret spatiumque potius animo det: omnia postero die iustius
executurum. [49] Sed clausae erant aures obstrepente[s] ira. Itaque, inpo-
tens animi, procurrit in regiae vestibulum et, vigili excubanti hasta abla-
ta, constitit in aditu, quo necesse erat iis, qui simul cenaverant, egredi.
[50] Abierant ceteri, Clitus ultimus sine lumine exibat; quem rex, quisnam
125 esset, interrogat. Eminebat etiam in voce sceleris, quod parabat, atrocitas.
[51] Et ille iam non suae, sed regis irae memor, Clitum esse et de convivio
exire respondit. [52] Haec dicentis latus hasta transfixit morientisque

PBoMbBFLV

111 ne positis] nepossitis **P** *a. c.*: ne psitis **L** *a. c.* 112 intenti] intentique **B** *a. c.* rapta] rap*ta **L** 113 Clitum] cly- **BFV**: cl*i- **L** 114 percutere] percuttere **P** *a. c.* a Ptolomaeo] *Hedicke*: at *(*ab **BoMb***)* ptholomeo **P**: a ptolomeo **Σ** Perdicca] perdica **L** *a. c.* inhibetur] inhab- **L** *a. c.* 115 [et] *del. Vogel* 117 conprehendi se] conprehendisse **PF** *a. c.* **L** 118 coirent] coierent **P** :-nt **L**[corr] *in ras.*: co*irent **V** 119 Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomaeus **P**: ptolomeus **Σ** Perdiccas] perdicas **L** *a. c.* advoluti] advoluti* **P** orant] erant **PBo** 121 obstrepente[s] **ς** 122 hasta] as- **V** *a. c.* 123 iis] his **ω** egredi] exgr- **V** *a. c.* 124 Clitus] **O**: cly- **ω** quem] **B**[corr]**L**[corr]: quam **ω**: cum *Hedicke* 125 Eminebat] eminebant **P** *a. c.* 126 sed] nec *Jeep* memor] <in>memor *Hug* Clitum] **ς**: cly- **ω**

sanguine adspersus: «I nunc» inquit «ad Philippum et Parmenionem et
Attalum.» 129

VI **II** Male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura, 131
sed transacta perpendimus. Quippe rex, postquam ira mente decesserat,
etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera aestimatione
perspexit. [2] Videbat tunc inmodica libertate abusum, sed alioqui egregium
bello virum et, nisi erubesceret fateri, servatorem sui occisum. Detestabile 135
carnificis ministerium occupaverat rex, verborum licentiam, quae vino
poterat inputari, nefanda caede ultus. [3] Manabat toto vestibulo cruor
paulo ante convivae; vigiles attoniti et stupentibus similes procul stabant
liberioremque paenitentiam solitudo exci[pi]ebat. [4] Ergo hastam ex
corpore iacentis evolsam retorsit in semet; iamque admoverat pectori, 140
cum advolant vigiles et repugnanti e manibus extorquent adlevatumque
in tabernaculum deferunt. [5] Ille humi prostraverat corpus, gemitu
[h]eiulatuque miserabili tota<m> personans regia<m>. Laniare deinde
os unguibus et circumstantes rogare, ne se tanto dedecori superstitem
esse paterentur. [6] Inter has preces tota nox extracta est. Scrutantemque, 145
num ira deorum ad tantum nefas actus esset, subit anniversarium sacrificium Libero Patri non esse redditum stat[ut]o tempore: itaque, inter
vinum et epulas caede commissa, iram d[i]ei fuisse manifestam. [7] Ceterum
magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos:
neminem cum ipso sociare sermonem postea ausurum: vivendum esse 150

PBoMbBFLV

128 adspersus] *om.* **V** *a. c.* I] *om.* **PBoMb** Parmenionem] parmoen- **P** 129 Attalum] adta- **L** 132 transacta] transac **L** *a. c.* 133 discussa] discusa* **L** *a. c.* 134 inmodica] inmodice *Hedicke* alioqui] alio*qui **L** 136 carnificis] carnificus **L** licentiam] licentia **B** 137 caede] c*a- **L** 138 similes] similis **P** *a. c.* 139 exci[pi]ebat *Modius*: eliciebat *Hedicke* 140 iacentis] i- *non disp. in* **B**, *ex corr. in ras. in* **L** retorsit] ret*o- **P**: retrorsit **V** 141 extorquent] extorquen **L** *a. c.* 143 [h]eiulatuque **O** tota<m> ... regia<m> **ς** personans] personas **V** *a. c.*: personante *Modius* Laniare] lin- **F** *a. c.* 145 Inter] in **Σ** 146 actus] ictus **B** *a. c.* 147 redditum] redditurum **P** *a. c.* stat[ut]o *Bruno (*statu **V** *a. c.)* 148 d[i]ei **L**^{corr} 150 vivendum] videndum **F**

in solitudine velut ferae bestiae terrenti alias timentique. [8] Prima deinde luce tabernaculo corpus, sicut adhuc cruentum erat, iussit inferri. Quo posito ante ipsum, lacrimis obortis: «Hanc» inquit «nutrici meae gratiam ret<t>uli, cuius duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuere mor-
155 tem: hic frater, unicum orbitatis solacium, a me inter epulas occisus est. [9] Quo nunc se conferet misera? Omnibus eius unus supersum, quem solum aequis oculis videre non poterit. Et ego, servatorum meorum latro, revertar in patriam, ut ne dexteram quidem nutrici sine memoria calamitatis eius offerre possim!» [10] Et cum finis lacrimis querellisque non
160 fieret, iussu amicorum corpus ablatum est. Rex triduum iacuit inclusus. [11] Quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt, universi in tabernaculum inrumpunt diuque precibus ipsorum reluctatum aegre vicerunt, ut cibum caperet. [12] Quoque minus caedis puderet, iure interfectum Clitum Macedones decernunt, sepultura
165 quoque prohibituri, ni rex humari iussisset.

[13] Igitur, x diebus maxime ad confirmandum pudorem apud Maracanda consumptis, cum parte exercitus <H>eph<a>estionem in regionem Bactrianam misit, commeatus in hiemem paraturum. [14] Quam Clito ante destinaverat provinciam, Amyntae dedit; ipse Xenippa pervenit. Scythiae
170 confinis est regio habitaturque pluribus ac frequentibus vicis, quia ubertas terrae non indigenas modo detinet, sed etiam advenas invitat. vii

PBoMbBFLV

151 terrenti alias timentique] **ς**: terrenti alius timentique **P**: terrenti alios timentique **Col SigBoMb**: terrenti alias *(*alia **F***)* alios *(*alias **BL**^{corr}*)* timenti **Σ**   153 lacrimis] lacimis **L** *a. c.*   obortis] obho- **P**   nutrici] nutrice **P** *a. c.*   154 ret<t>uli **B**^{corr} occubuere] occubere **P** *a. c.*   155 me] -e **L**^{corr} *in ras.*   156 conferet] conferret **B** *a. c.*   misera] miser **L** *a. c.*   158 patriam] patram **L** *a. c.*   dexteram ... nutrici] *fort. horum vv. ordo mutandus*   memoria] -e- **L**^{corr} *in ras.*   159 offerre] offerri **PV** *a. c.*   querellisque] querelis- **LV** *a. c.*   163 ipsorum] istorum *fort.* **P** *ante corr.*   164 Clitum] **O**: cly- **ω**   165 prohibituri] proib- **V**   166 confirmandum] firmandum **F** *a. c.*: conformandum *Kinch*: consolandum *Eussner*   pudorem] puderem **B** *a. c.*   167 <H>eph<a>estionem *ed. Lugd.* *(*epherti- **L** *a. c.* **V***)*   168 Bactrianam] bacti- **L** *a. c.*   misit] commisit **PBoMb**   hiemem] **L**^{corr}: gemem **P**: hyemem **Σ**   Clito] **BoMb**: cly- **ω**   ante] **Mb**^{corr}: autem **ω**   169 Amyntae] **B**: amin- *rell.*   Xenippa] xenippe **V** *a. c.*   Scythiae] **V**: scith- *rell.*   170 habitaturque] habitatusque **P**

[15] Bactrianorum exulum, qui ab Alexandro defecerant, receptaculum fuerat; sed, postquam regem adventare conpertum est, pulsi ab incolis II milia fere et D congregantur. [16] Omnes equites erant, etiam in pace latrociniis adsueti: tum ferocia ingenia non bellum modo, sed etiam veniae desperatio efferaverat. Itaque ex inproviso adorti Amyntan, praetorem Alexandri, diu anceps proelium fecerant; [17] ad ultimum DCC suorum amissis, quorum CCC hostis cepit, dedere terga victoribus, haud sane inulti: quippe LXXX Macedonum interfecerunt, praeterque eos CCC et L saucii facti sunt. [18] Veniam tamen etiam post alteram defectionem inpetraverunt. 175 180

VIII [19] His in fidem acceptis, in regionem, quam Nauta<ca> appellant, rex cum toto exercitu venit. Satrapes erat Sisimithres, duobus ex sua matre filiis genitis: quippe apud eos parentibus stupro coire cum liberis fas est. [20] Is armatis popularibus fauces regionis, qua in artissimum cogitur, valido munimento saepsera[n]t. Praeterfluebat torrens amnis, terga petra claudeba[n]t; hanc manu perviam incolae fecerant. [21] Sed aditu specus accipit lucem; interiora nisi inlato lumine ob<scura s>unt. Perpetuus cuniculus iter praebet in campos, ignotum nisi indigenis. [22] At Alexander, quamquam angustias naturali situ munitas [ac] valida[s] manu barbari tuebantur, tamen arietibus admotis munimenta, quae manu adiuncta erant, concussit fundisque et sagittis propugnantium plerosque deiecit; quos ubi dispersos fugavit, ruinas munimentorum super[e]gressus, ad petram admovit exercitum. [23] Ceterum interveniebat fluvius, coeuntibus 185 190

PBoMbBFLV

174 milia] *om.* **Σ** 176 efferaverat] effeverat **P** *a. c.* Amyntan] *Kinch*: amintan **P**: amintam **BF**^{corr}**LV**: amittam **F** 177 DCC] $\overline{\text{DCC}}$ **P** 178 cepit] coepit **P** haud] had **L** *a. c.* 181 Nauta<ca> *Glareanus* appellant] applant **L** *a. c.* 182 venit] ve***nit **L** Sisimithres] *Hedicke*: simithrides **PBFL**: simitrides **V** 183 genitis] gentis **P** *a. c.* est] est** **P** 184 Is] **Bo**: his **Mb**: $\overline{\text{II}}$ **ω** 185 munimento] moni- **P** saepsera[n]t *Modius* terga] *Erasmus*: tergo **ω** 186 claudeba[n]t **OBoMb** 187 obs<cura s>unt *Vindelinus* 188 cuniculus] -n- *et tertium* -u- **L**^{corr} *in ras.* campos, ignotum] **BoMb**: campo signorum **ω** (c. ignaris **L**^{corr}) At] ad **V** 189 [ac] valida[s] *Bruno* 190 admotis] -s **F**^{corr} *in ras.* 192 dispersos] des- **P** super[e]gressus **ς**: egressus *Kinch*: super ruinas munimentorum egressus *Eussner* 193 admovit] amovit **P**: admovi **V**

aquis ex superiore fastigio in vallem, magnique operis videbatur tam
195 vastam voraginem explere. [24] Caedi tamen arbores et saxa congeri iussit, ingensque barbaros pavor, rudes ad talia opera, concusserat, excitatam molem subito cernentes. [25] Itaque rex, ad deditionem metu posse conpelli ratus, Oxarten misit nationis eiusdem, sed dicionis suae, qui suaderet duci, ut traderet petram. [26] Interim ad augendam formidinem et turres
200 admovebantur et excussa tormentis tela emicabant. Itaque verticem petrae, omni alio praesidio damnato, petiverunt. [27] At Oxartes trepidum diffidentemque rebus suis Sisimithren coepit hortari, ut fidem quam vim Macedonum mallet experiri neu moraretur festinationem victoris exercitus in Indiam tendentis: cui quisquis semet offerret, in suum caput
205 alienam cladem esse versurum. [28] Et ipse quidem Sisimithres deditionem <non> abnuebat; ceterum mater eademque coniunx, morituram se ante denuntians, quam in ullius veniret potestatem, barbari animum ad honestiora quam tutiora converterat pudebatque libertatis maius esse apud feminas quam apud viros pretium. [29] Itaque, dimisso internuntio
210 pacis, obsidionem ferre decreverat. Sed, cum hostis vires suasque pensaret, rursus muliebris consilii, quod praeceps magis quam necessarium esse credebat, paenitere eum coepit, [30] revocatoque strenue Oxarte, futurum se in regis potestate respondit, unum id precatus, ne voluntatem et consilium matris suae proderet, quo facilius venia illi quoque inpetraretur.
215 [31] Praemissum igitur Oxarten cum matre liberisque et totius cognationis

PBoMbBFLV

194 fastigio] fascidio **P** 196 ad] at **P** *a. c.* concusserat] concuse- **L** *a. c.* 198 Oxarten] *Modius*: oxartan **PBo**: -am **Mb**: oxortan **BL**: exortan **FV** dicionis] dictionis **F** 200 tela emicabant] **BoMb**: telemicabant **P**: tela micabant **P**^{corr}**Σ** 201 damnato] dampn- **P** Oxartes] hocxartes **P** 202 Sisimithren] sisimithrem **Σ** vim] vim* **F** 204 in suum] invisuum **B** *a. c.* 205 Sisimithres] *Hedicke*: sisimethres **PFL**: sisemethres **BV** 206 <non> abnuebat] *Kinch*: abnuebat **PBoMb**: annuebat **Σ** coniunx] coniux **Σ** morituram] moriturum **B** *a. c.*: mo*rituram **F** 207 veniret] veneret **L** *a. c.* 210 ferre] fere **P** *a. c.* hostis] os- **L** *a. c.* pensaret] p. que pensaret **P** 212 Oxarte] exarten **V**: oxarten **V**^{corr} 213 potestate] potestatem **P** id precatus] *Heinsius*: inprecatus **ω** voluntatem] -n- **L**^{corr} *in ras.* 214 inpetraretur] inpetraret **P**

grege sequebatur, ne expectato quidem fidei pignore, quod Oxartes promiserat. [32] Rex, equite praemisso, qui reverti eos iuberet opperirique praesentiam ipsius, supervenit et, victimis Minervae Victoriae caesis, imperium Sisimithri restituit, spe maioris etiam provinciae facta, si cum fide amicitiam ipsius coluisset. [33] Duos illi iuvenes patre tradente secum 220
X militaturos sequi iussit. Relicta deinde phalange, ad subigendos, qui defecerant, cum equite processit.

[34] Arduum et inpeditum saxis iter primo utcumque tolerabant, mox equorum non ungulis modo attritis, sed corporibus etiam fatigatis, sequi plerique non poterant et rarius subinde agmen fiebat pudorem, ut fere 225 fit, inmodico labore vincente. [35] Rex tamen, subinde equos mutans, sine intermissione fugientes insequebatur. Nobiles iuvenes comitari eum soliti defecerant praeter Philippum: Lysimachi erat frater, tum primum adultus et, quod facile adpareret, indolis rarae. [36] Is pedes (incredibile dictu) per D stadia vectum regem comitatus est, saepe equum suum offerente 230 Lysimacho, nec tamen, ut digrederetur a rege, effici potuit, cum lorica indutus arma gestaret. [37] Idem, cum perventum esset in saltum, in quo se barbari abdiderant, nobilem edidit pugnam regemque comminus cum hoste dimicantem protexit. [38] Sed postquam barbari in fugam effusi deseruere silvas, animus, qui in ardore pugnae corpus sustentaverat, liquit, 235 subitoque ex omnibus membris profuso sudore, arboris proximae stipiti se adplicuit; [39] deinde, ne illo quidem adminiculo sustinente, manibus regis exceptus est; inter quas conlapsus extinguitur. Maestum regem alius haud levis dolor excepit: [40] Erigyius inter claros duces fuerat; quem

PBoMbBFLV

216 sequebatur] sequeb*a*tur **L** *(-a- ex corr.)* 217 opperirique] opperer- **P**: operir- **V** 218 Minervae Victoriae] *Stangl*: minervae avictoriae **P**: minervae ac victoriae **P**^{corr}**Σ** 219 Sisimithri] **L**^{corr}: simythri **P**: sisimethri **Σ** 220 illi] illis **F** *a. c.*: ille *Damsté* 221 militaturos] militauros **F** subigendos] s. <Sogdianos> *Vogel* 225 pudorem] pudore **PBoMb** 227 intermissione] intermissionem **P** 228 Lysimachi] lis- **Σ** 230 D] L **BoMb** 231 Lysimacho] lisym- **B**: lisum- **L**: lysum- **V**: lisim- **L**^{corr} 234 hoste] os- **V** 235 animus] -mis **F** *a. c.* in] i **L** *a. c.* 236 arboris] arbores **P** *a. c.* stipiti] stipati **P** *a. c.* **F** *a. c.* 239 levis] levi*s **L** excepit] excoe- **P** Erigyius] *Bruno*: eriguus **ω**

240 extinctum esse paulo ante, quam reverteretur in castra, cognovit. Utriusque funus omni apparatu atque honore celebratum est.

III Dahas deinde statuerat petere; ibi namque Spitamenen esse cognoverat. Sed hanc quoque expeditionem, ut pleraque alia, fortuna in- XI
245 dulgendo ei numquam fatigata pro absente transegit. Spitamenes uxoris inmodico amore flagrabat; quam aegre fugam et nova subinde exilia tolerantem in omne discrimen comitem trahebat. [2] Illa, malis fatigata, identidem muliebres adhibere blanditias, ut tandem fugam sisteret, victorisque Alexandri clementiam expertus, placaret, quem effugere non
250 posset. [3] Tres adulti <ei> erant liberi ex eo geniti; quos cum pectori patris admovisset, ut saltem eorum misereri vellet, orabat; et, quo efficaciores essent preces, haud procul erat Alexander. [4] Ille se prodi, non moneri, ratus et formae profecto fiducia cupere eam quam primum dedi Alexandro, acinacem strinxit, percussurus uxorem, nisi prohibitus esset
255 fratrum eius occursu. [5] Ceterum abire e conspectu iubet, addito metu mortis, si se oculis eius obtulisset; et ad desiderium levandum noctes agere inter pelices coepit. [6] Sed penitus haerens amor fastidio praesentium accensus est. Itaque rursus uni ei deditus orare non destitit, ut tali consilio abstineret patereturque sortem, quamcumque iis fortuna fecisset: sibi
260 mortem deditione esse leviorem. [7] At illa purgare se, quod, quae utilia esse censebat, muliebriter forsitan, sed fida tamen mente suasisset; de cetero futuram in viri potestate. [8] Spitamenes, simulato captus obsequio, de die convivium apparari iubet vinoque et epulis gravis et semisomnus in cubiculum fertur. [9] Quem ut alto et gravi somno sopitum esse sensit
265 uxor, gladium, quem veste occultaverat, stringit caputque eius abscisum

PBoMbBFLV

243 Dahas] dehas **F** *a. c.* 245 transegit] tranegit **L** *a. c.* 246 aegre fugam] *Iunta*: aegram fuga **ω** 248 muliebres] muliebris **P** *a. c.* 249 placaret] *alterum* -a- **L**corr *in ras.* non posset] *om.* **F** *a. c.* 250 <ei> *add. Lucarini* eo] *extra lin. in* **B** 254 acinacem] **B**: acinacim *rell.* strinxit] sctrincxit **P** percussurus] percursu- **V** prohibitus] proib- **V** 255 conspectu] e conspectu **BLV** *(in* **B** e *extra lin.)* iubet ... eius] *om.* **F** *a. c.* 256 oculis] oculos **V** *a. c.* desiderium] desideum **F** *a. c.*: desiderum **L** *a. c.* 258 Itaque ... destitit] *om.* **F** *a. c.* 263 die] di **F** *a. c.* vinoque] vino quoque **Σ**

XII cruore respersa servo suo conscio facinoris tradit. [10] Eodem comitante, sicuti erat cruenta veste, in Macedonum castra pervenit nuntiarique Alexandro iubet, esse quae ex ipsa deberet agnoscere. [11] Ille protinus barbaram iussit admitti. Quam ut respersam cruore conspexit, ratus ad deplorandam contumeliam venisse, dicere quae vellet iubet. [12] At illa 270 servum, quem in vestibulo stare iusserat, introduci desideravit. Qui, quia caput Spitamenis veste tectum habebat, suspectus scrutantibus, quid occuleret, ostendit. [13] Confuderat oris exanguis notas pallor, nec, quis esset, nosci satis poterat. Ergo rex, certior factus humanum caput adferre eum, tabernaculo excessit percontatusque, quid rei sit, illo profitente 275 cognoscit. [14] Variae hinc cogitationes invicem animum diversa agitantem commoverant. Meritum ingens in semet esse credebat, quod transfuga et proditor, tantis rebus, si vixisset, iniecturus moram, interfectus esset. Contra facinus ingens aversabatur, cum optime meritum de ipsa, communium parentem liberum, per insidias interemisset. [15] Vicit tandem 280 gratiam meriti sceleris atrocitas denuntiarique iussit, ut excederet castris neu licentiae barbarae exemplar in Graecorum mores et mitia ingenia transferret. XIII [16] Dahae, Spitamenis caede conperta, Dataphernen, defectionis eius participem, vinctum Alexandro seque dedunt. Ille, maxima praesentium curarum parte liberatus, convertit animum ad 285 vindicandas iniurias eorum, quibus a praetoribus suis avare ac superbe imperabatur. [17] Ergo Phratapherni Hyrcaniam e<t M>ardos cum Tapuris

PBoMbBFLV

266 cruore] cuore **B** *a. c.* **L** *a. c.* tradit] tradidit **V** 269 respersam] resparsam **L** *a. c* cruore] cruere **P** *a. c.* 270 venisse] venisset **P** 272 Spitamenis] spitaminis **P** suspectus] suspectis **PBoMb** scrutantibus] scrutantis **L** *a. c.* 273 occuleret] ocul- **V** *a. c.* notas] *notas **V** 274 nosci] noscit **P** *a. c.*: nosci* **L** 276 diversa] diversam **P** 278 iniecturus] *Iunta*: invecturus **ω** esset] esse **B** *a. c., ut vid.* 279 aversabatur] adver- **V** 280 tandem] *edd. vett.*: tamen **ω** 281 meriti] meritis **P** *a. c.* **F** denuntiarique] *alterum* -n- **L**^{corr} *in ras.* 282 neu] ne *Hedicke, fort. recte* 283 Dahae] daae **V** *a. c.* Spitamenis] **O**: spitaminis **PBF**^{corr}**LV**: spiminis **F** Dataphernen] datape- **V** 284 vinctum] victum **L** *a. c.* 285 maxima] maximam **V** 287 Hyrcaniam] **Bo**: hir- **ω** e<t M>ardos *Modius* Tapuris] *Aldus*: taphiros **P**: taphiris **P**^{corr}**BF**^{corr}**LV**: thaphiris **F**

tradidit mandavitque, ut Phradaten, cui succedebat, ad se in custodiam mitteret. Arsami, Drangarum praefecto, substitutus est Stasanor, Arsaces
290 in Mediam missus, ut Oxydates inde discederet. Babylonia, demortuo Mazaeo, Stameni subiecta est.

IV His conpositis, tertio mense ex hibernis movit exercitum, regionem, quae Gazaba appellatur, aditurus. [2] Primus dies quietum iter praebuit; XIV
295 proximus ei nondum quidem procellosus et tristis, obscurior tamen pristino non sine minis crescentis mali praeteriit. [3] Tertio ab omni parte caeli emicare fulgura et, nunc internitente luce nunc condita, non oculos modo meantis exercitus, sed etiam animos terrere coeperunt. [4] Erat prope continuus caeli fragor et passim cadentium fulminum species visebatur,
300 attonitisque auribus stupens agmen nec progredi nec consistere audebat, [5] cum repente imber grandinem incutiens torrentis modo effunditur. Ac primo quidem armis suis tecti exceperant, sed iam nec retinere arma lubrica [et] rigentes manus poterant nec ipsi destinare, in quam regionem obverterent corpora, cum undique tempestatis violentia maior, quam
305 vitabatur, occurreret. [6] Ergo, ordinibus solutis, per totum saltum errabundum agmen ferebatur multique prius metu quam labore defetigati prostraverant humi corpora, quamquam imbrem vis frigoris concreto

PBoMbBFLV

288 ad] a **P** *a. c.* 289 Drangarum] *Freinsheimius*: dramearum **ω** *(*d*ra- **L***)* praefecto] **B**corr: perfecto **ω** substitutus] substitus **P** Stasanor] *Aldus*: tamsanor **PFLV**: tamsonor **B** 290 Oxydates] *Freinsheimius*: oxid- **ω** discederet] desederet **P**: decederet **BoMb** Babylonia] babil- **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 291 Stameni] *Zumpt*: ditameni **PFLV**: deditameni **B** 293 hibernis] ib- **P** 294 Gazaba] Gazaca *Hedicke* 295 obscurior] obscu*rior **L** 296 minis] *om.* **Σ** *(*damno *add.* **B**corr*)* praeteriit] p*r- **L**c omni] omini **B** *a. c.* 297 fulgura] fulgora **P** luce] *om.* **PBoMb** oculos] oculis **PBo** 298 meantis] meantibus **P** 299 cadentium] adeuntium **Σ** *(*-ti*um **L***)* fulminum] **B**corr: fluminum **ω** 300 attonitisque] attonisque **V** nec[2]] n*ec **L** consistere] *Acidalius*: considere **ω** 301 cum] *Hedicke*: tum **Σ**: *om.* **PBoMb** torrentis] torrentes **V** *a. c.* effunditur] ** eff- **L** 302 retinere] retine **P** *a. c.* 303 lubrica [et] *Modius*: lubrice (-ae **Σ**) et **ω** ipsi] ipso **B** *a. c.* 306 defetigati] defit- **P**: defat- **L**corr 307 humi] -mi **L**corr *in ras.* quamquam] quaquam **B**: quanquam **B**corr

gelu adstrinxerat. [7] Alii se stipitibus arborum admoverant: id plurimis et adminiculum et suffugium erat. [8] Nec fallebat ipsos morti locum eligere, cum inmobilis vitalis calor linqueret; sed grata erat pigritia corporum 310 fatigatis, nec recusabant extingui quiescendo. Quippe non vehemens modo, sed etiam pertinax vis mali insistebat, lucemque, naturale solacium, praeter tempestatem haud disparem nocti silvarum quoque umbra suppresserat. [9] Rex unus tanti mali patiens circumire milites, contrahere dispersos, adlevare prostratos, ostendere procul evolutum ex tuguriis 315 fumum hortarique, ut proxima quaeque suffugia occuparent. [10] Nec ulla res magis saluti fuit, quam quod multiplicato labore sufficientem malis, XV <quis> ipsi cesserant, regem deserere erubescebant. [11] Ceterum efficacior in adversis necessitas quam ratio frigoris remedium invenit: dolabris enim silvas sternere adgressi, passim acervos struesque accenderunt. [12] Con- 320 tinenti incendio ardere crederes saltum et vix inter flammas agminibus relictum locum. Hic calor stupentia membra commovit, paulatimque spiritus, quem continuerat rigor, meare libere coepit. [13] Excepere alios tecta barbarorum, quae in ultimo saltu abdita necessitas investigaverat, alios castra, quae in humido quidem, sed iam caeli mitescente saevitia, 325 locaverunt. Duo milia militum atque lixarum calonumque pestis illa consumpsit. [14] Memoriae proditum est quosdam adplicatos arborum truncis et non solum viventibus, sed etiam inter se conloquentibus similis esse conspectos, durante adhuc habitu, in quo mors quemque deprenderat. [15] Forte Macedo gregarius miles, <vix> seque et arma sustentans, ta-men 330 in castra pervenerat; quo viso rex, quamquam ipse tum maxime admoto

PBoMbBF(*de quo vide praef.*)**LV**

309 eligere] erigere **V**: eligere <se> *Hedicke* 310 inmobilis] -es **L**^corr *in ras.* grata] gratia **P** *a. c.* 313 haud] h- **L**^corr *in ras.* 318 <quis> *add. Hedicke* cesserant] cessarant **F** *a. c.*: cesseant **V** *a. c.* 319 dolabris] dal- **P** *a. c.* 320 struesque] strenuesque **P** 323 quem] quemn **B** *a. c.* 324 abdita] addita **F** 325 humido] um- **Σ** sed iam] **L**^corr: et iam **PBoMb**: sed etiam **BF**: setiam **L**: si iam **V** mitescente] **L**^corr: mitisc- **ω**. 326 Duo milia] *Zumpt*: XX **ω** *(non extat* **F***)* : *fort. fuit* MM 328 conloquentibus] collocantibus **V** similis] similes **BFL**^corr 329 durante] durant* **L** deprenderat] deprehend- **Σ** 330 <vix> *add. Merula*: <male> *Probasel*: <aegre> *Mützell* arma] arma <male> *Hedicke*: arma <vix> *Cornelissen*

igne refovebat artus, ex sella sua exiluit torpentemque militem et vix compotem mentis, demptis armis, in sua sede iussit considere. [16] Ille diu nec, ubi requiesceret, nec, a quo esset exceptus, agnovit. Tandem recepto
335 calore vitali, ut regiam sedem regemque vidit, territus surgit. [17] Quem intuens Alexander: «Ecquid intellegis, miles,» inquit «quanto meliore sorte quam Persae sub rege vivatis? Illis enim in sella regis consedisse capital foret, tibi saluti fuit.» [18] Postero die, convocatis amicis copiarumque ducibus, pronuntiari iussit ipsum omnia, quae amissa essent, redditu-
340 rum. Et promisso fides extitit. [19] Nam Sisimithres multa iumenta et camelorum II milia adduxit pecoraque et armenta; quae distributa pariter militem et damno et fame liberaverunt. [20] Rex, gratiam sibi relatam a Sisimithre praefatus, sex dierum cocta cibaria ferre milites iussit, Sacas petens. Totam hanc regionem depopulatus, XXX milia pecorum ex praeda
345 Sisimithri dono dat.

[21] Inde pervenit in regionem, cui Oxyartes, satrapes nobilis, praeerat, XVI qui se regis potestati fideique permisit. Ille, imperio ei reddito, haud amplius quam ut duo ex tribus filiis secum militarent exegit. [22] Satrapes etiam eo, qui penes ipsum relinquebatur, tradito, barbara opulentia
350 convivium, quo regem accipiebat, instruxerat. [23] Id cum multa comitate celebraret, introduci XXX nobiles virgines iussit. Inter quas erat filia ipsius, Roxane nomine, eximia corporis specie et decore habitus in barbaris raro. [24] Quae quamquam inter electas processerat, omnium tamen oculos con-

PBoMbBFLV

332 exiluit] **V**: exilivit *rell.* 336 Ecquid] haecquid **F** *a. c.*: eoquid **V** 338 copiarumque] copiarum **P** 340 promisso] promissi **L** 341 distributa] distib- **L** *a. c.* 342 liberaverunt] liberaverant **P** *a. c.* relatam] relictam **P** a] ha **V** 343 Sisimithre] **M**[corr]: sisimethre **ω** praefatus] perlaetus *Hedicke* cocta] coacta **PBoMb**: cacta **B**[corr]**F**[corr]: co*cta **L** cibaria] *primum* -a- **L**[corr] *in ras.* Sacas] *Bruno*: sagas **P**: sagos **Σ** *(*-o- **L**[corr] *in ras.)* 344 petens] **ς**: petentem **ω**: petentes **BoMb** XXX milia] XXX D **L** 345 Sisimithri] *Hedicke*: sisimethri **ω** *(ceterum* Sis. ... dono dat *in ras. habet* **P***)* 346 Oxyartes] *Aldus*: cohortandus **ω**: Chorienes *Schachermayr* 347 potestati] -te **B** *a. c.* 349 eo] eum **Σ** qui penes] qui*penes **P**: quippenes **F** *a. c.* tradito] *Modius*: tradi **PColBoMb**: tradit **Σ** 351 celebraret] celebraret<ur> *Vogel, fort. recte*: celebrare<n>t *Stangl* 352 Roxane] roaxene **Σ** *(*-a- *del.* **L**[corr]*)*

vertit in se, maxime regis minus iam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunae, contra quam non satis cauta mortalitas est. 25 Itaque ille, qui uxorem Darei, qui duas filias virgines, quibus forma praeter Roxanen conparari nulla potuerat, haud alio animo quam parentis aspexerat, tunc in amorem virgunculae, si regiae stirpi conpararetur, ignobilis, ita effusus est, ut diceret ad stabiliendum regnum pertinere Persas et Macedones conubio iungi: hoc uno modo et pudorem victis et superbiam victoribus detrahi posse. 26 Achillem quoque, a quo genus ipse deduceret, cum captiva coisse. Ne inferri nefas arbitrentur, †ita† matrimonii iure velle iungi. 27 Insperato gaudio laetus pater sermonem eius excipit, et rex in medio cupiditatis ardore iussit adferri patrio more panem: hoc erat apud Macedonas sanctissimum coeuntium pignus, quem divisum gladio uterque libabat: 28 credo eos, qui gentis mores condiderunt, parco et parabili victu ostendere voluisse iungentibus opes, quantulo contenti esse deberent. 29 Hoc modo rex Asiae et Europae introductam inter convivales ludos matrimonio sibi adiunxit, ex captiva geniturus, qui victoribus imperaret. 30 Pudebat amicos super vinum et epulas socerum ex deditis esse delectum, sed, post Cliti caedem libertate sublata, vultu, qui maxime servit, adsentiebantur. 355 360 365 370

XVII **V** Ceterum Indiam et inde Oceanum petiturus, ne quid a tergo, quod destinata inpedire posset, moveretur, ex omnibus provinciis XXX milia iuniorum legi iussit et ad se armata perduci, obsides simul habiturus et 375

PBoMbBF(*de quo vide praef.*)**LV**

355 contra] cont*a **L** 357 potuerat] poterat **B** 358 amorem] amore **Σ** conpararetur] conparetur **Σ** 359 pertinere] pernere **P** *a. c.* 360 et M.] ex m. **P** *a. c.* pudorem] podore **P**: pudore **P**corr 362 †ita† illam *Hug*: rite *Acidalius*: iusti *Lucarini*: victi *Hedicke* 363 laetus] elatus *Jeep* 365 hoc ... pignus] *h. v. inter cancellos ponunt edd., sequentibus iungit Lucarini* Macedonas] macedones **Σ**: Sogdianos *Birt, coll. F. von Schwarz, "Alexanders des Grossen Feldzuege in Turkestan", Stuttgardiae 1906², 82* 366 credo] credi **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* eos] os **L** *a. c.* 368 contenti] contentio **L** Europae] eropae **P** *a. c.* 369 introductam] intraductam **P** adiunxit] -nx- **P**corr *in ras.*: adiuncxit **V** ex] *Kinch*: et **P**: e **Σ** 371 Cliti] **V**: cly- **ω** 375 milia] *om.* **B**

milites. [2] Craterum autem ad persequendos Haustanen et Catanen, qui ab ipso defecerant, misit; quorum Haustanes captus est, Catanes in proelio occisus. Polypercon quoque regionem, quae Bubacene[n] appellatur, in
380 dicionem redegit. Itaque, omnibus conpositis, cogitationes in bellum Indicum vertit. [3] Dives regio habebatur non auro modo, sed gemmis quoque margaritisque, ad luxum magis quam ad magnificentiam exculta. [4] Periti militares auro et ebore fulgere dicebant. Itaque, necubi vinceretur, cum ceteris praestaret, scutis argenteas laminas, equis frenos aureos
385 addidit, loricas quoque alias auro, alias argento adornavit. CXX milia armatorum erant, quae regem ad id bellum sequebantur.

[5] Iamque omnibus praeparatis <ratus>, quod olim prava mente conceperat, tunc esse maturum, quonam modo caelestes honores usurparet, coepit agitare. Iovis filium non dici tantum se, sed etiam credi
390 volebat, tamquam perinde animis imperare posset ac linguis, [6] iussitque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes saepius adsentatio quam hostis evertit. [7] Nec Macedonum haec erat culpa (nemo enim illorum quicquam
395 ex patrio more labare sustinuit), sed Graecorum, qui professionem honestarum artium malis conruperant moribus. [8] Agis quidam Argivus, pessimorum carminum post Choerilum conditor, et ex Sicilia Cleo (hic quidem non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator) et cetera

PBoMbBF(*de quo vide praef.*)**LV**

377 autem] *om.* **Σ** Catanen] *Kinch*: catenen **ω** 378 Catanes] catenes **Σ** 379 Polypercon] **ς**: polip- **ω** Bubacene[n] **ς** 381 Indicum] -cium **P** *a. c.* **Mb** 382 ad l.] ab l. **P** *a. c.* 383 militares] militum res *Hedicke* ebore] **MColSig**: ebure **ω** 384 laminas] lamnas **P** 385 alias ar.] alios ar. **P** milia] *om.* **P** 387 <ratus> *add. Freinsheimius (post* maturum *iam Acidalius)* 388 esse] est **V** 390 iussitque] *Bentleius*: itaque **ω** 391 venerabundos] vin- **L** *a. c.*: veneraban- **V** *a. c.* 392 concupiscenti] -te **F** *a. c.* 393 adsentatio] -o **L**corr *in ras.* 395 labare] libere **PColSigBoMb**: laxare *Cornelissen*: linquere *Novák* Graecorum] grego- **F** *a. c.* 396 conruperant] corup- **P** Agis] *Aldus*: hages **Σ** quidam] -dem **P** Argivus] argius **L** *a. c.* 397 pessimorum] *Laetus*: piissimorum **ω**: putidissimorum *Walter* Choerilum] **V**: choerillum **P**: coherilum **F**: choherilum **L** *(*cho- **L**corr *in ras.)* 398 nationis] -nes **L** *a. c.* vitio]

urbium suarum purgamenta, quae propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus a rege <prae>ferebantur, hi tum caelum illi aperiebant 400 Herculemque et Patrem Liberum et cum Polluce Castorem novo numini cessuros esse iactabant. XVIII [9] Igitur festo die omni opulentia convivium exornari iubet, cui non Macedones modo et Graeci principes amicorum, sed etiam <Persarum> nobiles adhiberentur. Cum quibus cum discubuisset rex, paulisper epulatus, convivio egreditur. [10] Cleo, sicut 405 praeparatum erat, sermonem cum admiratione laudum eius instituit; merita deinde percensuit, quibus uno modo referri gratiam posse, si, quem intellegerent deum esse, confiterentur, exigua turis inpensa tanta beneficia pensaturi. [11] Persas quidem non pie solum, sed etiam prudenter reges suos inter deos colere: maiestatem enim imperii salutis esse tutelam. 410 Ne Herculem quidem et Patrem Liberum prius dicatos deos, quam vicissent secum viventium invidiam: tantum de quoque posteros credere, quantum praesens aetas spopondisset. [12] Quodsi ceteri dubitent, semetipsum, cum rex inisset convivium, prostraturum humi corpus. Debere idem facere ceteros et in primis sapientia praeditos: ab illis enim 415 cultus in regem exemplum esse prodendum. [13] Haud perplexe in Callisthenen dirigebatur oratio. Gravitas viri et prompta libertas invisa erat regi, quasi solus Macedonas paratos ad tale obsequium moraretur. XIX [14] Is tum silentio facto, unum illum intuentibus ceteris: «Si rex» inquit

PBoMbBFLV

FL[corr] *in ras.*: vitium *rell.*

399 quae] *del. Vogel* 400 <prae>ferebantur **L**[corr] aperiebant] aperiebat **L** *a. c.* 401 novo] -o **L**[corr] *in ras.* numini] nom- **L** *a. c.* 402 convivium] conuuium **FL** *a. c.* **V** 404 <Persarum> *add. Castiglioni*: <hostium> *Hedicke*: <indigenae> *Walter*: <barbari> *Bongarsius, Freinsheimius* adhiberentur] adi- **V** quibus cum] *om.* **L** *a. c.* 405 Cleo] *ita* **L**[corr] *in ras.* 406 sermonem] sermone **P**: sermonum **L** 408 quem] qu*em **L** intellegerent] intellig- **FV** 410 deos] deo **L** *a. c.* colere] -o- **L**[corr] *in ras.* maiestatem] -i- **L**[corr] *in ras.* imperii] imperii, <communis> *Castiglioni* 412 tantum de] tantundem **Σ** posteros] pote- **L** *a. c.* 414 semetipsum] semedi- **F** inisset] iniset **L** *a. c.* prostraturum] pos- **L** 415 ab illis] adilis **L** *a. c.* 416 Haud] hau **L** *a. c.* Callisthenen] calles- **P**: calli*sthenn **L** *a. c.* 419 silentio] silentium **P** intuentibus] interventibus **V**

420 «sermoni tuo adfuisset, nullius profecto vox responsuri tibi desideraretur: ipse enim peteret, ne in peregrinos ritus externosque degenerare se cogeres, neu rebus felicissime gestis invidiam tali adulatione contraheres. [15] Sed quoniam abest, ego tibi pro illo respondeo nullum esse eundem et diuturnum et praecoquem fructum, caelestesque honores non dare te
425 regi, sed auferre. Intervallo enim opus est, ut credatur deus, semperque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt. [16] Ego autem seram inmortalitatem precor regi, ut et vita diuturna sit et aeterna maiestas. Hominem consequitur aliquando, numquam comitatur divinitas. [17] Herculem modo et Patrem Liberum consecratae inmortalitatis exempla
430 referebas. Credisne illos unius convivii decreto deos factos? Prius ab oculis mortalium amolita natura est, quam in caelum fama perveheret. [18] Scilicet ego et tu, Cleo, deos facimus: a nobis divinitatis suae auctoritatem accepturus est rex! Potentiam tuam experiri libet: fac aliquem regem, si deum potes facere! Facilius est caelum dare quam imperium? [19] Di propitii
435 sine invidia, quae Cleo dixit, audierint eodemque cursu, quo fluxere adhuc res, ire patiantur. Nostris moribus velint nos esse contentos. Non pudet patriae, nec desidero, ad quem modum rex mihi colendus sit, discere <a victis>. [20] Quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, quis vivamus, accipimus.» Aequis auribus Callisthenes, veluti vindex publicae xx
440 libertatis, audiebatur. Expresserat non adsensionem modo, sed etiam vocem, seniorum praecipue, quibus gravis erat inveterati moris externa mutatio. [21] Nec quicquam eorum, quae invicem iactata erant, rex

PBoMbBF(*de quo vide praef.*)**LV**

420 nullius] nullius <alterius> *Kinch* 421 ritus externosque] ritus **B**: externosque ritus **FLV** 423 nullum] nullu **V** 424 te] **BoMb**: se **ω** *(deest* **F***)* 425 auferre] offerre **P** semperque] sem*p- **V** 427 ut et] *Modius*: et ut **ω** 428 divinitas] divinutas **L** 430 referebas] refrebas **P** *a. c.*: refereba*s **L** Credisne] credesne **PBoMb** factos] factus **P** *a. c.*: facto **L** *a. c.* 431 natura] n*a- **L** 433 aliquem] ali quidem **P** *a. c.* 434 Di] dii **PV** 435 invidia] mvidia **P** *a. c.* Cleo] *ita* **L**[corr] *in ras.* fluxere] flix- **P** *a. c.* 436 Non] nam **V** 437 colendus] -o- **L**[corr] *in ras.* <a victis> *add. Hedicke (ante* discere *iam Freinsheimius)* 438 quis] quas **V** 439 Callisthenes] calles- **P**: callistenes **FLV** 440 adsensionem] ascen- **V** *a. c.*

ignorabat, cum post aulaea, quae lectis obduxerat, staret. Igitur ad Agin
et Cleonem misit, ut, sermone finito, barbaros tantum, cum intrasset,
procumbere suo more paterentur; et paulo post, quasi potiora quaedam 445
egisset, convivium repetit. 22 Quem venerantibus Persis, Polypercon, qui
cubabat super regem, unum ex iis mento contingentem humum per
ludibrium coepit hortari, ut vehementius id quateret ad terram, elicuitque
iram Alexandri, quam olim animo capere non poterat. 23 Itaque rex:
«Tu autem» inquit «non veneraberis me? An tibi uni digni videmur esse 450
ludibrio?» Ille nec regem ludibrio nec se contemptu dignum esse
respondit. 24 Tum detractum eum lecto rex praecipitat in terram et, cum
is pronus corruisset: «Videsne» inquit «idem te fecisse, quod in alio paulo
ante ridebas?» Et tradi eo in custodiam iusso convivium solvit. 454

VI Polyperconti quidem postea, castigato diu, ignovit; in Callisthenen, 456
olim contumacia suspectum, pervicacioris irae fuit. Cuius explendae
XXI matura obvenit occasio. 2 Mos erat, ut supra dictum est, principibus
Macedonum adultos liberos regibus tradere ad munia haud multum
servilibus ministeriis abhorrentia. 3 Excubabant servatis noctium vicibus 460
proximi foribus eius aedis, in qua rex adquiescebat. Per hos pelices
introducebantur alio aditu, quam quem armati obsidebant. 4 Idem ac-
ceptos ab agasonibus equos, cum rex ascensurus esset, admovebant
comitabanturque et venantem et in proeliis, omnibus artibus studiorum
liberalium exculti. 5 Praecipuus honor habebatur, quod licebat sedentibus 465

PBoMbBFLV

443 ignorabat] inor- **V** *a. c.* aulaea] alea **B** *a. c.* lectis] lectos **B**^{corr} Agin] **ς**: hagen **ω** 444 sermone] -ne **P**^{corr} *in ras.* 446 Polypercon] **Mb**: polip- **ω** 447 iis] his **Σ** humum] um- **V** 448 id] *om.* **L** *a. c.* 450 veneraberis] venerabaris **P**: veraberis **B** *a. c.* An] a **L** *a. c.* 452 in terram] *om.* **L** *a. c.* 453 is] iis **P** te] *om.* **P** 454 eo] **P**^{corr}: eum **ω** *(** eum **L***)* convivium] conuuium **F** 456 Polyperconti] polip- **PF** castigato] custodito *Kinch* diu] prius *Acidalius* 458 principibus] princibus **P** 459 adultos] -u- **L**^{corr} *in ras.* regibus] regis *fort.* **P** *ante corr.* 460 abhorrentia] **B**^{corr}**L**^{corr}: adhorentia **P**: adhorrentia **Σ** 461 pelices] pe*l- **L** 462 introducebantur] introducebatur **B** *a. c.* quam quem] qua quem **P**: quamquam **BoMb** 465 sedentibus] sede*n- **F**

vesci cum rege. Castigandi eos verberibus nulli[us] potestas praeter ipsum erat. [6] Haec cohors velut seminarium ducum praefectorumque apud Macedonas fuit: hinc habuere posteri reges, quorum stirpi post multas aetates Romani opes ademerunt. [7] Igitur Hermolaus, puer nobilis ex regia
470 cohorte, cum aprum telo occupasset, quem rex ferire destinaverat, iussu eius verberibus adfectus est. Quam ignominiam aegre ferens, deflere apud Sostratum coepit. [8] Ex eadem cohorte erat Sostratus, amore eius ardens; qui cum laceratum corpus, in quo deperibat, intueretur, forsitan olim ob aliam quoque causam regi infestus, iuvenem sua sponte iam
475 motum data fide acceptaque perpulit, ut occidendi regem consilium secum iniret. [9] Nec puerili impetu rem executi sunt: quippe sol<l>erter legerunt, quos in societatem sceleris adsciscerent. Nicostratum, Anti[ci]patrum Asclepiodorumque et Philotan placuit adsumi; per hos adiecti sunt Anticles, †Elapthonius† et Epimenes. [10] Ceterum agendae rei haud
480 sane facilis patebat via: opus erat eadem omnis coniuratos nocte excubare, ne ab expertibus consilii inpedirentur; forte autem alius alia nocte excubabat. [11] Itaque in permutandis stationum vicibus ceteroque apparatu exequendae rei xxx et duo dies absumpti sunt. [12] Aderat nox, qua coniurati (XXII) excubare debebant, mutua fide laeti, cuius documentum tot dies fuerant.
485 Neminem metus spesve mutaverat: tanta omnibus vel in regem ira vel fides inter ipsos fuit. [13] Stabant igitur ad fores aedis eius, in qua rex vescebatur, ut convivio egressum in cubiculum deducerent. [14] Sed fortuna

PBoMbBFLV

466 nulli[us] *Schefferus*: nulli ius *Heinsius (deleto* potestas*)* 467 seminarium] **P**^{corr}**B**^{corr}: feminarum **P**: seminarum **Σ** 468 stirpi post] stirpibus **Σ** *(*st. per **L**^{corr}*)* 469 Romani] romanae **B**^{corr} regia] -a **L**^{corr} *in ras.* 470 cohorte] quohorte **P** aprum] prum **P** 472 cohorte] -e **L**^{corr} *in ras.* 476 sol<l>erter **B**^{corr} legerunt] eleg- **L** 477 adsciscerent] **B**^{corr}: adscisse- **ω** Anti[ci]patrum **B**^{corr}**L**^{corr} 478 Philotan] phyl- **F** placuit] placui **L** *a. c.* 479 †Elapthonius† **P**: elaptonius **Σ**: et Aphthonius *Hedicke* Epimenes] **BoMb**: ephimanes **ω** haud] haut **P** *a. c.*: hau **L** *a. c.* 480 eadem] edem **P** *a. c.* 481 expertibus] experitis **P** : experitibus **P**^{corr} 482 in permutandis] intermutandis **Σ** 484 mutua] *Iunta*: multa **ω** 485 spesve] *scil. indicinae obtinendae cf. 4.6.6* 486 aedis] **B**^{corr}: sedis **ω** 487 ut] et **V** cubiculum] cubilulum **P** *a. c.*

ipsius simulque epulantium comitas provexit omnes ad largius vinum;
ludi etiam convivales extraxere tempus, nunc laetantibus coniuratis, quod
sopitum adgressuri essent, nunc sollicitis, ne in lucem convivium ex- 490
traheret: [15] quippe alios in stationem oportebat prima luce succedere,
ipsorum post septimum diem reditura vice, nec sperare poterant in illud
tempus omnibus duraturam fidem. [16] Ceterum, cum iam lux adpeteret,
et convivium solvitur et coniurati exceperunt regem, laeti occasionem
exequendi sceleris admotam, cum mulier attonitae, ut creditum est, men- 495
tis, conversari in regia solita, quia instinctu videbatur futura praedicere,
non occurrit modo abeunti, sed etiam semet obiecit vultuque et oculis
motum praeferens animi, ut rediret in convivium monuit. [17] Et ille per
ludum bene deos suadere respondit revocatisque amicis, in horam diei
ferme secundam convivii tempus extraxit. [18] Iam alii ex cohorte in statio- 500
nem successerant ante cubiculi fores excubituri, adhuc tamen coniurati
stabant, vice officii sui expleta: adeo pertinax spes est, quam humanae
mentes devoraverunt. [19] Rex, benignius quam alias adlocutus, discedere
eos ad curanda corpora, quoniam tota nocte perstitissent, iubet. Data
singulis L sestertia conlaudati[s]que, quod etiam aliis tradita vice tamen 505
XXIII excubare perseverassent. [20] Illi, tanta spe destituti, domos abeunt. Et ce-
teri quidem expectabant stationis suae noctem; Epimenes, sive comitate
regis, qua ipsum inter coniuratos exceperat, repente mutatus, sive quia
coeptis deos obstare credebat, fratri suo Eurylocho, quem antea exper-
tem esse consilii voluerat, quid pararetur, aperit. [21] Omnibus Philotae 510

PBoMbBFLV

489 ludi] lu **B** *a. c.* 490 sollicitis] soli- **P** 492 septimum] **M**^{corr}: VII **ω** 493 duraturam] duram **B** *a. c.* 494 coniurati] *post h. v. aliqua er. in* **L** 496 conversari] conversare **V** *a. c.* instinctu] instinctu <divino> *Schefferus* praedicere] praedicare **B** *a. c.* 497 etiam] etim **L** *a. c.* oculis] occu- **L** 498 monuit] movit **P** 499 horam] or- **P** 501 successerant] successerat **V** cubiculi] **L**^{corr}**V**: cubili *rell.* 502 humanae] um- **L** *a. c.* 503 mentes] **L**^{corr} *in ras.*: mentis **ω** devoraverunt] diu foverunt *Bergenus* Rex] rex ** **V** benignius] benignus **F** *a. c.* adlocutus] adlocututus **L** 504 quoniam] quam **P**: quom **Bo**: cum **Mb** 505 conlaudati[s]que *Bruno* 507 comitate] comitare **V** 508 exceperat] excepera **B** *a. c., ut vid.* 509 coeptis] **B**^{corr}: coepit **P**: ceptis **Σ** Eurylocho] *ed. Lugd.*: eurilocho **PBF**^{corr}**LV**: euriloco **F** 510 Phi-

supplicium in oculis erat. Itaque protinus inicit fratri manum et in regiam pervenit, excitatisque custodibus corporis, ad salutem regis pertinere, quae adferret, adfirmat. [22] Et tempus, quo venerant, et vultus, haud sane securi animi index, et maestitia e duobus alterius Pt[h]olom<a>eum ac
515 Leonnatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt: itaque, apertis foribus et lumine inlato, sopitum mero ac somno excitant regem. Ille, paulatim mente collecta, quid adfer<r>ent, interrogat. [23] Nec cunctatus Eurylochus, non ex toto domum suam aversari deos dixit, quia frater ipsius, quamquam impium facinus ausus foret, tamen et paenitentiam
520 eius ageret et per se potissimum profiteretur indicium: in eam ipsam noctem, quae decederet, insidias conparatas fuisse; auctores scelesti consilii esse, quos minime crederet rex. [24] Tum Epimenes cuncta ordine consciorumque nomina exponit. Callisthenen non ut participem facinoris nominatum esse constabat, sed solitum puerorum sermonibus vi-
525 tuperantium criminantiumque regem faciles aures praebere. [25] Quidam adiciunt, cum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenen meminisse debere eos iam viros esse; idque ad consolandam patientiam verberum an ad incitandum iuvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse. [26] Rex, animi corporisque sopore
530 discusso, cum tanti periculi, quo evaserat, imago oculis oberraret, Eurylochum L talentis et cuiusdam Tiridatis opulentis bonis protinus

PBoMbBFLV

lotae] phyl- **FV**

511 supplicium] subpl- **P** 512 excitatisque] exit- **L** *a. c.* 513 vultus] vultu **L** *a. c.* 514 Pt[h]olom<a>eum *Hedicke (*pithol- **P**^{corr}: phol- **L**^{corr}*)* 515 excitaverunt] *haesit Acidalius*: perculerat *exspectabat Vogel* 517 adfer<r>ent **L**^{corr} Nec] ne **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 518 Eurylochus] *ed. Lugd.*: euril- **ω** 521 decederet] detegeret **PColBoMb**: dederet **V** *a. c.* auctores] *Laetus*: acturos **PBFL**: actores **L**^{corr}: aucturos **V** 522 quos] -s **L**^{corr} *in ras.* Epimenes] epiemenes **P** *a. c.* 523 Callisthenen] calliste- **FLV** 527 quereretur] *post* se **V** *a. c.* Callisthenen] callesthe- **P**: calliste- **V** meminisse] nemi- **V** 528 consolandam] consulendam **P** patientiam] <im>patientiam *Cornelissen* incitancitandum] incitandam **P**: incitantium **BoMb** 529 esset] esse **B** 530 evaserat] **L**^{corr} *in ras.*: evaserit **ω** 531 Eurylochum] *ed. Lugd.*: eurilocum **P**: eurilochum **Σ** Tiridatis] *Vogel*: tyr- **ω**

donat fratremque, antequam pro salute eius precaretur, restituit. [27] Sceleris autem auctores, interque eos Callisthenen, vinctos adservari iubet. Quibus in regiam adductis, toto die et nocte proxima mero ac vigiliis gravis
XXIV adquievit. [28] Postero autem frequens consilium adhibuit, cui patres 535
propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant, ne de sua quidem salute securi: quippe Macedonum more perire debebant, omnium devotis capitibus, qui sanguine contigissent <r>eos. [29] Rex introduci coniuratos praeter Callisthenen iussit, atque, quae agitaverant, sine cunctatione confessi sunt. [30] Increpantibus deinde universis eos, ipse rex, quo suo 540
merito tantum in semet cogitassent facinus, interrogat.

VII Stupentibus ceteris, Hermolaus: «Nos vero,» inquit «quoniam, quasi nescias, quaeris, occidendi te consilium iniimus, quia non ut ingenuis imperare coepisti, sed quasi in mancipia dominari[s].» [2] Primus ex om- 545
nibus pater ipsius Sopolis, parricidam etiam parentis sui clamitans esse, consurgit et ad os manu obiecta scelere et malis insanientem ultra negat audiendum. [3] Rex, inhibito patre, dicere Hermolaum iubet, quae ex magistro didicisset Callisthene. Et Hermolaus: «Utor» inquit «beneficio tuo et dico, quae nostris malis didici. [4] Quota pars Macedonum saevitiae 550
tuae superest? Quotus quidem non e vilissimo sanguine? Attalus et Philotas et Parmenio et Lyncestes Alexander et Clitus, quantum ad hostes pertinet, vivunt, stant in acie, te clipeis suis protegunt et pro gloria tua, pro victoria vulnera excipiunt. Quibus tu egregiam gratiam ret<t>ulisti: [5] alius

PR(*a* 549 Utor)**BoMbBF**(*de quo vide praef.*)**LV**

533 autem] *om.* **P** interque eos] inter eos *Vogel* vinctos] victos **P**: vinctus **V** *a. c.* 534 adductis] addictis **F** *a. c.* 536 ne] nec **Σ** 538 <r>eos *Heinsius* introduci] inintr- **B** *a. c.* 539 Callisthenen] **F**: caelesthenen **P**: calisthenen **BLV** atque] adq- **L**: atque <illi> *Schmidt* 544 iniimus] *Kinch*: inimus **PBoMb**: inivimus **Σ** ingenuis] ingeuis **L** *a. c.* 545 dominari[s] *Vogel* 546 ipsius] ipsiu **L** *a. c.* 547 ad os] dos **P** *a. c.*: ad .. **Bo** 548 inhibito] ini- **F** 549 Callisthene] calis- **PLV** 550 malis] mali **V** *a. c.* 551 e] **Mb**: a **ω** vilissimo] uliss- **L** *a. c.* Philotas] phyl- **FL**: philotes **R** 552 Parmenio] parmoe- **FLV** Lyncestes] ς: linchestes **PB**^{corr}**FLV**: lincestes **BR** Clitus] cly- **PBFV** ad hostes] *om.* **B** *a. c.* 553 vivunt] viunt **L** *a. c.* acie] iacie **B** te] et *Hedicke* clipeis] cly- **PB** *a. c.* **V**: clippeis **R** suis] suis te **P** 554 excipiunt] cxci- **B** *a. c.* ret<t>ulisti *Zumpt*

555 mensam tuam sanguine suo adspersit, alius ne simplici quidem morte
defunctus est. Duces exercituum tuorum in eculeum inpositi Persis, quos
vicerant, fuere spectaculo: Parmenio indicta causa trucidatus est, per quem
Attalum occideras. [6] Invicem enim miserorum uteris manibus ad
expetenda supplicia et, quos paulo ante ministros caedis habuisti, subito
560 ab aliis iubes trucidari.» [7] Obstrepunt subinde cuncti Hermolao, pater xxv
super eum strinxerat ferrum, percussurus haud dubie, ni inhibitus esset
a rege: quippe Hermolaum dicere iussit peti<i>tque, ut causas supplicii
augentem patienter audirent. [8] Aegre ergo coercitis, rursus Hermolaus:
«Quam liberaliter» inquit «pueris rudibus ad dicendum agere permittis!
565 At Callisthenis vox carcere inclusa est, quia solus potest dicere. [9] Cur
enim non producitur, cum etiam confessi audiuntur? Nempe quia liberam
vocem innocentis audire metuis ac ne vultum quidem pateris. [10] Atqui
nihil eum fecisse contendo. Sunt hic, qui mecum rem pulcherrimam
cogitaverunt: nemo est, qui conscium fuisse nobis Callisthenen dicat,
570 cum morti olim destinatus sit a iustissimo et patientissimo rege. [11] Haec
ergo sunt Macedonum praemia, quorum ut supervacuo et sordido abuteris
sanguine! At tibi xxx milia mulorum captivum aurum vehunt, cum milites
nihil domum praeter gratuitas cicatrices relaturi sint. Quae tamen omnia
tolerare potuimus, antequam nos barbaris dederes et novo more victo-
575 res sub iugum mitteres. [12] Persarum te vestis et disciplina delectat, pa-

PRBoMbBFLV

556 exercituum] exercitum **L** *a. c.* 557 Parmenio] parmoe- **BF** causa] causa* **V** 559 expetenda] expe*t- **V** supplicia] et s. **B** *a. c.* 560 Obstrepunt] ost- **F** *a. c.* 561 super eum] *Cornelissen*: suppremum **PR**: supre- **Σ** 562 quippe] *bis scriptum in* **B** dicere] *om.* **PRBoMb** peti<i>tque *Bruno* 563 augentem] augententem **B** *a. c.* patienter] paenter **B** *a. c.*: *alterum -e-* **L**^{corr} *in ras.* coercitis] **L**: cohercitus **P**: coercitus **RBFL**^{corr}**V** 564 agere] a rege **P** *a. c.* permittis] permitis **V** 565 At] et **RΣ** Callisthenis] **Bo**: chalisthenis **P**: calisthenis **RΣ** 566 Nempe] nampe **L** *a. c.* quia] qua **V** *a. c.* 569 Callisthenen] callesthenen **P**: callestenen **R**: callistenen **L** *a. c.* 570 sit] sum **P** *a. c.* rege] *post h. v. lac. ind. Shackleton Bailey* 571 abuteris] abuteri **P**: abutere **R** *a. c.* 572 milia] *om.* **RΣ** mulorum] m- **L**^{corr} *in ras.* 573 gratuitas] gravitas **P** *a. c.* sint] **BoMb**: sunt **ω** tamen] tame **L** *a. c.* 574 barbaris] barbar **L** *a. c.* 575 vestis ... mores] *om.* **L** *a. c.* delectat] delectant **P** *a. c.* **F** *a. c.* *(in* **L** *v.* delectat *postea add.)*

trios mores exosus es. Persarum ergo, non Macedonum regem occidere voluimus et te transfugam belli iure persequimur. 13 Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere venerarique te ut deum; tu Philippum patrem aversaris et, si quis deorum ante Iovem haberetur, fastidires etiam Iovem. 14 Miraris, si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? Quid speramus (580) ex te, quibus aut insontibus moriendum est aut, quod tristius morte est, in servitute vivendum? 15 Tu quidem, si emendari potes, multum mihi debes. Ex me enim scire coepisti, quid ingenui homines ferre non possint. De cetero parce: quorum orbas senectutem, suppliciis ne oneraveris. Nos iube duci, ut, quod ex tua morte petieramus, consequamur ex nostra.» (585) Haec Hermolaus.

XXVI **VIII** At rex: «Quam falsa sint,» inquit «quae iste tradita a magistro suo dixit, patientia mea ostendit. 2 Confessum enim ultimum facinus tamen non solum ipse <audivi, sed ut vos> audiretis expressi, non imp<r>udens, (590) cum permisissem latroni huic dicere, usurum eum rabie, qua conpulsus est, ut me, quem parentis loco colere deberet, vellet occidere. 3 Nuper, cum procacius se in venatione gessisset, more patrio et ab antiquissimis Macedoniae regum usurpato castigari eum iussi. Hoc et oportet fieri et <fer>u<n>t a tutoribus pupilli, a maritis uxores; servis quoque pueros (595) huius aetatis verberare concedimus. 4 Haec est saevitia in ipsum mea, quam inpia caede voluit ulcisci. Nam in ceteros, qui mihi permittunt u-

PRBoMbBFLV

577 Tu Macedonas] tunc ace- **V** 578 genua] ienua **L** tu] te **B** *a. c.* Philippum] phyl- **F**: pihil- **L** aversaris] averis **L** *a. c.* 579 haberetur] ab- **V** 580 liberi] liberis **B** *a. c.* 581 quibus] quib **L** *a. c.* aut] haud **P** aut] haud **P** quod] *om.* **P** *a. c.* 582 potes] potest **Σ** mihi] mhi **P** 584 parce: quorum] parce quo **L** *a. c.*: propinquorum *Kinch*: parentum *Clericus*: parce <parentibus>: quorum *Freinsheimius* orbas] *Jeep*: orbam **ω** Nos] *om.* **F** *a. c.* 585 duci] dici **B** *a. c.* ut] et **F** *a. c.* consequamur] consequiamur **L** *a. c.* 588 sint] **ς**: sunt **ω** iste] ista **PV** *a. c.* 589 ostendit] ostendet **B**^{corr} 590 ipse <audivi, sed ut vos> *Mützell*: ipsi **ω** audiretis] audi*r- **F** inp<r>udens **O**^{corr} 591 permisissem] permissi- **L** *a. c.* **V** 592 loco] -co **L**^{corr} *in ras.* 593 se] sine **P** patrio] patro **L** *a. c.* 594 oportet] *Bruno*: oportere **ω** 595 <fer>u<n>t *Acidalius* a tutoribus] aut toribus **V** 597 caede] -e **L**^{corr} *in ras.* permittunt] permitunt **L**

ti ingenio meo, quam mitis sim non ignoratis: commemorare supervacuum est. 5 Hermolao parricidarum supplicia non probari, cum ea-
600 dem ipse meruerit, minime, hercule, admiror. Nam cum Parmenionem et Philotan laudat, suae servit causae. 6 Lyncestem vero Alexandrum bis insidiatum capiti meo liberavi; a duobus indicibus rursus convictum per triennium tamen distuli, donec vos postularetis, ut tandem debito supplicio scelus lueret. 7 Attalum, antequam rex essem, hostem meo capiti
605 fuisse meministis. Clitus utinam non coegisset me sibi irasci! Cuius temerariam linguam probra dicentis mihi et vobis diutius tuli, quam ille eadem me dicentem tulisset. 8 Regum ducumque clementia non in ipsorum modo, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sita est. Obsequio mitigantur imperia; ubi vero reverentia excessit animis et
610 summa imis confundimus, vi opus est, ut vim repellamus. 9 Sed quid ego mirer istum crudelitatem mihi obiecisse, qui avaritiam exprobrare ausus sit? Nolo singulos vestrum excitare, ne invisam mihi liberalitatem meam faciam, si pudori vestro gravem fecero. Totum exercitum adspicite: qui paulo ante nihil praeter arma habebat, nunc argenteis cubat lectis,
615 mensas auro onerant, servorum greges ducunt, spolia de hostibus sustinere non possunt. Et sane plus habemus quam capimus. Insatiabilis autem avaritiae est adhuc inplere velle, quod iam circumfluit. 10 At enim Persae, xxvii

PRBoMbBF*(de quo vide praef.)***LV**

598 sim] sim, <cum> *Heinsius* ignoratis] ignaris *Hedicke* commemorare supervacuum est] *del. Modius* 600 Parmenionem] parmoe- **B** 601 Philotan] philotam **PL** *a. c.*: phylotan **FV** Lyncestem] lincestem **R**: lyncesten **F** 602 liberavi; a duobus indicibus rursus] *Müller*: a duobus indicibus liberavi rursus **ω**: liberavi, rursus a duobus indicibus *Eussner*: liberavi, rursus *Vogel*: a duobus indicibus litterisque suis *Hedicke* indicibus] -dici- **L**^{corr} *in ras.* per triennium] **OBoMb**: patriennium **P**: parmenium **R**: per biennium **Σ** 605 Clitus] **RL**^{corr}: cly- *rell.* me] met **P** *a. c., ut vid.* 606 probra] prora **V** *a. c.* 607 clementia] clementiam **L** in] *om.* **RΣ** 610 confundimus] confunduntur *Mützell*: confundi <vide>mus *Grunauer*: confundi mos fit *Novák*: confundit vis *Jeep* 612 singulos] in s. **B** 614 habebat] habebant **V** 615 mensas] mensis **P** *a. c.* onerant] hon- **P** 616 Et sane ... circumfluit] *huc transtulit Kinch, post* imperium *(l. 627)* **ω** capimus] *Acidalius*: cupimus **ω** Insatiabilis] *quartum* -i- **L**^{corr} *in ras.* 617 avaritiae] avaritia **PRV**

quos vicimus, in magno honore sunt apud me! <Hoc> quidem moderationis meae certissimum indicium est, quod ne victis quidem superbe impero. Veni enim in Asiam, non ut funditus everterem gentes (620) nec ut dimidia parte terrarum solitudinem facerem, sed ut illos quoque, quos bello subegissem, victoriae meae non paeniteret. [11] Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui superbe habiti rebellassent. Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur; beneficiorum gratia sempiterna est. [12] Si habere Asiam, non transire (625) volumus, cum his communicanda est nostra clementia: horum fides stabile et aeternum faciet imperium. [13] Morem tamen eorum in Macedonas transfundo! In multis enim gentibus esse video, quae non erubescamus imitari; nec aliter tantum imperium apte regi potest, quam ut quaedam et tradamus illis et ab isdem discamus. (XXVIII) [14] Illud paene dignum risu fuit, (630) quod Hermolaus postulabat a me, ut aversarer Iovem, cuius oraculo adgnoscor. [15] An etiam, quid di respondeant, in mea potestate est? Obtulit nomen filii mihi: recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit. Utinam Indi quoque deum esse me credant! Fama enim bella constant et saepe etiam, quod falso creditum est, veri vicem obtinuit. (635) [16] An me luxuriae indulgentem putatis arma vestra auro argentoque adornasse? Adsuetis nihil vilius hac videre materia volui ostendere, Macedonas invictos ceteris nec auro quidem vinci. [17] Oculos ergo primum eorum, sordida omnia et humilia <de>spectantium, capiam et docebo nos non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venire. (640)

PRBoMbBFLV

618 <Hoc> *add. Kinch* quidem] qui idem **V**^{corr}: <E>quidem **ς**: <Id> quidem **ColSig** 619 ne] ve **V** *a. c.* 621 dimidia<m> parte<m> **RBo** quoque] *om.* **RΣ** 622 subegissem] -sent **P**^{corr} 625 gratia] *om.* **L** *a. c.* 626 nostra] vestra **V** 627 Morem] *Hedicke*: verum **ω** eorum] eorum <mores> **Mb**^{corr}: victorum *Heinsius*: eorum <morem> *Prohasel* 628 transfundo] *Iunta*: transeundo **ω** In multis ... erubescamus] *om.* **V** *a. c.* 630 paene] poene **RΣ** 631 cuius] cuius <filius> *Kinch* 632 Obtulit] **BoMb**: opt- **ω** 633 mihi:] *ante h. v. interp. Eussner* haud] haut **L** 635 saepe] sep **P** *a. c.* obtinuit] **M**: opt- **ω** 636 An] a **B** *a. c.* 637 vilius] inlius **R**: alius **B** *a. c.* videre] videri **Σ** 638 nec] ne **ς** 639 <de>spectantium *Bentleius*: expectantium *Freinsheimius* 640 aut] haud **PR**

Quam gloriam tu, parricida, intercipere voluisti et Macedonas, rege ad-
empto, devictis gentibus dedere. [18] At nunc mones me, ut vestris paren-
tibus parcam! Non oportebat quidem vos scire, quid <d>e his statuissem,
quo tristiores periretis, si qua vobis parentum memoria et cura est; sed
645 olim istum morem, occidendi cum scelestis insontes propinquos paren-
tesque, solvi et profiteor in eodem honore futuros omnes eos, in quo fu-
erunt. [19] Nam tuum Callisthenen, cui uni vir videris, quia latro es, scio,
cur produci velis: ut coram his probra, quae in me modo iecisti, a quo
audisti, illius quoque ore referantur. Quem, si Macedo esset, tecum in-
650 troduxissem, dignissimum te discipulo magistrum; nunc Olynthio non
idem iuris est.» [20] Post haec consilium dimisit tradique damnatos ho- xxix
minibus, qui ex eadem cohorte erant, iussit. Illi, ut fidem suam saevitia
regi adprobarent, excruciatos necaverunt. [21] Callisthenes quoque tortus
interiit, initi consilii in caput regis innoxius, sed haudquaquam aulae et
655 adsentantium accommodatus ingenio. [22] Itaque nullius caedes maiorem
apud Graecos Alexandro excitavit invidiam, quod praeditum optimis
moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat, cum, interfecto Clito,
mori perseveraret, non tantum occiderit, sed etiam torserit, indicta
659 quidem causa. [23] Quam crudelitatem sera paenitentia consecuta est.

661 **IX** Sed ne otium, serendis rumoribus natum, aleret, in Indiam movit, xxx
semper bello quam post victoriam clarior. [2] India tota ferme spectat
orientem, minus in latitudinem quam recta regione spatiosa. [3] Quae

PRBoMbBFLV

643 quid <d>e **R** 647 tuum] *Vindelinus*: cum **PRBoMbV**: tuum cum **BFLV**^{corr} Callisthenen] calis- **RB** *a. c.* **LV** quia] qua **B** *a. c.* 648 cur] cui **P** *a. c.* velis] vellis **P** *a. c.* a quo] *Lucarini*: modo **ω**: unde *Vogel*: a quo audisti *del. Modius* 649 Quem] quam **P**: quaem **R**: qui **L** *a. c.* esset] esse **B** 650 Olynthio] colinthio **R**: olinthio **Σ** 651 damnatos] dampna- **RF** hominibus] comitibus *Heinsius* 653 Callisthenes] callesthenes **PR**: callistenes **LV** tortus] -o- **L**^{corr} *in ras.* 654 haudquaquam] utquaquam **PR**: haudquam **F** aulae] male **Σ** et] *om.* **Σ** 655 caedes] **ς**: caedis **ω** 656 quod] *om.* **PRBoMb** 657 Clito] cly- **Σ** 659 consecuta] consecutus **PRBoMb** 661 Indiam] invidiam **PR** 662 spectat] **B**^{corr}: expectat **ω** 663 spatiosa] speciosa **PR**

austrum accipiunt in altius terrae fastigium excedunt; plana sunt cetera
multisque inclitis amnibus, Caucaso monte ortis, placidum per campos 665
iter praebent. 4 Indus gelidior est quam ceteri; aquas vehit a colore maris
haud multum abhorrentes. 5 Ganges, omnium ab Oriente fluvius
maximus, a<d> meridiana<m> regione<m> decurrit et magnorum mon-
tium iuga recto alveo stringit; in<de> eum obiectae rupes inclinant ad
orientem. 6 Uterque Rubro mari accipitur. Indus ripas multasque ar- 670
bores cum magna soli parte exorbet, saxis quoque inpeditus, quis crebro
reverberatur; 7 ubi mollius solum repperit, stagnat insulasque molitur.
Acesin<es> eum auget. 8 Ganges <...> decursurum in mare intercipit,
magnoque motu amnis uterque colliditur: quippe Ganges asperum os
influenti obicit nec repercussae aquae cedunt. 9 Diardines minus celeber 675
auditu est, quia per ultima Indiae currit; ceterum non crocodillos modo,
sed etiam delphinos ignotasque aliis gentibus beluas alit. 10 Ethymantus,
crebris flexibus subinde curvatus, ab accolis rigantibus carpitur; ea causa
est, cur tenues reliquias iam sine nomine in mare emittat. 11 Multis prae-
ter hos amnibus tota regio dividitur, sed ignobilibus, quia non adeo ingen- 680

PRBoMbBFLV

664 fastigium] fastidium **P** 665 inclitis] **FL**^{corr}: inclytus **P**: inclitus **R**: inclytis **BV**: inclutis **L** monte] morte **P** 666 a] *om.* **PRBoMb** colore] calore **RF** *a. c.* 667 abhorrentes] aborre- **R**: abhore- **L** fluvius] ius **P**: eius **RBoMb** 668 maximus] *Modius*: eximiis **P**: exumiis **R**: exiens **BoMb**: eximius **Σ** *(primum* -i- **L**^{corr} *in ras.)* a<d> meridiana<m> regione<m> *Freinsheimius (*a m. oregione **R**: a meridiane r. **B** *a. c.)* et] ex **B** 669 in<de> *Freinsheimius* 670 Uterque] Alter, qui *Hug* accipitur] acip- **L** Indus] *Bentleius*: findens **ω** 671 quis] *Mützell*: qua **P**: quia **P**^{corr}**RΣ** 672 reverberatur] reverebatur **P**: reverheratur **R** repperit] reperit **Σ** 673 Acesin<es> *Erasmus* Ganges] *del. Zumpt* <...> *nomen fluminis desiderari animadv. Foss* in mare] Iomanen *Hedicke* 674 quippe ... obicit] *om.* **B** *a. c.* Ganges] *del. Zumpt* 675 aquae] aqu*ae **L** Diardines] diardenes **BF**^{corr}**LV**: diadenes **F** 676 Indiae] inde **P** *a. c.* modo] modo uti nilus **RΣ** 677 aliis] a*liis **L** Ethymantus] ethim- **RB** 678 accolis] ocolis **P**: oculis **P**^{corr}: aco- **L** *a. c.* rigantibus] <rura ir>rigantibus *Heinsius*: rigantibus <campos> *Hedicke* 679 tenues] tenue*s **V** reliquias] -a- **L**^{corr} *in ras.* emittat] emittit **B** *a. c.*: e- **L**^{corr} *in ras.* 680 ignobilibus] ignobiles **PRBoMb** adeo ingentes fluunt] *Lucarini*: adeo interfluunt **ω**: adita interfluunt *Bentleius*: adeuntur, fluunt *Kinch*: alveo integro fluunt *Cornelissen*: adcoluntur, fluunt *Novák*

tes fluunt. [12] Ceterum quae propiora sunt mari aquilone maxime
deuruntur; is cohibitus iugis montium ad interiora non penetrat, ita
alendis frugibus mitia. [13] Sed adeo in illa plaga mundus statas tempo-
rum vices mutat, ut, cum alia fervore solis exaestuant, Indiam nives ob-
685 ruant, rursusque, ubi cetera rigent, illic intolerandus aestus existat. Nec,
cur ibi se natura <mutaverit, nota est> causa. [14] Mare certe, quo[d] adlui-
tur, ne colore quidem abhorret a ceteris: ab Erythro rege inditum est no-
men, propter quod ignari rubere aquas credunt. [15] Terra lini ferax; inde xxxi
plerisque sunt vestes. Libri arborum, teneri haud secus quam chartae,
690 litterarum notas capiunt. [16] Aves ad imitandum humanae vocis sonum
dociles sunt, animalia invisitata ceteris gentibus nisi invecta. Eadem terra
rhinocerotas alit, non generat. [17] Elephantorum maior est vis, quam quos
in Africa domitant et viribus magnitudo respondet. [18] Aurum flumina
vehunt, quae leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt. [19] Gemmas
695 margaritasque mare litoribus infundit, neque alia illis maior opulentiae
causa est, utique postquam vitiorum commercium vulgavere in exteras
gentes: quippe aestimantur purgamenta exaestuantis freti pretio quod
libido constituit. [20] Ingenia hominum, sicut ubique, apud illos locorum
quoque situs format. [21] Corpora usque pedes carbaso velant; soleis pedes,
700 capita linteis vinciunt; lapilli ex auribus pendent; brachia quoque et

PRBoMbBFLV

681 propiora] propriora **PRBo** aquilone maxime deuruntur] *Foss*: aquiloni maxime decurrunt **ω** 682 is] *Zumpt*: hos **P** *a. c., ut vid.*: his **RΣ** 683 mitia] *Acidalius*: mitis **ω** statas] statutas **V**^{corr} 684 exaestuant] exaestaunt **L** *a. c* 686 ibi] **ς** *(ita* **P** *scribere falso rettulerunt edd.)*: ubi **PΣ**: ubri **R**: verterit *Novák* <mutaverit, nota est> *add. Lucarini*: <verterit, patet> *Vogel*: <verterit, cernitur> *Müller*: <inverterit, patescit> *Foss*: <verterit, apparet> *Stangl: locum ita refinxit Köhler*: nec occurrit versae naturae causa quo[d] *Iunta* 687 ne] nec **RL**^{corr} abhorret] *alterum* -r- **L**^{corr} *in ras.* Erythro] erithro **RBF**^{corr}**LV**: eritho **F** 689 Libri] liberi **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* chartae] charthae **F**: carte **L** 691 animalia ... invecta] *del. Bardon* invisitata] inusitate **R**: inusitati **L**^{corr} 692 rhinocerotas] *Laetus*: rynocerontas **P**: rinocerotas **R**: rinocerontas **Σ** alit, non generat] aliis ignotos generat *Hedicke*: alit *Kinch* Elephantorum] eleph **P** *a. c.*: elefanto- **R** 693 respondet] respondit **PR** flumina] fum- **L** *a. c.* 697 aestimantur] -a- **L**^{corr} *in ras.* 699 carbaso] caraso **B** *a. c.* 700 brachia] bracha **P** *a. c.*: branchia **V**

lacertos auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent. [22] Capillum pectunt saepius quam tondent, mentum semper in-
XXXII tonsum est, reliquam oris cutem ad speciem levitatis exaequant. [23] Regum tamen luxuria, quam ipsi magnificentiam appellant, super omnium gentium vitia. Cum rex semet in publico conspici patitur, turibula 705
argentea ministri ferunt totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus conplent. [24] Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat; distincta sunt auro et purpura carbasa, quae indutus est; lecticam sequuntur armati corporisque custodes, [25] inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt. [26] Regia auratas columnas habet: totas eas 710
vitis auro caelata percurrit, aviumque, quarum visu maxime gaudent, argenteae effigies opera distingu<u>nt. [27] Regia adeuntibus patet, cum capillum pectit atque ornat: tunc responsa legationi<bu>s, tunc iura popularibus reddit. Demptis soleis, odoribus inlinuntur pedes. [28] Venatus maximus labor est inclusa vivario animalia inter vota cantusque pelicum 715
figere. Binum cubitorum sagittae sunt, quas emittunt maiore nisu quam effectu: quippe telum, cuius in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur. [29] Breviora itinera equo conficit; longior ubi expeditio est, elephanti vehunt currum et tantarum beluarum corpora tota contegunt auro. Ac, ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pelicum longus 720
ordo sequitur; separatum a reginae ordine agmen est aequatque luxuriam.

PRBoMbBFLV

701 colunt] -u- **L**^{corr} *in ras.* aut o.] haud o. **P** 704 ipsi] ipsa **L** *a. c.* super] super<at> *Probasel.* 705 vitia] vitiam **P** semet] *Foss*: saenae **P**: sene **RBoMb**: sane **Σ** 706 quod] quot **PR** ferri] ferre **V** *a. c.* 707 margaritis] *alterum* -i- **F**^{corr} *in ras.* recubat] recuba*t **V** distincta] **B**^{corr}: des- **ω** 708 sequuntur] sequntur **R**: secuntur **F** 709 custodes] custodes <inter quos plaustris arbores vehuntur> in quarum ramis a. p. *Jeep coll. Strab. 718 C.* 710 obstrepere] obt- **L** *a. c.* auratas] aurat*as **L** 711 visu] visum **B** 712 distingu<u>nt **ς** 713 ornat: tunc] ornatam **BFL**: ornat tum **B**^{corr}: ornata **V** legationi<bu>s **ς** 714 popularibus] popularib **L** 715 inclusa] inclusu **P** 716 cubitorum] gubit- **P**: cubut- **R** emittunt] e- **L**^{corr} *in ras.* 717 effectu] affectu **PF**: effectum **R** *a. c.* inhabili] ina- **F** *a. c.* 718 oneratur] oneratus **R**: honeratur **V** longior] longiora **PRColSigBoMb** 719 vehunt] vehut **PV** 720 ne] *om.* **P** desit] des- **F**^{corr} *in ras.* longus] logus **L** *a. c.*

[30] Feminae epulas parant; ab isdem vinum ministratur, cuius omnibus Indis largus est usus. Regem mero somnoque sopitum in cubiculum pelices referunt, patrio carmine noctis invocantes deos. [31] Quis credat inter haec vitia curam esse sapientiae? Unum agreste et horridum genus est, quod sapientes vocant. [32] Apud hos occupare fati diem pulchrum et vivos se cremari iubent, quibus aut iam segnis aetas aut incommoda valitudo est. Expectatam mortem pro dedecore vitae habent, nec ullus corporibus, quae senectus solvit, honos redditur: inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit. [33] Illi, qui in urbibus publicis moribus degunt, siderum motus scite spectare dicuntur et futura praedicere. Nec quemquam admovere leti diem credunt, cui expectare interrito liceat. [34] Deos putant, quidquid colere coeperunt, arbores maxime, quas violare capital est. [35] Menses in quinos denos discripserunt dies, anni plena spatia servantur. [36] Lunae cursu notant tempora, non, ut plerique, cum orbem sidus inplevit, sed cum se curvare coepit in cornua, et idcirco breviores habent menses, qui<a> spatium eorum ad hunc lunae modum dirigunt. [37] Multa et alia traduntur, quibus morari ordinem rerum haud sane operae videbatur.

(XXXIII; line numbers 725, 730, 735, 739)

X Igitur Alexandro finis Indiae ingresso gentium duarum reguli occurrerunt imperata facturi, illum tertium Iove genitum ad ipsos

(741; XXXIV)

PRBoMbBFLV

723 sopitum] sobitum **P** 724 noctis] *Watt*: noctium **ω** 725 inter] inte **L** *a. c.* curam] cura **V** 726 est] *om.* **Σ** fati] fasti **F** *a. c.* pulchrum] pulcrum **V** *a. c.* 727 aut iam segnis] *Lucarini*: autem segnes **P** *a. c.* **V** *a. c.*: autem segnis *rell.*: aut segnis *Bruno* aut] haut **P** 728 dedecore] decore **PRBoMb** nec] n **V** *a. c.* ullus] ullius **PR** 729 putant] putan **L** *a. c.* 730 qui] quia **V** *a. c.* spirantes] **RB**^{corr}**L**^{corr}: sperantes **ω** publicis] pupl- **P** moribus] muneribus *Hedicke* 731 scite] scites **P**: scithes **R**: scita **F** *a. c.* 733 colere] co**L**^{corr} *in ras.* coeperunt] caep- **RV** arbores] arbore **L** *a. c.* 734 discripserunt] *Hedicke*: des- **ω** anni] ani **L** *a. c.*: an **V** *a. c.* plena] *om.* **B** 735 orbem] obrem **P** *a. c.* **V**^{corr} 736 inplevit] plevit **L** *a. c.* sed] se **L** *a. c.* 737 habent] ab- **L** menses] *bis scripsit* **V** qui<a> *Köhler* spatium] spatium *** **L** ad] *ita* **P**^{corr} *in ras.* 738 haud] *ita* **P**^{corr} *in ras.*: aut **R** sane operae] *Iunta*: sine opere **ω** 741 finis] fines **P**^{corr}**RBoMb**: *non bene disp.* **B** duarum] *Vogel*: suarum **ω**: finitimarum *Hedicke* 742 genitum] gentium **V**

pervenisse memorantes: Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos esse, ipsum coram adesse cernique. [2] Rex benigne exceptos sequi iussit, isdem itinerum ducibus usurus. Ceterum, cum amplius nemo occurreret, 745
<H>eph<a>estionem et Perdiccan cum copiarum parte praemisit ad subigendos, qui aversarentur imperium, iussitque ad flumen Indum procedere et navigia facere, quis in ulteriora transportari posset exercitus. [3] Illi, quia plura flumina superanda erant, sic iunxere naves, ut solutae plaustris vehi possent rursusque coniungi. [4] Ipse, Cratero cum phalange 750
iusso sequi, equitatum ac levem armaturam eduxit eosque, qui occurrerunt, levi proelio in urbem proximam conpulit. [5] Iam supervenerat Craterus; itaque, ut principio terrorem incuteret genti nondum arma Macedonum expertae, praecipit, ne cui parceretur, munimentis urbis, quam obsidebat, incensis. [6] Ceterum, dum obequitat moenibus, sagitta 755
ictus. C[o]epit tamen oppidum et, omnibus incolis eius trucidatis, etiam in tecta saevitum est.

xxxv [7] Inde, domita ignobili gente, ad Nysam urbem pervenit. Forte castris ante ipsa moenia in silvestri loco positis, nocturnum frigus vehementius quam alias horrore corpora adfecit, op<p>ortunumque remedium ignis 760
oblatum est: [8] caesis quippe silvis flammam excitaverunt, quae, <l>igni<s> alita, op<p>idanorum sepulcra conprehendit. Vetusta cedro erant facta conceptumque ignem late fudere, donec omnia solo aequata sunt. [9] Et ex urbe primum canum latratus, deinde etiam hominum fremitus auditus est. Tunc et oppidani hostem et Macedones ad urbem ipsos venisse 765

PR(*usque ad* 745 usurus)**BoMbBFLV**

743 atque] ad- **L** fama] fame **P** *a. c.* 746 <H>eph<a>estionem *ed. Lugd.* Perdiccan] perdican **PL** *a. c.* 750 Ipse] *Stangl*: post se **ω** 751 occurrerunt] occurrent **BFV**: occurrerant **B**[corr]: occurent **L** 754 ne] nec **P** 755 dum] -um **P**[corr] *in ras.* moenibus] moeniebus **P** sagitta] -it- **L**[corr] *in ras.* 756 ictus] ictus <est> **P**[corr] C[o]epit **Bo** (c- **L**[corr] *in ras.*) trucidatis] *alterum* -i- **L**[corr] *in ras.* 757 tecta] tacta **L** *a. c.* saevitum] -vi- **L**[corr] *in ras.* 758 Nysam] **B**[corr]: nisam **ω** 759 vehementius] vee- **L** 760 horrore] horrere **B**: orrore **L** *a. c.* op<p>ortunumque **B**[corr] 761 oblatum] -tus **F** *a. c.* <l>igni<s> *Faber* 762 alita] alta **P**[corr] op<p>idanorum **B**[corr] sepulcra] **B**[corr]**L**: sepulchra *rell.* conprehendit] conpreen- **L** 764 primum] primun **L** 765 Tunc] tum **Σ**

cognoscunt. [10] Iamque rex eduxerat copias et moenia obsidebat, cum hostium, qui discrimen temptaverant, obruti telis sunt. Aliis ergo deditionem, aliis pugnam experiri placebat. Quorum dubitatione conperta, circumsederi tantum eos et abstineri caedibus iussit; tandemque ob-
770 sidionis malis fatigati de<di>dere se. [11] A Libero Patre conditos se esse dicebant et vera haec origo erat. [12] Sita est <urbs> sub radicibus montis, quem Me[mo]ron incolae appellant; inde Graeci mentiendi traxere licentiam Iovis femine Liberum Patrem esse celatum. [13] Rex, situ montis (XXXVI) cognito ex incolis, cum toto exercitu, praemissis commeatibus, verticem
775 eius ascendit. Multa hedera vitisque toto gignitur monte; multae perennes aquae manant. [14] Pomorum quoque varii salubresque suci sunt, sua sponte fortuitorum germinum fruges humo nutriente. Lauri baccarisque [et] multa in illis rupibus agrestis est silva. [15] Credo equidem non divino instinctu, sed lascivia esse provectos, ut passim hederae ac vitium folia
780 decerperent redimitique fronde toto nemore similes bacchantibus vagarentur. [16] Vocibus ergo tot milium praesidem nemoris eius deum adorantium iuga montis vallesque resonabant, cum orta licentia a paucis, ut fere fit, in omnes se repente vulgasset. [17] Quippe velut in media pace per herbas adgestamque frondem prostravere corpora. Et rex, fortuitam
785 laetitiam non aversatus, large ad epulas omnibus praebitis, per X dies

PBoMbBFLV

767 hostium] os- **V** Aliis] alias **P** *a. c.* 768 aliis] alius **P** *a. c.* pugnam] pugna **Σ** 769 circumsederi] circumsideri **Σ** 770 de<di>dere **B**^{corr} 771 <urbs> *add. Kinch* montis] -on- **P**^{corr} *in ras.*: -o- **L**^{corr} *in ras.* 772 Me[mo]ron **B**^{corr} appellant] appell*an **L** *a. c.* Graeci] graece **L** *a. c.* mentiendi] met- **F** *a. c.* 775 eius] **eius **L** ascendit] -s- **L**^{corr} *in ras.* hedera] edere **V** *a. c.* perennes] perhe- **B** *a. c.* 776 manant] man*nt **L** 777 germinum] **O**: segeminum **PB**: seugerminum **B**^{corr}**L**^{corr}: seugeminum **FV**: ***min**um **L** baccarisque [et] multa *Heinsius*: bac(a)eque et multa **ω** (b- **L**^{corr} *in ras.)* baccarisque et <inulae> multa *Eussner*: buxique et myrti *Hedicke* 778 rupibus] rupubus **L** *a. c.* divino] -na **V** *a. c.* 779 hederae] ederae **P**: hedrae **V** 780 decerperent] decerperen **L** *a. c.*: decerperet **V**^{corr} nemore] -o- **L**^{corr} *in ras.* similes] **OBoMb**: similis **ω** bacchantibus] bacca- **P**: baca- **F**: -bus* **L** 782 vallesque] *Hedicke*: collesque **ω** orta] ho- **V** 783 omnes se repente] *Iunta*: homines serpente **PBLV**: h. serpentes **F** vulgasset] -t **L**^{corr} *in ras.* 784 herbas] er- **L**

Libero Patri operatum habuit exercitum. [18] Quis neget eximiam quoque
gloriam saepius fortunae quam virtutis esse beneficium? Quippe ne
epulantes quidem et sopitos mero adgredi ausus est hostis, haud secus
bacchantium ululantiumque fremitu perterritus, quam si proeliantium
clamor esset auditus. Eadem felicitas ab Oceano revertentes temulentos 790
comis<s>antesque inter ora hostium texit.

XXXVII [19] Hinc ad regionem, quae Daedala vocatur, perventum est. De-
seruerant incolae sedes et in avios silvestresque montes confugerant. Er-
go Acadira transit aeque v<a>sta et destituta incolentium fuga. [20] Itaque
rationem belli necessitas mutavit: divisis enim copiis, pluribus simul locis 795
arma ostendit, oppressique, u[r]bi non expectaverant hostem, omni clade
perdomiti sunt. [21] Ptolomaeus plurimas urbes, Alexander maximas cepit;
rursusque, quas distribuerat, copias iunxit. [22] Superato deinde C<h>oaspe
amne, Coenon in obsidione urbis opulentae (Beira incolae vocant) reli-
quit, ipse ad Mazagas venit. Nuper Assacano, cuius regnum fuerat, demor- 800
tuo, regioni urbique praeerat mater eius Cleophis. [23] XXXVIII milia pedi-
tum tuebantur urbem, non situ solum sed etiam opere munitam. Nam,
qua spectat <septentrionem et> orientem, cingitur amne torrenti, qui,
praeruptis utrimque ripis, aditum ad urbem inpedit. [24] Ad occidentem
ac meridiem veluti de industria rupes praealtas obmolita natura est, infra 805

PBoMbBFLV

786 Patri operatum] patrio paratum **P** *a. c.*: patri paratum **L** *a. c.* 789 bacchantium] bacca- **P**: bacha- **F** ululantiumque] **OColSigBoMb**: hululantiumque **P**: huiulantiumque **Σ** *(*heiu- **B**^{corr}*)* perterritus] perterritos **P** 790 temulentos] -o- **L**^{corr} *in ras.* 791 comis<s>antesque *Zumpt* inter ora] interiora **P**: *totum locum ita refinxit fons codicum* **ColSigBoMb** comessantesque protexit: inter hora **F** *a. c.*: ante ora *Watt* 793 in] i **L** *a. c.* 794 aeque] *Bruno*: atque **ω** v<a>sta *Acidalius* 796 u[r]bi *Bongarsius* 797 Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomeus **P**: ptolomeus **Σ** cepit] coe- **F** 798 C<h>oaspe *Erasmus* 799 Beira] beiram **Σ** 800 Assacano] asac- **V** *a. c.* 801 Cleophis] *Reineccius*: cleophes **ω** 802 solum] solem **F** *a. c.* 803 <septentrionem et> *add. Lucarini* orientem] orientem <et septentrionem> *add. Eussner*: o. <et septentriones> *Kinch* amne] amnem **P** *a. c.*: omne **F** *a. c.* torrenti] torrente **L** *a. c.* 804 occidentem] cidentem **L** *a. c.* 805 ac meridiem] *Kinch*: a meridie **PBoMb**: et a meridie **Σ**, *cf. tamen Castiglioni 1912* veluti] *Hedicke*: velut in **P**: velut **P**^{corr}**Σ** de] *om.* **F** *a. c.* obmolita] admolita **Σ**

quas cavernae et voragines, longa vetustate in altum cavatae, iacent, quaque desinunt, fossa ingentis operis obiecta est. [25] XXXV stadium murus urbem conplectitur, cuius ima saxo, superiora crudo latere sunt structa. Lateri vinculum lapides sunt, quos interposuere, ut duriori materiae
810 fragilis incumberet, simulque terra humore diluta. [26] Ne tamen universa consideret, inpositae erant trabes validae, quibus iniecta tabulata muros et tegebant et pervios fecerant. [27] Haec munimenta contemplantem Alexandrum consiliique incertum, quia nec cavernas nisi aggere poterat inplere nec tormenta aliter muris admovere, quidam e muro sagitta
815 percussit: [28] †cum† forte in suram incidit telum; cuius spiculo evolso, admoveri equum iussit, quo vectus, ne obligato quidem vulnere, haud segnius destinata exequebatur. [29] Ceterum, cum crus saucium penderet et cruore siccato frigescens vulnus adgravaret dolorem, dixisse fertur se quidem Iovis filium dici, sed corporis aegri vitia sentire. [30] Non tamen
820 ante se recepit in castra, quam cuncta perspexit et, quae fieri vellet, edixit. Ergo, sicut imperatum erat, alii extra urbem tecta demoliebantur ingentemque vim materiae faciendo aggeri detrahebant, alii magnarum arborum stipites cum ramis ac moles saxorum in cavernas deiciebant. XXXVIII
[31] Iamque agger aequaverat summae fastigium terrae; itaque turres e-
825 rigebantur, quae opera ingenti militum ardore intra nonum diem absoluta sunt. Ad ea visenda rex (nondum obducta vulneri cicatrice)

PBoMbBFLV

806 iacent] i- **L**^{corr} *in ras.* 807 stadium] *Zumpt*: stadia **ω** murus] munus **P** *a. c.* 808 urbem] urbis *Bongarsius* ima] *Bentleius*: iam **PBoMb**: inferiora **Σ** superiora] supera **F** *a. c.* 810 terra humore diluta] terram humore dilutam **Σ**: *post* incumberet *fortius, levius post* diluta *interp. Kinch* Ne] non **PBoMb** 811 inpositae] in<ter>positae *Eussner* muros] muras **F** 812 munimenta] mon- **F** *a. c.* 815 †cum† **PBoMb**: tum **Σ**: et *Hedicke*: *del. Acidalius*: eum *Jeep*: nudam *Lucarini* in suram] usuram **B** *a. c.* spiculo] speculo **L** *a. c.* 817 saucium] sacium **P** 818 frigescens] fri*g- **L** 820 cuncta] c- *in ras. in* **P** 821 Ergo] ego **P** *a. c.* demoliebantur] *Iunta*: emoliebantur **P**: amoliebantur **Σ**: moliebantur **L**^{corr} 822 magnarum] magnorum **P** 823 stipites] spip- **F** *a. c.* cum ramis] *Freinsheimius*: cumulis **ω**: *del. Kinch* moles] molas **V** *a. c.* 824 agger] aggere **F** *a. c.* erigebantur] erigebant **Σ** 825 militum] -li- **L**^{corr} *in ras.*

processit laudatisque militibus admoveri machinas iussit, e quibus ingens vis telorum in propugnatores effusa est. [32] Praecipue rudes talium operum terrebant mobiles turres, tantasque moles nulla ope, quae cerneretur, adiutas deorum numine agi credebant; pila quoque muralia et excussas 830 tormentis praegraves hastas negabant convenire mortalibus. [33] Itaque, desperata urbis tutela, concessere in arcem. Inde, quia nihil obsessis praeter deditionem patebat, legati ad regem descenderunt, veniam petituri. [34] Qua inpetrata, regina venit cum magno nobilium feminarum grege aureis pateris vina libantium. [35] Ipsa, genibus regis parvo filio admoto, 835 non veniam modo, sed etiam pristinae fortunae inpetravit decus: quippe appellata regina est. Et credidere quidam plus formae quam miserationi datum: [36] puero quoque certe postea ex ea utcumque genito Alexandro fuit nomen. 839

XXXIX **XI** Hinc Polypercon ad urbem Horam cum exercitu missus inconditos 841 oppidanos proelio vicit: intra munimenta conpulsos secutus, urbem in dicionem redegit. [2] Multa ignobilia oppida deserta a suis venere in regis potestatem. Quorum incolae armati petram Aornin nomine occupaverunt. Hanc ab Hercule frustra obsessam esse terraeque motu 845 coactum absistere fama vulgaverat. [3] Inopem consilii Alexandrum, quia undique praeceps et abrupta rupes erat, senior quidam, peritus locorum,

PBoMbBFLV

828 effusa] effu **P** *a. c.* 830 adiutas] **B**corr**FL**corr**V**: auditas **PColSigBoMbBF**corr: au*di*tas*****L** excussas] excusas **P** 831 hastas] hasta **L** *a. c.* 832 desperata] dis- **P** *a. c.* quia] qua **F** *a. c.* obsessis] obsessos **P** *a. c.* 833 patebat] *Eberhard*: placebat **ω** veniam] veniant **P** 834 inpetrata] npe- **L** *a. c.* venit] *om.* **B** feminarum] femina **L** *a. c.* 835 libantium] *alterum* -i- **L**corr *in ras.* 836 veniam] veniant **P** pristinae] prit- **V** *a. c.* 837 credidere] credere **L** *a. c.* quidam plus] quid amplius **P**: quidam amplius **P**corr: plus **ColSig**: quod amplius **BoMb** miserationi] serationi **L** *a. c.*: miserationni **V** 838 puero quoque] puro quoque **P** *a. c.*: pueroque *Bardon*: puero quidem *Stangl* certe] *ante* Alexandro *elegantius legeretur* 841 Hinc] hic **Σ** Polypercon] **O**: poliperchon **PLV**: polipercon **BF** Horam] *Hedicke*: nra **P**: noram **P**corr**Σ** missus] misus **FL** *a. c.* **V** 843 redegit] redigit **P** 844 Aornin] *Modius*: aorni in **PLV**: aorini in **B**: aorni **F**: Aornum *Bruno*

cum duobus filiis adiit, si pretium operae esset, aditum se monstraturum esse promittens. 4 LXXX talenta constituit daturum Alexander et, altero
850 ex iuvenibus obside retento, ipsum ad exequenda, quae obtulerat, dimisit. 5 Leviter armatis dux datus est Myllenas, scriba regis; hos enim circuitu, quo fallerent hostem, in summum iugum placebat evadere. 6 Petra non, ut pleraeque, modicis ac mollibus clivis in sublime fastigium crescit, sed in metae maxime modum erecta est, cuius ima spatiosiora sunt, altiora
855 in artius coeunt, summa in acutum cacumen exurgunt. 7 Radices eius Indus amnis subit, praealtus, utrimque asperis ripis; ab altera parte voragines eluviesque praeruptae sunt. Nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur. 8 Ad manum silva erat, quam rex ita caedi iussit, ut nudi stipites iacerentur; quippe rami fronde vestiti inpedissent ferentes. Ipse
860 primus truncam arborem iecit clamorque exercitus [se], index alacritatis, secutus est, nullo detrectante munus, quod rex occupavisset. 9 Intra (XL) septimum diem cavernas expleverant, cum rex sagittarios et Agrianos iubet per ardua niti iuvenesque promptissimos ex sua cohorte XXX delegit; 10 duces his dati sunt Charus et Alexander, quem rex nominis, quod sibi
865 cum eo commune esset, admonuit. Ac primo, quia tam manifestum periculum erat, ipsum regem discrimen subire non placuit; 11 sed ut signum tuba datum est, vir audaciae promptae, conversus ad corporis custodes, sequi se iubet primusque invadit in rupem. Nec deinde quisquam Macedonum substitit, relictisque stationibus, sua sponte regem

PBoMbBFLV

848 operae esset] *Letellierius*: obpraeesset **ω** *(in* **L** *aliqua ante erasa)*: operis esset **B**^{corr}**F**^{corr} *(in ipso versu ante* obpraeesset*)* **L**^{corr}**V**^{corr} aditum] -t- **L**^{corr} *in ras.* monstraturum] monstrau*rum **L** *a. c.* 849 constituit] c. <se> **P**^{corr} altero] a*ltero **L** 850 obside] ops- **P** ad] at **P** 851 Myllenas] *Hiller de Gaertringen*: mullinus **ω**: Mullinas *Hoffmann*: Myllinas *Hedicke*: Mulleas *Köhler* 852 quo] *Freinsheimius*: qui **ω** 853 mollibus] moli- **L** *a. c.* 854 spatiosiora] spatiora **F** *a. c.* 855 summa] sum**ma **L** 857 eluviesque] eluvies **B**: elluviesque **B**^{corr} via] *om.* **BV** 860 arborem] arbrem **L** *a. c.* [se] *om.* **BoMb** 861 munus] *primum* -u- *non bene disp. in* **V** occupavisset] occupavit. Sic *Hedicke*: occupasset *Wagener* 863 niti] nitu **L** *a. c.*: eniti *Müller, numerosius* 864 Charus] carus **P** 865 quia] qua **V** *a. c.* tam] iam **PBoMb**

sequebantur. [12] Multorum miserabilis fuit casus, quos ex praerupta ru- 870
pe lapsos amnis praeterfluens hausit, triste spectaculum etiam non
periclitantibus; cum vero alieno exitio, quid ipsis timendum foret,
admonerentur, in metum misericordia versa, non extinctos, sed semet-
ipsos deflebant. [13] Et iam eo perventum erat, unde sine pernicie nisi
victores redire non possent, ingentia saxa in subeuntes provolventibus 875
barbaris, qui<s> perculsi instabili et lubrico gradu praecipites recidebant.
[14] Evaserant tamen Alexander et Charus, quos cum XXX delectis prae-
miserat rex, et iam pugnare comminus coeperant; sed cum superne tela
barbari ingererent, saepius ipsi feriebantur quam vulnerabant. [15] Ergo
Alexander, et nominis sui et promissi memor, dum acrius quam cautius 880
dimicat, confossus undique obruitur. [16] Quem ut Charus iacentem
conspexit, ruere in hostem omnium praeter ultionem inmemor coepit
multosque hasta, quosdam gladio interemit; sed cum tot unum incesserent
manus, super amici corpus procubuit exanimis. [17] Haud secus, quam
par erat, promptissimorum iuvenum ceterorumque militum interitu 885
commotus rex signum receptui dedit. [18] Saluti fuit, quod sensim et
intrepidi se receperunt et barbari, hostem depulisse contenti, non in-
XLI stitere cedentibus. [19] Ceterum Alexander, cum statuisset desistere incepto
(quippe nulla spes potiundae petrae offerebatur), tamen speciem ostendit
in obsidione[m] perseverantis: nam et itinera obsideri iussit et turres 890
admoveri et fatigatis alios succedere. [20] Cuius pertinacia cognita, Indi
per biduum quidem ac duas noctes cum ostentatione non fiduciae modo,

PBoMbBFLV

870 miserabilis] *om.* **Σ** 871 spectaculum] expect- **V** 872 periclitantibus] peri-
clyt- **P** vero] *erasum in* **L** exitio] exsi- **V** 875 possent] pos**sent **L** 876 qui<s>
Freinsheimius lubrico] l*b- **L** gradu] gradum **V** 877 tamen] tamen *** **L**
878 coeperant] coeperat **P** 879 ingererent] ingerent **F** *a. c.* 880 nominis] no-
mini **L** *a. c.* 882 conspexit] conspexerit **F** *a. c.* in hostem] hostem in **P** *a. c.*: in
os- **L** coepit] cepit **P** 883 multosque] -o- *non disp. in* **V** 884 exanimis]
P[corr]**B**[corr]**FL**[corr]: exanimes *rell.* 885 ceterorumque] ceterorum **P** *a. c.* 887 insti-
tere] istit- **L** *a. c.*: instite**re **V** 888 statuisset] statuisse **L** *a. c.* desistere] des*i- **L**
889 offerebatur] offebatur **P** *a. c.* 890 obsidione[m] **BoMb** 891 pertinacia] per-
tinaca **V** *a. c.*

sed etiam victoriae, epulati sunt, tympana suo more pulsantes. [21] Tertia vero nocte tympanorum quidem strepitus desierat audiri, ceterum ex
895 tota petra faces refulgebant, quas accenderant barbari, ut tutior esset ipsis fuga obscura nocte per invia saxa cursuris. [22] Rex, Balacro, qui specularetur, praemisso, cognoscit petram fuga Indorum esse desertam. Tum dato signo, ut universi conclamarent, inconposite fugientibus metum incussit, [23] multique, tamquam adesset hostis, per lubrica saxa perque
900 invias cotes praecipitati occiderunt, plures, aliqua membrorum parte mulcati, ab integris deserti sunt. [24] Rex, locorum magis quam hostium victor, tamen magnae victoriae <ritus> sacrificiis et cultu deum fecit. Arae in petra locatae sunt Minervae Victoriae[que]. [25] Ducibus itineris, quo[s] subire iusserat leviter armatos, etsi promissis minora praestiterant,
905 pretium cum fide redditum est; petrae regionisque ei adiunctae Sisocosto tutela permissa.

XII Inde processit Ecbolima et, cum angustias itineris obsideri xx milibus armatorum ab Erice quodam conperisset, gravius agmen exercitus Coeno
910 ducendum modicis itineribus tradidit. [2] Ipse praegressus, <per> funditores ac sagittarios deturbatis, qui obsederant saltum, sequentibus se copiis viam fecit. [3] Indi, sive odio ducis sive gratiam victoris inituri, Ericen fugientem adorti interemerunt caputque eius atque arma ad Alexandrum detulerunt. Ille facto inpunitatem dedit, honorem denegavit exemplo.
915 [4] Hinc ad flumen Indum sextisdecumis castris pervenit omniaque, ut XLII

PBoMbBFLV

893 tympana] tim- **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* Tertia] tertio **P** *a. c.* 894 tympanorum] typa- **B** *a. c.*: tim- **FV** strepitus] *alterum* -t- **L**^{corr} *in ras.* 895 accenderant] asce- **P** tutior] tuotior **B** *a. c.* esset] et **L** *a. c.* 897 praemisso] praemiso **L** *a. c.* 901 deserti] -ti **P**^{corr} *in ras* 902 magnae victoriae] magnam victoriam *Zumpt* <ritus> *add. Lucarini*: <speciem> *add. Mützell (post* cultu *iam Bentleius)* 903 Victoriae[que] **ς** itineris] inti- **V** 904 quo[s] *Zumpt* 905 cum] -um **L**^{corr} *in ras.* 908 Ecbolima] eobo- **V** 909 Coeno] *Bruno*: poeno **ω** 910 <per> *add. Bentleius* 911 deturbatis] **ς**: deturbat his **PBo**: deturbat is **Σ** obsederant] *Iunta*: obsiderant **ω** *(*-erent **B**^{corr}*)* 912 Indi] *Bruno*: inde **ω** 915 sextisdecumis] -deci*mis **L**

praeceperat, ad traiciendum praeparata ab <H>eph<a>estione repperit.
[5] Regnabat in ea regione Omphis, qui patri quoque fuerat auctor dedendi
regnum Alexandro et post mortem parentis legatos miserat, qui
consulerent eum, regnare se interim vellet an privatum opperiri eius
adventum. [6] Permissusque, ut regnaret, non tamen ius datum usurpare 920
sustinuit. Is benigne quidem exceperat <H>eph<a>estionem, gratuitum
frumentum copiis eius admensus, non tamen ei occurrerat, ne fidem
ullius nisi regis experiretur. [7] Itaque venienti obviam cum armato exercitu
egressus est; elephanti quoque, per modica intervalla militum agmini
inmixti, procul castellorum fecerant speciem. [8] Ac primo Alexander non 925
socium sed hostem adventare credebat iamque et ipse arma milites capere
et equites discedere in cornua iusserat, paratus ad pugnam. At Indus,
cognito Macedonum errore, iussis subsistere ceteris, ipse concitat equum,
quo vehebatur; idem Alexander quoque fecit, sive hostis sive amicus
occurreret, vel sua virtute vel illius fide tutus. [9] Coi<e>re[t], quod ex 930
utriusque vultu posset intellegi, amicis animis; ceterum sine interprete
non poterat conseri sermo. Itaque, adhibito eo, barbarus occurrisse se
dixit cum exercitu, totas imperii vires protinus traditurum nec <ex>-
[s]pectasse, dum per nuntios daretur fides. [10] Corpus suum et regnum
permittere illi, quem sciret, gloriae militantem, nihil magis quam famam 935
XLII timere perfidiae. Laetus simplicitate barbari rex et dexteram, fidei suae
pignus, dedit et regnum restituit. [11] LVI elephanti erant, quos tradidit

PBoMbBFLV

916 <H>eph<a>estione *ed. Lugd.* (-ore **F**) 919 opperiri] operi **P** 920 Permissusque] praemissoque **P**: permissique **V**: Permissoque *Modius* 921 <H>eph<a>estionem *ed. Lugd.* gratuitum] gravitum **L** *a. c.* 923 ullius] illius **P** nisi] nsi **L** *a. c.* 926 capere et] *om.* **PBoMb**: cape et **L** *a. c.*: *locum ita refinxit Kinch:* ipse armari milites atque disc. in c. 927 discedere] *Bruno*: descendere **ω** 928 errore] -o- **L** *corr. in ras.* 929 amicus] -os **L** *a. c.* 930 tutus] totus **F** *a. c.* Coi<e>re[t] *Zumpt*: Coire *Modius*: Coivere *Bruno* 931 intellegi] intelligi **F** animis] *om.* **B** *a. c.* **L** *a. c.* 932 adhibito] adi- **V** 933 exercitu] exercitum **P** *a. c., ut vid.* totas] -o- $\mathbf{L}^{corr}$ *in ras.* imperii vires] imperium res **Σ** (*in* **L** *deinde corr.*) <ex>[s]pectasse **BoMb** (-set **B** *fort.*) 934 nuntios] -o- $\mathbf{L}^{corr}$ *in ras.* 937 LVI] $\overline{\text{LVI}}$ **P** erant] erat **P** *a. c.*

Alexandro, multaque pecora eximiae magnitudinis, tauros ad III milia, pretiosum in ea regione acceptumque animis regnantium armentum.
940 [12] Quaerenti Alexandro, plures agricultores haberet an milites, cum duobus regibus bellanti sibi maiore militum quam agrestium manu opus esse respondit. [13] Abisares et Porus erant, sed in Poro eminebat auctoritas. Uterque ultra Hydaspen amnem regnabat et belli fortunam, quisquis arma inferret, experiri decreverat. [14] Omphis, permittente Alexandro, et
945 regium insigne sumpsit et more gentis suae nomen, quod patris fuerat: Taxilen appellavere populares, sequente nomine imperium, in quemcumque transiret. [15] Igitur, cum per triduum hospitaliter Alexandrum accepisset, quarto die et, quantum frumenti copiis, quas <H>eph<a>estion duxerat, praebitum a se esset, ostendit et aureas coronas ipsi a-
950 micisque omnibus, praeter haec signati argenti LXXX talenta dono dedit. [16] Qua benignitate eius Alexander mire laetus et, quae is dederat, remisit et M talenta ex praeda, quam vehebat, adiecit multaque convivalia ex auro et argento vasa, plurimum Persicae vestis, XXX equos ex suis cum isdem insignibus, quis adsueverant, cum ipsum veherent. [17] Quae li-
955 beralitas, sicut barbarum obstrinxerat, ita amicos ipsius vehementer offendit. E quibus Meleager, super cenam largiore vino usus, gratulari se Alexandro dixit, quod saltem in India repperisset dignum talentis M. [18] Rex haud oblitus, quam aegre tulisset, quod Clitum ob linguae temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit invidos homines
960 nihil aliud quam ipsorum esse tormenta.

PBoMbBFLV

938 eximiae] eximae **L** *a. c.* 939 acceptumque] acceptu*mque **L** 942 Abisares] abiasaraes **B**: abiasares **B**^{corr} 943 ultra] ultraque **B** *a. c.* **FLV**^{corr} Hydaspen] *Aldus*: hidaspen **PBoMb**: hidaspem **Σ** *(*-p*em **L***)* quisquis] quisqus **L** *a. c.* 944 inferret] interferret **B** *a. c.* Omphis] *omphis **B**: omfis **F** permittente] -mitente **L** *a. c.* 945 regium] regnum **Σ** (*in* **BL** *deinde corr.*) more] * more **L**: in ore **V** 946 Taxilen] taxs- **P** 948 accepisset] accip- **P** <H>eph<a>estion *ed. Lugd.* 949 esset] esse **PMbF** 950 amicisque] amici **V** *a. c.* 951 Qua] quia **V** benignitate] be*n- **L** 954 liberalitas] liberatas **V** *a. c.* 956 usus] usu **V** 957 saltem] -e- **L**^{corr} *in ras.* 958 Clitum] **L**^{corr}: cly- **PBV**: clu- **FL**

XLIV **XIII** Postero die legati Abisarae adiere regem: omnia dicioni eius, ita ut mandatum erat, permittebant firmataque invicem fide remittuntur ad regem. [2] Porum quoque nominis sui fama ratus ad deditionem posse conpelli, misit ad eum Cleocharen, qui denuntiaret ei, ut stipendium 965 penderet et in primo suorum finium aditu occurreret regi. Porus alterum ex his facturum sese respondit, ut intranti regnum suum praesto esset, sed armatus. [3] Iam Hydaspen Alexander superare decreverat, cum Barzaentes, defectionis Arachosiis auctor, vinctus trigintaque elephanti simul capti perducuntur, opportunum adversus Indos auxilium. [quippe 970 plus in beluis quam in exercitu spei ac virium illis erat] [4] Samaxus <quo>que, rex exiguae partis Indorum, qui Barzaenti se coniunxerat, vinctus adductus est. [5] Igitur, transfuga et regulo in custodiam, elephantis autem Taxili traditis, ad amnem Hydaspen pervenit, in cuius ulteriore ripa Porus consederat, transitu prohibiturus hostem. [6] LXXX et V 975 elephantos obiecerat, eximio corporum robore, ultraque eos currus CCC et peditum XXX fere milia, in quis erant sagittarii, sicuti ante dictum est, gravioribus telis, quam ut apte excuti possent. [7] Ipsum vehebat elephantus super ceteras beluas eminens armaque auro et argento distincta corpus rarae magnitudinis honestabant. Par animus robori corporis et, quanta 980 XLV inter rudes poterat esse, sapientia. [8] Macedonas non aspectus hostium solum, sed etiam fluminis, quod transeundum erat, magnitudo terrebat. IIII in latitudinem stadia diffusum, profundo alveo et nusquam vada

PBoMbBFLV

962 adiere] adie **F** *a. c.* 963 permittebant] permittebat **L** *a. c.* remittuntur] *ita* **F**^{corr} *in ras.* 965 denuntiaret] demn- **V** *a. c.* 966 aditu] aditum **P** 968 Hydaspen] *Erasmus*: hidaspen **ω** 969 Barzaentes] *Letellierius*: barz(a)entis **ω** Arachosiis] archosis **B**: aracosis **F**: arac*hosi*s **L** 970 opportunum] opor- **Σ** adversus] adver**sus **V** [quippe ... erat] *del. Lucarini* 971 Samaxus] Damaraxus *Hedicke* 972 <quo>que **ς** Barzaenti] barzenti **BF**: barzuenti **F**^{corr} coniunxerat] coniuncxe **V** 973 transfuga] tranf- **L** regulo] regula **F** 974 Taxili] taxi*li **L** Hydaspen] **O**: idaspen **ω** 975 consederat] consid- **V** prohibiturus] prohibut- **F**: proibit- **V** 976 elephantos] elieph- **P** 977 fere] fere peditum **P** *a. c.* 978 vehebat] vehebant **F** *a. c.* 979 auro] auro ** **L** distincta] *primum* -i- **L**^{corr} *in ras.* 981 aspectus] **P**^{corr}: spectus **P**: conspectus **Σ** 983 diffusum] **BoMb**: diffus **P**: diffusus **Σ** nusquam] numquam **Σ**

aperiente speciem vasti maris fecerat. 9 Nec pro spatio aquarum late
985 stagnantium impetum coercebat, sed, quasi in artum coeuntibus ripis, torrens et elisus ferebatur, occultaque saxa inesse ostendebant pluribus locis undae repercussae. 10 Terribilior facies erat ripae, quam equi virique conpleverant. Stabant ingentes vastorum corporum moles et de industria inritatae horrendo stridore aures fatigabant. 11 Hinc amnis, hinc hostis
990 capacia quidem bonae spei pectora et saepe se experta inproviso tamen pavore percusserant. Quippe instabiles rates nec dirigi ad ripam nec tuto adplicari posse credebant. 12 Erant in medio amne insulae crebrae, in quas et Indi et Macedones nantes, levatis super capita armis, transibant. Ibi levia proelia conserebantur et uterque rex parvae rei discrimine
995 summae experiebatur eventum. 13 Ceterum in Macedonum exercitu temeritate atque audacia insignes fuere Hegesimachus et Nicanor, nobiles iuvenes et perpetua partium felicitate ad spernendum omne periculum accensi: 14 quis ducibus promptissimi iuvenum, lanceis modo armati, transnavere in insulam, quam frequens hostis tenebat, multosque
1000 Indorum nulla re melius quam audacia armati interemerunt. 15 Abire cum gloria poterant, si umquam temeritas felix inveniret modum; sed dum supervenientes contemptim et superbe quoque expectant, circumven[ien]ti ab iis, qui occulti enaverant, eminus obruti telis sunt. 16 Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt aut verticibus

PBoMbBFLV

985 coercebat] coher- **B** *a. c.* quasi] quas **V** artum] artium **F** *a. c.* 986 torrens] torres **L** *a. c.* ostendebant] ostendebat **P** *a. c.* **Mb**: ostendeban **V** *a. c.* 987 facies erat] erat facies **Σ** 988 conpleverant] compleverat **L** *a. c.* **V** *a. c.* 989 amnis] amnes **L** *a. c.* 990 se] sane *Hedicke, sed cf. Lindgren* 991 percusserant] percuserant **L** *a. c.* nec d.] ne d. **L** *a. c.* 992 Erant] errant **F** *a. c.* 993 et M.] et** m. **L** armis] -i- **L**^{corr} *in ras.* 994 uterque] it- **L** *a. c.* 996 atque] ad- **L** audacia] audicia **B**: audacie **L** Hegesimachus] simachus **BFV**: symmachus **B**^{corr}: simacus **L** (-i- **L**^{corr} *in ras.*) Nicanor] nichanor **B**^{corr}**FV**: ni- *non disp. in* **L** 997 spernendum] per- **L** *a. c.* 999 transnavere] transnavare **P** *a. c.*: tranna- **L** hostis] os- **LV** 1001 felix] infelix **Σ** inveniret] ive- **L** *a. c.* modum] -um **L**^{corr} *in ras.* 1003 circumven[ien]ti **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr}**V**^{corr} iis] **ς**: his **ω** enaverant] *primum* -a- **L**^{corr} *in ras.* 1004 effugerant] effuger **L** *a. c.* hostem] os- **L**

XLVI inpliciti. Eaque pugna multum Pori fiduciam erexit, cuncta cernentis e ripa. 1005

[17] Alexander, inops consilii, tandem ad fallendum hostem talem dolum intendit. Erat insula in flumine amplior ceteris, silvestris eadem et tegendis insidiis apta; fossa quoque praealta haud procul ripa, quam tenebat ipse, non pedites modo, sed etiam cum equis viros poterat abscondere. [18] Igitur, 1010 ut a custodia huius opportunitatis oculos hostium averteret, Ptolomaeum omnibus turmis obequitare iussit procul insula et subinde Indos clamore terrere, quasi flumen transnaturus foret. [19] Per conplures dies Ptolomaeus id fecit eoque consilio Porum quoque agmen suum ei parti, quam se petere simulabat, coegit advertere. [20] Iam extra conspectum hostis insula 1015 erat. Alexander in diversa parte ripae statui suum tabernaculum iussit adsuetamque comitari ipsum cohortem ante id tabernaculum stare et omnem apparatum regiae magnificentiae hostium oculis de industria ostendi. [21] Attalum etiam, aequalem sibi et haud disparem habitu oris et corporis, utique cum procul viseretur, veste regia exornat, praebiturum 1020 speciem ipsum regem illi ripae praesidere nec agitare de transitu. [22] Huius consilii effectum primo morata tempestas est, mox adiuvit, incommoda quoque ad bonos eventus vertente fortuna. [23] Traicere amnem cum ceteris copiis in regionem insulae, de qua ante dictum est, parabat, averso hoste in eos, qui cum Ptolomaeo inferiorem obsederant ripam, cum procella 1025 imbrem vix sub tectis tolerabilem effundit, obrutique milites nimbo in terram refugerunt, navigiis ratibusque desertis; sed tumultuantium fremitus, obstrepentibus ventis, ab hoste non poterat audiri. [24] Deinde

PBoMbBFLV

1005 cuncta] coniuncta **P** 1008 intendit] *om.* **V** *a. c.* 1011 ut a] a **P** *a. c.*: haud **V** custodia] custadia **L** *a. c.* opportunitatis] oport- **BFL**: oportunitas **V** Ptolomaeum] *Hedicke*: ptholomeum **P**^{corr}: ptolomeum **ω** 1012 insula] <in> insula **B**^{corr}: in salo insula **F**: ***** insula **L**: in salo **B**^{corr}**L**^{corr} 1013 Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomeus **P**: ptolomeus **Σ** 1015 advertere] avertere **P** 1016 tabernaculum ... ante id] *om.* **L** *a. c.* 1019 ostendi] ostendendi **F** *a. c.* 1020 regia] regiam *fort.* **P** *a. c.* 1021 agitare] cogitare *Vogel* 1023 vertente] ever- **B** *a. c.* 1025 eos] eo **L** *a. c.* Ptolomaeo] *Hedicke*: ptholomeo **P**: ptolomeo **Σ** 1026 imbrem] ingens **P**: imbrem *post* effundit *add.* **P**^{corr}, *post* procella *Eussner servato* ingens 1028 obstrepentibus] obtr- **L** *a. c.*

momento temporis repressus est imber, ceterum adeo spissae intendere
1030 se nubes, ut conderent lucem, vixque conloquentium inter ipsos facies
noscitare<n>tur. [25] Terruisset alium obducta nox caelo, cum ignoto amne
navigandum esset, forsitan hoste eam ipsam ripam, quam caeci atque
inprovidi <petebant, tenente>. [26] At rex, periculo gloriam accersens et
obscuritatem, quae ceteros terrebat, suam occasionem ratus, dato signo,
1035 ut omnes silentio escenderent in rates, eam, qua ipse vehebatur, primam
iussit expelli. [27] Vacua erat ab hostibus ripa, quae petebatur: quippe adhuc
Porus Ptolomaeum tantum intuebatur. Una ergo navi, quam petrae fluctus
inliserat, haerente, ceterae evadunt armaque capere milites et ire in ordines
1039 iussit.

1041 **XIV** Iamque agmen in cornua divisum ipse ducebat, cum Poro nuntiatur XLVII
armis virisque ripam obtineri et rerum adesse discrimen. Ac primo,
humani ingenii vitio spei suae indulgens, Abisaren belli socium (et ita
convenerat) adventare credebat; [2] mox liquidiore luce aperiente aciem
1045 hostium, C quadrigas et IIII milia equitum venienti agmini obiecit. Dux
erat copiarum, quas praemisit, Spitaces, frater ipsius; summa virium in
curribus: [3] senos viros singuli vehebant, duos clipeatos, duos sagittarios

PBoMbBFLV

1029 repressus] respersus **P**: repraesus **L** 1030 conderent lucem] *del. Kinch* vixque] vix **PBoMb** 1031 noscitare<n>tur **ς** 1032 hoste] os- **L** 1033 <petebant, tenente>. At rex] *Jeep*: et ex **ω**: <petebant, tenente. At rex, cum admonuisset milites, forti animo essent> *Kinch* accersens et] *Jeep*: accerserent **PBFL**[corr]**V**: -rant **L** 1034 ceteros] teceteros **BFL**[corr]**V**: *eceteros **L** 1035 escenderent] ascenderent **BFL**[corr]**V**: ascenderant **L** rates] *Bruno*: ratem **ω** *(*-e- **L**[corr] *in ras.)* qua] quas **B** *a. c.* 1036 iussit] *om.* **B** *a. c.* 1037 Porus] *om.* **L** *a. c.* Ptolomaeum] *Hedicke*: ptholomeum **PBL**: ptolomeum **FV** 1038 haerente] er- **L** armaque] arma **L** *a. c.* ordines] *Acidalius*: ordinem **ω** 1041 Poro] poron **F** *a. c.* 1042 armis] -i- **L**[corr] *in ras.* adesse discrimen] esse d. **BoMb**: esse crimen **F** *a. c.* 1043 humani] um- **L** *a. c.* Abisaren] abissa- **Σ** 1044 adventare] adven** **P** *a. c.* mox] vox **P** *a. c.* aciem] *Bentleius*: hostem **ω**: conspectum *Prohasel* 1045 hostium] *del. Kinch* 1046 Spitaces] *Anspach*: hages **ω** 1047 clipeatos] cly- **P** sagittarios] sagittarius **P** *a. c.*: *loc. om.* **Mb**

ab utroque latere dispositos, aurigae erant ceteri haud sane inermes: quippe iacula conplura, ubi comminus proeliandum erat, omissis habenis in hostem ingerebant. 4 Ceterum vix ullus usus huius auxilii eo die fuit. 1050
Namque, ut supra dictum est, imber violentius quam alias fusus campos lubricos et inequitabiles fecerat gravesque et propemodum inmobiles currus inluvie ac voraginibus haerebant. 5 Contra Alexander expedito ac levi agmine strenue invectus est. Scythae et Dahae primi omnium invasere Indos, Perdiccam deinde cum equitibus in dextrum cornu hostium emisit. 1055
6 Iam undique pugna se moverat, cum ii, qui currus agebant, illud ultimum auxilium suorum rati, effusis habenis in medium discrimen ruere coeperunt. 7 Anceps id malum utrisque erat. Nam et Macedonum pedites primo impetu obterebantur et per lubrica atque invia inmissi currus excutiebant eos, a quibus regebantur. 8 Aliorum turbati equi non in 1060
voragines modo lacunasque, sed etiam in amnem praecipitavere curricula; pauci telis hostium exacti penetravere ad Porum acerrime pugnam
XLVIII cientem. 9 Is, ut dissipatos tota acie currus vagari sine rectoribus vidit, proximis amicorum distribuit elephantos. 10 Post eos posuerat peditem ac sagittarios <et> tympana pulsare solitos: id pro cantu tubarum Indis 1065
erat, nec strepitu eorum <beluae> movebantur, olim ad notum sonum auribus mitigatis. 11 Herculis simulacrum agmini peditum praeferebatur: id maximum erat bellantibus incitamentum et deseruisse gestantis militare flagitium habebatur. 12 Capitis etiam sanxerant poenam iis, qui ex

PBoMbBFLV

1048 utroque] utraque **P**: *loc. om.* **Mb** dispositos] dispositus **F** haud] had **P** *a. c.*: haud sau **B** *a. c.* inermes] inhe- **PV** 1050 vix] ux **L** *a. c.* auxilii] aux*ilii **L** 1053 inluvie] inluie **L** *a. c.* 1054 invectus] invetus **L**^{corr} *in ras.* Scythae] schytae **BL**: schitae **F** Dahae] daae **B** 1055 Perdiccam] perdicam **PMb** 1056 ii] **ς**: hi **ω** 1057 rati] *bis scripsit* **B** 1060 Aliorum] -rum **L**^{corr} *in ras.* 1061 lacunasque] lucanasque **B** *a. c.* praecipitavere] praecipita **L** *a. c.* 1062 pauci telis] *Snakenburgius*: paucitem* **P**: pauci tenus **Σ** *(-ci* **L**^{corr} *in ras.)*: pauci tamen **B**^{corr} exacti] exha- **V** 1063 Is] *om.* **L** *a. c.* dissipatos] -si- **L**^{corr} *in ras.* vidit] vit **B** *a. c.* 1064 proximis] proximi **P** *a. c.* 1065 <et> *add.* **ς** tympana] tim- **PL** 1066 <beluae> *add. Lucarini* notum] motum **PB** *a. c.* 1067 Herculis] hercules **P** 1068 bellantibus] bellat- **L** *a. c.* gestantis] gestantes **V**^{corr} 1069 flagitium] flavigitium **F**: flaigitium **F**^{corr}: flagium **L** *a. c.* sanxerant] sancx- **P**: sanxera*nt **L** iis] *Vindelinus*:

1070 acie non ret<t>ulissent, metu, quem ex illo hoste quondam conceperant, etiam in religionem venerationemque converso. Macedonas non beluarum modo, sed etiam ipsius regis aspectus parumper inhibuit. [13] Beluae dispositae inter armatos speciem turrium procul fecerant; ipse Porus humanae magnitudinis propemodum excesserat formam:
1075 magnitudinem adicere videbatur belua, qua vehebatur, tantum inter ceteras eminens, quanto aliis ipse praestabat. [14] Itaque Alexander, contemplatus et regem et agmen Indorum: «Tandem» inquit «par animo meo periculum video: cum bestiis simul et cum egregiis viris res est.» [15] Intuensque C<o>enon: «Cum ego» inquit «Ptolomaeo Perdiccaque et
1080 <H>eph<a>estione comitatus in laevum hostium cornu impetum fecero viderisque me in medio ardore certaminis, ipse <in> dextrum move et turbatis signa infer. Tu, Antigene, et tu, Leonnate, et Tauron, invehemini in mediam aciem et urgebitis frontem. [16] Hastae nostrae praelongae et validae non alias magis quam adversus beluas rectoresque earum usui
1085 esse poterunt: deturbate eos, qui vehuntur, et ipsas confodite. Anceps genus auxilii est et in suos acrius furit: in hostem enim imperio, in suos pavore agitur.» [17] Haec elocutus concitat equum primus. Iamque, ut

PBoMbBF(*de quo vide praef.*)**LV**

his **ω**

1070 ret<t>ulissent **BoMb** metu] metum **P** *a. c.* hoste] os- **P** *a. c.* quondam] condam **P** *a. c.* 1071 etiam] iam *Castiglioni* religionem] regionem **P** *a. c.* 1072 beluarum] buluarum **P** *a. c.* 1073 Beluae] buluae **P** *a. c.* 1074 propemodum] prope modum *Bongarsius* formam] normam *Rutgersius*: formae *Heinsius (accepto* prope modum*)* 1075 magnitudinem] **ColSig**: magnitudini Pori **ω**: magnitudinem corpori *Vogel*: magnitudini porro *Heinsius*: magnitudinem porro *Bentleius*: speciem *Shackleton Bailey* 1076 ceteras] ceteris **P**: ceteros **P**^{corr} 1077 Tandem] tantundem **P** *a. c.* **BoMb** 1079 C<o>enon *Merula* Ptolomaeo] ptholomeo **PBL**: ptolomeo **FV** Perdiccaque] perdicaque **P** 1080 <H>eph<a>estione *ed. Lugd. (*e- *om.* **L** *a. c.)* fecero] facio **F** *a. c.* 1081 me] *om.* **P** *a. c.* <in> *add. Freinsheimius*: <ad> *Capps* dextrum] dextrorsum *Hammond* 1082 Antigene] *Zumpt*: antigone **ω** et T.] et <tu> T. *Kinch* invehemini] *Modius*: non invehimini **PBoMb**: invehimini **Σ**: iam invehemini *Hedicke* 1083 urgebitis] urgue- **FV** 1084 magis] mgis **L** *a. c.* rectoresque] ect- **V**: vect- **V**^{corr} 1085 eos] eo **B** *a. c.*

destinatum erat, invaserat ordines hostium, cum Coenus ingenti vi in dextrum cornu invehitur. [18] Phalanx quoque mediam Indorum aciem
XLIX uno impetu perrupit. At Porus, qua equitem invehi senserat, beluas agi 1090 iussit; sed tardum et paene inmobile animal equorum velocitatem aequare non poterat. Ne sagittarum quidem ullus erat barbaris usus: [19] quippe longas et praegraves, nisi prius in terra statuerint arcum, haud satis apte et commode inponunt; tum humo lubrica et ob id inpediente conatum, molientes ictus celeritate hostium occupantur. [20] Ergo, spreto regis im- 1095 perio (quod fere fit, ubi turbatis acrius metus quam dux imperare coepit), totidem erant imperatores, quot agmina errabant. [21] Alius iungere aciem, alius dividere, stare quidam et nonnulli circumvehi terga hostium iubebant; nihil in medium consulebatur.

[22] Porus tamen cum paucis, quibus metu potior fuerat pudor, colligere 1100 dispersos, obvius hosti ire pergit elephantosque ante agmen suorum agi iubet. [23] Magnum beluae iniecere terrorem insolitusque stridor non equos modo, tam pavidum ad omnia animal, sed viros quoque ordinesque turbaverat. [24] Iam fugae circumspiciebant locum paulo ante victores, cum Alexander Agrianos et Thracas leviter armatos, meliore<m> con- 1105 cursatione quam comminus militem, emisit in beluas. [25] Ingentem hi vim telorum iniecere et elephantis et regentibus eos; phalanx quoque instare constanter territis coepit. [26] Sed quidam avidius persecuti beluas in semet inritavere vulneribus. Obtriti ergo pedibus earum ceteris, ut parcius instarent, fuere documentum. [27] Praecipue terribilis illa facies 1110

PBoMbBFLV

1088 Coenus] cenus **B** *a. c.* **V** in dextrum] *Raderus*: in laevum **ω**: a laevo *Hedicke* 1089 Phalanx] phalancx **V**' 1090 impetu] imp*etu **L** perrupit] perrumpit **F** *a. c.*: -t **L**^corr *in ras.* 1092 Ne] nec **V**^corr sagittarum] sagita- **L** ullus] nullus **P** barbaris] barbarus **F** *a. c.* 1093 longas] *Bruno*: longae **ω** statuerint] *Bothe*: statuerent **ω**: statuerunt *Kinch* 1095 ictus] hi- **V** 1097 erant] erat **P** *a. c.* quot] quod **P** *a. c.* 1098 aciem, alius dividere] *om.* **L** *a. c.* circumvehi] cirvehi **L** *a. c.* 1100 potior] patior **L** 1104 circumspiciebant] circumspiciebat **F** *a. c.* **L** *a. c.* 1105 Thracas] **ς**: trachas **PF**: thrachas **BLV** meliore<m> *Laetus* concursatione] conversatione **L** *a. c.* 1107 elephantis] ephantis **P** 1108 instare] stare **PBoMbV** *a. c.* avidius] avidi*us **L** 1109 ergo] e- **L**^corr *in ras.* ut] *ita* **L**^corr *in ras.*

erat, cum manu arma virosque corriperent et super se regentibus traderent. [28] Anceps ergo pugna nunc sequentium, nunc fugientium elephantos in multum diei varium certamen extraxit, donec securibus (id namque genus auxilii praeparatum erat) pedes amputare coeperunt. [29] Copidas vocabant
1115 gladios leviter curvatos, falcibus similes, quis adpetebant beluarum manus. Nec quicquam inexpertum non mortis modo, sed etiam in ipsa morte novi supplicii timor omittebat. [30] Ergo elephanti, vulneribus tandem L fatigati, suos impetu sternunt, et, qui rexerant eos, praecipitati in terram ab ipsis obterebantur. Itaque pecorum modo magis pavidi quam infesti
1120 ultra aciem exigebantur, [31] cum Porus, destitutus a pluribus, tela multo ante praeparata in circumfusos ex elephanto suo coepit ingerere, multisque eminus vulneratis, expositus ipse ad ictus undique petebatur. [32] Novem iam vulnera hinc tergo, illinc pectore exceperat, multoque sanguine profuso, languidis manibus magis elapsa quam excussa tela mittebat.
1125 [33] Nec segnius belua, instincta rabie, nondum saucia invehebatur ordinibus, donec rector beluae regem conspexit, fluentibus membris omissisque armis vix compotem mentis. [34] Tum beluam in fugam concitat, sequente Alexandro; sed equus eius, multis vulneribus confossus deficiensque, procubuit, posito magis rege quam effuso. Itaque, dum equum mutat,
1130 tardius insecutus est. [35] Interim frater Taxilis, regis Indorum, praemissus ab Alexandro, monere coepit Porum, ne ultima experiri perseveraret dederetque se victori. [36] At ille, quamquam exhaustae erant vires deficiebatque sanguis, tamen ad notam vocem excitatus: «Agnosco» inquit

PBoMbBFLV

1111 regentibus] gentibus **P** *a. c.* 1113 diei] dei **B** *a. c., ut vid.* certamen] -rt- **L**^{corr} *in ras.* securibus] securi **F** *a. c.* 1114 coeperunt] cep- **L** 1117 tandem] tantundem **P** 1118 praecipitati] prae*cipitati **P** terram] terra **L** 1119 Itaque] Iamque *Mützell* 1120 ultra] u- **L**^{corr} *in ras.* destitutus] distitutus **P** *a. c.* **L** *a. c.* multo] multa *Vogel* 1121 suo] *del.* **P**^{corr} coepit] cepit **L** 1122 expositus] expotus **L** *a. c.* 1123 vulnera] vul **L** *a. c.* exceperat] excoep- **P** 1124 elapsa] *primum* -a- **L**^{corr} *in ras.* excussa] excusa **P** 1125 segnius] segnis **L** *a. c.* instincta] insticta **L** *a. c.* nondum] -o- **L**^{corr} *in ras.* saucia] sauci*a **L** invehebatur] inveeb- **L** 1126 omissisque] **B**^{corr}**L**: omisisque *rell.* 1128 equus] qu*us **L** *a. c.* confossus] confossuisus **L** *a. c.*: confosus **V** *a. c.* 1129 rege] regem **V** *a. c.* mutat] mu*tat **P**

«Taxil[l]is fratrem, imperii regnique sui proditoris» et telum, quod unum
forte non effluxerat, contorsit in eum, quod per medium pectus penetravit 1135
ad tergum. [37] Hoc ultimo virtutis opere edito, fugere acrius coepit; sed
elephantus quoque, qui multa exceperat tela, deficiebat. Itaque sistit fugam
peditemque sequenti hosti obiecit.

[38] Iam Alexander consecutus erat et pertinacia Pori cognita vetabat
resistentibus parci. Ergo undique et in pedites et in ipsum Porum tela 1140
congesta sunt, quis tandem gravatus labi ex belua coepit. [39] Indus, qui
elephantum regebat, descendere eum ratus, more solito elephantum pro-
cumbere iussit in genua; qui ut se submisit, ceteri quoque (ita enim in-
stituti erant) demisere corpora in terram. Ea res et Porum et ceteros vic-
LI toribus tradidit. [40] Rex spoliari corpus Pori, interemptum esse credens, 1145
iubet, et, qui detraherent loricam vestemque, concurrere, cum belua
dominum tueri et spoliantes coepit adpetere levatumque corpus eius rur-
sus dorso suo inponere. Ergo telis undique obruitur, confossoque eo in
vehiculum Porus inponitur. [41] Quem rex ut vidit adlevantem oculos, non
odio, sed miseratione conmotus: «Quae, malum,» inquit «amentia te 1150
coegit, rerum mearum cognita fama, belli fortunam experiri, cum Taxi-
lis esset in deditos clementiae meae tam propinquum tibi exemplum?»
[42] At ille: «Quoniam» inquit «percontaris, respondebo ea libertate, quam
interrogando fecisti: neminem me fortiorem esse censebam. Meas enim
noveram vires, nondum expertus tuas: fortiorem esse te belli docuit 1155
eventus. Sed ne sic quidem parum felix sum, secundus tibi.» [43] Rursus

PBoMbBFLV

1134 Taxil[l]is **OBoMb** proditoris] proditorem **PBoMb** 1135 per] *om.* **P** *a. c.*
1136 ad] at **P** *a. c.* coepit] cepit **L** 1137 exceperat] excoep- **P** sistit] sictit **L** *a. c.*
fugam] fuga **B**: fugat **B**^{corr} 1139 et] ei **P** 1141 tandem] *Iunta*: tantum **ω** gra-
vatus] gratus **B** *a. c.*: grautus **L** *a. c.* 1144 demisere] **B**^{corr}: dim- **ω** 1146 belua]
lua **L** *a. c.* 1148 confossoque] *Aldus*: conpositoque **ω** 1150 Quae] qua **V** *a. c.*
malum] mala **P**^{corr} amentia] amenti **P** *a. c.*: <quae> amentia **B**^{corr}: amentia* **V** 1151 bel-
li] blli **L** *a. c.* Taxilis] Taxiles **ς**, *Castiglioni* 1152 propinquum] **L**^{corr}: propinquo **ω**
1153 At] ad **L** *a. c.* 1154 interrogando] interroganto **L** *a. c.* Meas] mea **L** *a. c.*
1155 noveram] noverim **F** *a. c.* 1156 parum] paruum **F** *a. c.*

interrogatus, quid ipse victorem statuere debere censeret: «Quod hic» inquit «dies tibi suadet, quo[d] expertus es, quam caduca felicitas esset.» 44 Plus monendo profecit, quam si precatus esset: quippe magnitudinem
1160 animi eius interritam ac ne fortuna[m] quidem infractam non misericordia modo, sed etiam honore excipere dignatus est. 45 Aegrum curavit haud secus, quam si pro ipso pugnasset; confirmatum contra spem omnium in amicorum numerum recepit, mox donavit ampliore regno, quam tenuit. 46 Nec sane quicquam ingenium eius solidius aut con-
1165 stantius habuit quam admirationem verae laudis et gloriae; simplicius tamen famam aestimabat in hoste quam in cive. Quippe a suis credebat magnitudinem suam destrui posse, eandem clariorem fore, quo maiores fuissent, quos ipse vicisset.

PBoMbBFLV

1157 quid] quic **P** debere] ebere **L** *a. c.* hic] ic **L** *a. c.* 1158 quo[d] *Laetus* expertus] pertus **L** *a. c.* 1159 monendo] *primum* -n- **L**corr *in ras.* 1160 fortuna[m] *Iunta* misericordia] misericordiam **BoMbFL**corr: -dam **L** 1161 honore] on- **L** 1162 si] *om.* **P** *a. c.* pugnasset] -t **L**corr *in ras.* contra spem] *om.* **P** *a.c.* 1163 recepit] recipit **P** 1164 tenuit] ante fuit *C. F. W. Müller*: <ante> tenuit *Eussner* solidius] -o- **L**corr *in ras.* aut] haud **P**: ac **BoMb** 1165 gloriae] gloreae **L** *a. c.* 1166 famam] *alterum* -a- **L**corr *in ras.* hoste] os- **L** *a. c.* 1168 vicisset] vicissent **F** *a. c.*

Q. Curti Rufi historiarum liber VIII explicit incipit liber nonus **P**: Q. Curti Rufi historiarum Alexandri Magni Macedonis liber VIII explicit incipit VIIII feliciter **B**: Q. Curti Rufi historiarum liber VIII explicit feliciter incipit liber nonus **FL**: Curti Rufi historiarum liber VIII explicit incipit liber nonus **V**

LIBER IX

1 ALEXANDER, tam memorabili victoria laetus, qua sibi Orientis finis apertos esse censebat, Soli victimis caesis, milites quoque, quo promptioribus animis reliqua belli obirent, pro contione laudatos docuit, quidquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostratum: [2] cetera opimam praedam fore celebratasque opes in ea regione eminere, quam peterent. Proinde iam vilia et obsoleta esse spolia de Persis: gemmis margaritisque et auro atque ebore Macedoniam Graeciamque, non suas tantum domos repleturos. [3] Avidi milites et pecuniae et gloriae, simul quia numquam eos adfirmatio eius fefellerat, pollicentur operam; dimissisque cum bona spe, navigia exaedificari iubet, ut, cum totam Asiam percucurrisset, finem terrarum, mare, inviseret. [4] Multa materia navalis in proximis montibus erat; quam caedere adgressi magnitudinis invisitatae repperere serpentes. [5] Rhinocerotes quoque, rarum alibi animal, in isdem montibus erant. Ceterum hoc nomen beluis inditum a Graecis; sermonis eius ignari <alii> aliud lingua sua usurpant. [6] Rex, duabus urbibus conditis

PBoMbBFLV

1 memorabili] -a- **L**^{corr} *in ras.* qua] -a **L**^{corr} *in ras.* finis] fines **L**^{corr}**V**^{corr} 2 esse] *om.* **L** *a. c.* caesis] caesis ***** **L** 3 animis] -n- **L**^{corr} *in ras.* 4 fuisset] fuisse **L** *a. c.* prostratum] prostratrum **P**: prosstratum **L** 5 opimam] opi*mam **L** celebratasque] **L**^{corr}: celebratesque **P**: celebrantesque **Σ**: celebresque **V**^{corr} regione] -o- **L**^{corr} *in ras.* 6 vilia] viria **L** *a. c.* gemmis] gemis **L** 7 atque] ad- **L** 8 domos] *alterum* -o- **L**^{corr} *in ras.* repleturos] **ς**: repleturum **PBFL**: repletum **V** Avidi] a*v- **L** gloriae] *ita* **P**^{corr} *in ras.* 9 numquam] non quam **L** dimissisque] dimisisque **FL** 11 percucurrisset] percurrisset **PBoMb**: percucurrisse **L** *a. c.* 12 invisitatae] inusitatae **F** *a. c.* **L**^{corr} 13 repperere] reppere **V** Rhinocerotes] **Bo**: rhinocerontes **PBL**: rinocerontes **FL**^{corr}**V**: rinocerontas **V**^{corr} isdem] hisdem **PF** 14 hoc] h- **L**^{corr} *in ras.* a Graecis] graeci **L** *a. c.* 15 eius] *om.* **PColSigBoMb**, *unde Kinch coniecit* Indi Graeci sermonis ignari ignari] gnari **F**: ignari<s; Indi> *Castiglioni* <alii> *add. Lucarini*: <Indi> *add. Hedicke*

in utraque fluminis, quod superaverat, ripa, copiarum duces coronis et M aureis singulos donat; ceteris quoque pro portione aut gradu<s>, quem in amicitia obtinebant, aut navatae operae honos habitus est. [7] Abisares, qui, priusquam cum Poro dimicaretur, legatos ad Alexandrum miserat, 20 rursus alios misit pollicentes omnia facturum, quae imperasset, modo ne cogeretur corpus suum dedere: neque enim aut sine regio imperio victurum aut regnaturum esse captivum. [8] Cui Alexander nuntiari iussit, si gravaretur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum.

Hinc, <cum> Poro amne superato, ad interiora Indiae processit. [9] Silvae 11 25 erant prope in inmensum spatium diffusae procerisque et in eximiam altitudinem editis arboribus umbrosae. [10] Plerique rami instar ingentium stipitum flexi in humum rursus, qua se curvaverant, erigebantur, adeo ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice generatae. [11] Caeli temperies salubris, quippe et vim solis umbrae levant et aquae 30 large manant e fontibus. [12] Ceterum hic quoque serpentium magna vis erat, squamis fulgorem auri reddentibus. Virus haud ullum magis noxium est: quippe morsum praesens mors sequebatur, donec ab incolis remedium oblatum est. [13] Hinc per deserta ventum est ad flumen Hyarotim. Iunctum erat flumini nemus opacum, arboribus alibi invisitatis agrestiumque

PBoMbBFLV

16 duces] **F**^{corr}**V**^{corr}: ducis **ω** et M] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 17 singulos] sigulos **BF** quoque] que **L** *a. c.* aut] haud **P** gradu<s> *Acidalius* 18 obtinebant] o- **L**^{corr} *in ras.*: *alterum* -b- **F**^{corr} *in ras.* aut] haud **P** honos] honus **PB** *a. c.*: onus **L**: onos **L**^{corr} habitus] abitus **L** *(*-s **L**^{corr} *in ras.)* Abisares] abissares **Σ** *(in* **L** *deinde corr.)* 19 Poro] pro **V** *a. c.* 20 pollicentes] polic- **P** omnia] onimia **P** 21 suum] sum **L** *a. c.* aut] haud **P** 22 aut] haud **P** regnaturum] regnaturus **V** *a. c.* iussit] ius **L** *a. c.* 23 ad e.] a e. **L** *a. c.* eum] eum ***** **L** 24 Hinc] inc **L** *a. c.* <cum> *add. Lucarini praeeunte Heinsio, qui pro* Hinc *voluit* Cum Poro] pro **F** *a. c.*: por **L**^{corr}: praerapido *Hedicke*: porro **ς**: poro amne superato *del. Kraffert* amne] amme **L** superato] su*p- **L**: superata **V** Silvae] sivae **L** *a. c.* 25 procerisque] pro*ce- **V** 27 humum] umum **L** *a. c.* curvaverant] curaverant **P** 29 vim] im **L** *a. c.* 31 reddentibus] rede- **L** *a. c.* noxium] no*x- **L** 32 mors] mor **L** *a. c.* 33 Hyarotim] *Zumpt*: hiarotim **P**^{corr}**BFL**^{corr}**V**: harotim **L**: Hyraotim *Hedicke*: *ceterum in* **P** *verba* hiarotim ... alibi *add.* **P**^{corr} 34 alibi] *om.* **L** *a. c.* agrestiumque] -t- **L**^{corr} *in ras.*

pavonum multitudine frequens. [14] Castris inde motis, oppidum haud procul positum corona capit obsidibusque acceptis stipendium inponit. Ad magnam deinde, ut in ea regione, urbem pervenit, non muro solum sed etiam palude munitam. [15] Ceterum barbari, vehiculis inter se iunctis, dimicaturi occurrerunt; tela aliis hastae, aliis secures erant, transiliebantque in vehicula strenuo saltu, cum succurrere laborantibus suis vellent. [16] Ac primo insolitum genus pugnae Macedonas terruit, cum eminus vulnerarentur; deinde, spreto tam incondito auxilio, ab utroque latere vehiculis circumfusi repugnantes fodere coeperunt. [17] Et vincula, quis conserta erant, iussit incidi, quo facilius singula circumvenirentur. Itaque VIII milibus suorum amissis in oppidum refugerunt. [18] Postero die, scalis undique admotis, muri occupantur. Paucis pernicitas saluti fuit, qui, cognito urbis excidio, paludem transnavere: in vicina oppida ingentem intulere terrorem, invictum exercitum et deorum profecto advenisse memorantes. [19] Alexander, ad vastandam eam regionem Perdicca cum expedita manu misso, partem copiarum Eumeni tradidit, ut is quoque barbaros ad deditionem conpelleret; ipse ceteros ad urbem validam, in quam aliarum quoque confugerant incolae, duxit. [20] Oppidani, missis qui regem deprecarentur, nihilo minus bellum parabant. Quippe orta seditio in diversa consilia diduxerat vulgum: alii omnia deditione potiora, quidam nullam opem in ipsis esse ducebant.

PBoMbBFLV

35 inde] in**de **L** oppidum] opi- **L** *a. c.* 36 obsidibusque] obsideb- **L** *a. c.* stipendium] -u- **L**^{corr} *in ras.* 37 ut] *ita* **L**^{corr} *in ras.* 38 munitam] muntam **L** *a. c.* Ceterum] cetrum **L** *a. c.* 39 transiliebantque] transi**ebanque **L** *a. c.*: transiebantque **V** 40 succurrere] sucrere **L** *a. c.* 41 vellent] velent **B** *a. c.* **L** *a. c.* Macedonas] edonas **L** *a. c.* 43 coeperunt] cep- **P** Et] Et <rex> *Raderus* 44 incidi] indici **F** *a. c.* circumvenirentur] circumveniretur **F** *a. c.* 45 amissis] amisis **P** oppidum] opi- **P** *a. c.* **L** 46 scalis] scali **V** *a. c.* 47 fuit] -i- **L**^{corr} *in ras.* qui] qui <ubi> *Hedicke* transnavere] transnavere <et> *Aldus* oppida] opi- **L** 49 advenisse] advenise **B** *a. c.* Perdicca] Perducca **F** *a. c.* 50 partem] ptem **L** *a. c.* 51 conpelleret] compelleretur **Σ** *(in* **V** *postea corr.)* 52 quam] quem **V** *a. c.* aliarum] **BoMb**: aliorum **ω** *(*-o*r- **L***)* 53 nihilo minus] nihil hominus **P** 54 parabant] parabat **L** *a. c.* diduxerat] *Bruno*: deduxerat **ω** vulgum] vulgus **V**^{corr}

[21] Sed, dum nihil in commune consulitur, qui deditioni inminebant, apertis portis hostem recipiunt. [22] Alexander, quamquam belli auctoribus iure poterat irasci, tamen, omnibus venia data et obsidibus acceptis, ad proximam deinde urbem castra movit. [23] Obsides ducebantur ante agmen; 60 quos cum ex muris agnovissent, utpote gentis eiusdem, in conloquium incolae vocaverunt. Illi, clementiam regis simulque vim commemorando, ad deditionem eos conpulere; ceterasque urbes simili modo domitas in fidem accepit. [24] Hinc in regnum Sopithis perventum est. Gens, ut (v) barbari credunt, sapientia excellet bonisque moribus regitur. [25] Genitos 65 liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, sed eorum, quibus spectandi infantum habitum cura mandata est. Si quos insignes aut aliqua parte membrorum inutiles notaverunt, necari iubent. [26] Nuptiis coeunt non genere ac nobilitate coniunctis, sed electa corporum specie, quia eadem aestimatur in liberis. [27] Huius gentis oppidum, cui Alexander 70 admoverat copias, ab ipso Sopithe obtinebatur. Clausae erant portae, sed nulli in muris turribusque se armati ostendebant dubitabantque Macedones, deseruissent urbem incolae an fraude se occulerent, [28] cum, subito patefacta porta, rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter omnes barbaros eminens corporis specie. [29] Vestis erat auro 75 purpuraque distincta, quae etiam crura velabat; aureis soleis inseruerat gemmas; lacerti quoque et brachia margaritis ornata erant. [30] Pendebant ex auribus insignes candore ac magnitudine lapilli, baculum aureum

PBoMbBFLV

56 consulitur] -i- **L**^{corr} *in ras.* deditioni] deditione **L** *a. c.* 60 muris] mu***ris **P** 61 incolae vocaverunt] *Damsté*: collocaverunt **PColSigBoMb**: convocaverunt **Σ**: ilico vocaverunt *Heinsius* clementiam] clementia **V** 62 urbes] -e- **F**^{corr} *in ras.* 63 Sopithis] *Mützell (de quo iam Raderus et Freinsheimius cogit.)*: sophites **PBFLV**^{corr}: sopites **V** 64 excellet] excellit **L**^{corr} 65 aluntque] alunque **L** *a. c.* 66 insignes] segnes **ς**: <vitiis> insignes *Hedicke* aut] haud **P**: aud **L** *a. c.* 67 necari] negari **P** Nuptiis] nuptis **F** *a. c.* 69 eadem] eandem **B** *a. c.* in] *om.* **V** *a. c.* liberis] libris **L** *a. c.* oppidum] opi- **L** cui] cuius **Σ** *(in* **V** *postea corr.)* 70 copias] *om.* **B** *a. c.* Sopithe] sophithe **P**^{corr}: sopite **Σ**: sophite **B**^{corr}**V**^{corr} 71 nulli] nu*lli **L** 72 urbem] *extra lin. add.* **F** 73 porta, rex] portas rex **P** *a. c.*: portare **L** *a. c.* adultis] ad- **P**^{corr} *in ras.* 75 crura] rura **P** *a. c.* 76 lacerti] lacerto **L** *a. c.* 77 insignes] **OBoMb**: insignis **ω** ac] *om.* **Σ**

berylli distinguebant. Quo tradito precatus, ut sospes acciperet, se liberosque et gentem suam dedidit. [31] Nobiles ad venandum canes in ea regione sunt; latratu abstinere dicuntur, cum viderunt feram, leonibus maxime infesti. [32] Horum vim ut ostenderet Alexandro, in consaeptum leonem eximiae magnitudinis iussit emitti et quattuor omnino admoveri canes, qui celeriter feram occupaverunt; tum ex iis, qui adsueverant talibus ministeriis, un[i]us canis leoni cum aliis inhaerentis crus avellere et, quia non sequebatur, ferro amputare coepit. [33] Ne sic quidem pertinacia victa, rursus aliam partem secare institit et inde non segnius inhaerentem ferro subinde caedebat. Ille in vulnere ferae dentes moribundus quoque infixerat: tantam [in] illis animalibus ad venandum cupiditatem ingenerasse naturam memoriae proditum est. [34] Equidem plura transcribo quam credo: nam nec adfirmare sustineo, de quibus dubito, nec subducere, quae accepi. [35] Relicto igitur Sopithe in suo regno, ad fluvium <H>ypasin processit <H>eph<a>estione, qui diversam regionem subegerat, coniuncto. [36] Phegeus erat gentis proximae rex; qui, popularibus suis colere agros, ut adsueverant, iussis, Alexandro cum donis occurrit, nihil, quod imperaret, detrectans.

II Biduum apud eum substitit rex. Tertio die amnem superare decreverat, transitu difficilem non spatio solum aquarum, sed etiam saxis inpeditum. [2] Percontatus igitur Phegea, quae noscenda erant, XI<I> dierum ultra flumen per vastas solitudines iter esse cognoscit, [3] excipere deinde Gangen,

PBoMbBFLV

78 berylli] berilli **Σ** ut sospes] ut sosp<it>es *Freinsheimius*: ut propitius *Novák*: ut obsides *Meiser*: ut hospes *Jeep*: Sopithes *Heinsius* 79 dedidit] dedit **P**: dededit **B** *a. c.* venandum] venendum **L** *a. c.* 80 abstinere] a*b- **L** 81 ostenderet] hos- **P** consaeptum] *Mützell*: conseptu **PB**^{corr}**FLV**: consepectu **B** 82 quattuor] quatuor **L** *a. c.* 83 iis] **ς**: his **ω** 84 un[i]us *Iunta* 85 ferro] -e- **L**^{corr} *in ras.* sic] si **V** 87 caedebat]caedere: at *Hedicke* ferae] ferrae **F** *a. c.* moribundus] mori**b- **L** 88 [in] *del. Halm* ad] a **L** *a. c.* venandum] venandam **F** 89 memoriae] memoria **V** 91 Sopithe] *Mützell*: sophite **ω** 92 <H>ypasin **ς** <H>eph<a>estione *ed. Lugd.* 93 Phegeus] **ς**: phegelis **ω** 94 occurrit] occurit **P** 99 Percontatus] *Erasmus*: percunctatus **ω** noscenda] noscendi **F** *a. c.* XI<I> *Vogel*

maximum totius Indiae fluminum; ulteriorem ripam colere gentes
Gangar[h]idas et Prasios eorumque regem esse Aggrammen, XX milibus
equitum ducentisque peditum obsidentem vias. [4] Ad hoc quadrigarum
II milia trahere et, praecipuum terrorem, elephantos, quos III milium
105 numerum explere dicebat. [5] Incredibilia regi omnia videbantur. Igitur
Porum (nam cum eo erat) percontatur, an vera essent, quae dicerentur.
[6] Ille vires quidem gentis et regni haud falso iactari adfirmat; ceterum,
qui regnaret, non modo ignobilem esse, sed etiam ultimae sortis: quippe
patrem eius, tonsorem vix diurno quaestu propulsantem famem, propter
110 habitum haud indecorum cordi fuisse reginae. [7] Ab ea in propiorem eius,
qui tum regnasset, amicitiae locum admotum, interfecto eo per insidias,
sub specie tutelae liberum eius invasisse regnum necatisque pueris hunc,
qui nunc regnat, generasse, invisum vilemque popularibus, magis pater-
nae fortunae quam suae memorem. [8] Adfirmatio Pori multiplicem ani-
115 mo regis iniecerat curam. Hostem beluasque spernebat, situm locorum
et vim fluminum extimescebat: [9] relegatos in ultimum paene rerum hu-
manarum terminum persequi et eruere arduum videbatur; rursus ava-
ritia gloriae et insatiabilis cupido famae nihil invium, nihil remotum
videri sinebat. [10] Et interdum dubitabat, an Macedones, tot emensi spatia
120 terrarum, in acie et in castris senes facti, per obiecta flumina, per tot
naturae obstantes difficultates secuturi essent: abundantes [h]onustosque
praeda magis parta frui velle quam adquirenda fatigari. [11] Non idem sibi
et militibus animi esse: <se> totius orbis imperium mente conplexum

PBoMbBFLV

102 Gangar[h]idas **O** Prasios] *Salmasius*: pharrassios **P**: pharrasios **Σ** 103 quadri-garum] quari- **F** *a. c.* 105 Incredibilia] incredibia **F** *a. c.* 108 modo] modo sed **B** *a. c.* 109 quaestu] quaestru **P** *a. c.*: quaetu **L** *a. c.* 110 indecorum] -e- **L**^{corr} *in ras.* 111 regnasset] -t **L**^{corr} *in ras.* interfecto] interfectoque **L**^{corr} 113 qui] qui i **L** generasse] generasset **P**: generaret **Bo** 116 relegatos] religatos **PBo** (-l- **P**^{corr} *in ras.*) 117 terminum persequi] *Freinsheimius*: persequi terminum **ω** rursus ... si-nebat] *post* expetere *(l. 125) transp. Kinch* avaritia] avaritiae **F** 1118 insatiabilis] resaciabilis **V** 119 Macedones] macedonas **L** 121 obstantes] obstantis *Schefferus* essent] esset **F** *a. c.* abundantes] hab- **V** [h]onustosque **ς** 122 praeda] praedae **PMb** adquirenda] *Bruno*: adquerenda **ω** 123 et] *ita* **L**^{corr} *in ras.* esse: <se>

adhuc in operum suorum primordio stare, militem labore defetigatum proximum quemque fructum, finito tandem periculo, expetere. 125

VIII [12] Vicit ergo cupido rationem et, ad contionem vocatis militibus, ad hunc maxime modum disseruit: «Non ignoro, milites, multa, quae terrere vos possent, ab incolis Indiae per hos dies de industria esse iactata, [13] sed non est inprovisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciae fauces, sic Mesopotamiae campos, <sic> Tigrim et Euphraten, quorum alterum vado 130 transiimus, alterum ponte, terribiles fecerant Persae. [14] Numquam ad liquidum fama perducitur: omnia illa tradente maiora sunt vero. Nostra quoque gloria, cum sit ex solido, plus tamen habet nominis quam operis. [15] Modo quis beluas offerentes moenium speciem, quis Hydaspem amnem, quis cetera auditu maiora quam vero sustinere posse credebat? 135 Olim, hercules, fugissemus ex Asia, si nos fabulae debellare potuissent. [16] Creditisne elephantorum greges maiores esse quam usquam armentorum sunt, cum et rarum sit animal nec facile capiatur multoque difficilius mitigetur? [17] Atqui eadem vanitas copias peditum equitumque numeravit. [Nam flumen, quo latius fusum est, hoc placidius stagnat: 140 quippe angustis ripis coercita et in angustiorem alveum elisa torrentes aquas invehunt; contra spatio alvei segnior cursus est. [18] Praeterea in ripa omne periculum est, ubi adplicantes navigia hostis expectat: ita,

PBoMbBFLV

Vindelinus: sese *Hedicke*

124 primordio] primordii **P**^{corr} labore] laborem **P** defetigatum] defat- **L**^{corr} 125 tandem] tantem **Σ** *(in* **F** *deinde corr.)* expetere] expere **B** *a. c.* 126 *prius* ad *om.* **L** *a. c.* 127 disseruit] deseruit **V** 128 possent] posent **L** 130 Mesopotamiae] mesopit- **V** campos] amnes *Damsté* <sic> *add. Castiglioni* Tigrim] tygrim **Σ** Euphraten] eufraten **P** 131 transiimus] transivimus **Σ** terribiles] *Bentleius*: terribilem **ω** Numquam] N<il> umquam *Damsté* 133 gloria] gloriae **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* quam operis] *del. Kinch* 134 Hydaspem] *Letellierius*: hidaspem **PBFL**: idaspen **V** 135 sustinere] sustineri *Bentleius* 136 hercules] hercule **BFLV**^{corr}: ercule **V** fugissemus] fuis- **V** si nos] sinus **P** *a. c.* 137 Creditisne] creditis nec **PBo** armentorum] armatorum **B** 138 et] met **F** *a. c.* facile] facere **V** 140 [Nam flumen ... terram] *del. Lucarini* 141 angustis] angistis **B** *a. c.* et] *non bene disp.* **V** alveum] -u- **L**^{corr} *in ras.* 142 spatio] *Francinus*: statio **ω** segnior] signior **P** *a. c.*

quantumcumque flumen intervenit, idem futurum discrimen est e-
145 vadentium in terram.] [19] Sed omnia ista vera esse fingamus: utrumne IX
vos magnitudo beluarum an multitudo hostium terret? Quod pertinet
ad elephantos, praesens habemus exemplum: in suos vehementius quam
in nos incucurrerunt; tam vasta corpora securibus falcibusque mutilata
sunt. [20] Quid autem interest, totidem sint, quot Porus habuit, an III
150 milia, cum, uno aut altero vulneratis, <constet> ceteros in fugam declinari?
[21] Dein paucos quoque [et] incommode regunt; congregata vero tot milia
ipsa se elidunt, ubi nec stare nec fugere potuerint inhabiles vastorum
corporum moles. Equidem sic animalia ista contempsi, ut, cum haberem
ipse, non opposuerim, satis gnarus plus suis quam hostibus periculi inferre.
155 [22] At enim equitum peditumque multitudo vos commovet! Cum paucis
enim pugnare soliti estis et nunc primum inconditam sustinebitis turbam.
[23] Testis adversus multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus
amnis et Cilicia inundata cruore Persarum et Arbela, cuius campi de-
victorum a nobis ossibus strati sunt. [24] Sero hostium legiones numerare
160 coepistis, postquam solitudinem in Asia vincendo fecistis. Cum per
Hellespontum navigaremus, de paucitate nostra cogitandum fuit: nunc
nos Scythae sequuntur, Bactriana auxilia praesto sunt, Dahae Sogdianique
inter nos militant. [25] Nec tamen illi turbae confido: vestras manus intueor, X

PBoMbBFLV

145 fingamus] -u- **L**^{corr} *in ras.* 146 vos] nos **P** hostium] os- **L** pertinet] ptinet **P** *a. c.* 147 habemus] ab- **L** *a. c.* 148 incucurrerunt] incurrerunt **BFL**^{corr}**V**: incurrent **L** 149 quot] **OBoMb**: quod **ω** an] in **B** *a. c.* III milia] *om.* **F** *a. c.* 150 aut] haud **P** vulneratis, <constet> *Müller*: vulneratis, <videatis> *Blomgren*: vulneratis, <cernatis> *Probasel*: vulnerat<o, viderit>is *Hedicke* declinari] declinari <videamus> *Bruno (*d. videmus *iam* ς*)*: declinare <liqueat> *Heinsius* 151 quoque] aegre *Bentleius* [et] *del. Iunta* congregata] congrega **L** *a. c.* 152 elidunt] elident *Freinsheimius* nec f.] ne f. **L** *a. c.* 153 corporum] *primum* -r- **L**^{corr} *in ras.* Equidem] quidem **L** *a. c.* 154 satis] sati **L** *a. c.* 155 commovet] -v- **V**^{corr} *in ras.* 156 nunc] nunc <non> **L**^{corr} 157 adversus] aversus **L** *a. c.* roboris] robori **V** Granicus] g- **L**^{corr} *in ras.* 158 cruore] **BoMb**: fervore **ω** *(*-u- **P**^{corr} *in ras.)*: ferv<ido cru>ore *Walter* 159 ossibus] osi- **L** *a. c.* legiones] legion **F** *a. c.* 161 Hellespontum] heles- **L**: elles- **V** 162 Scythae] schytae **B** sequuntur] secuntur **PV** Bactriana] bactiana **L** *a. c.* Dahae] dahaet **F** *a. c.*: ***** **L** *a. c.* Sogdianique] sogdin- **V** *a. c.* 163 militant] militan **L** *a. c.*

vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem praedemque habeo.
Quamdiu vobiscum in acie stabo, nec mei nec hostium exercitus numero: 165
vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciae adhibete! [26] Non in
limine operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus. Pervenimus
ad solis ortum et Oceanum; nisi obstat ignavia, inde victores, perdomito
fine terrarum, revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolae faciunt,
maturos fructus per inertiam amittere e manibus. [27] Maiora sunt periculis 170
praemia: dives eadem et inbellis est regio; itaque non tam ad gloriam vos
duco quam ad praedam. Digni estis, qui opes, quas illud mare litori-
bus invehit, referatis in patriam, digni, qui nihil inexpertum, nihil me-
tu omissum relinquatis. [28] Per vos gloriamque vestram, qua humanum
fastigium exceditis, perque et mea in vos et in me vestra merita, quibus 175
invicti contendimus, oro quaesoque, ne humanarum rerum terminos
adeuntem alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem,
deseratis. [29] Cetera vobis imperavi, hoc unum debiturus sum. Et is vos
rogo, qui nihil umquam vobis praecepi, qui<n> primus me periculis
obtulerim, qui saepe aciem clipeo meo texi. Ne infregeritis in manibus 180
meis palmam, qua Herculem Liberumque Patrem, si invidia afuerit,
aequabo. [30] Date hoc precibus meis et tandem obstinatum silentium
rumpite. Ubi est ille clamor, alacritatis vestrae index? Ubi ille meorum
Macedonum vultus? Non agnosco vos, milites, nec agnosci videor a vobis.
Surdas iamdudum aures pulso, aversos animos et infractos excitare conor.» 185
XI [31] Cumque illi, in terram demissis capitibus, tacere perseverarent: «Nescio

PBoMbBFLV

164 virtutem] -e- **L**^{corr} *in ras.* sum] *om.* **PBoMb** 165 exercitus] -u- **L**^{corr} *in ras.* 166 plenos] pleno **L** *a. c.* alacritatis] alacritas **F** *a. c.* adhibete] adhibite **PBo**: adibete **V** 167 limine] lum- **L** *a. c.* 168 inde] unde **V** 169 revertemur] revertamur **P** 171 ad] *om.* **F** *a. c.* 172 Digni] dignis **B** *a. c.* litoribus] littor- **P** 175 fastigium] fastidium **P** 176 invicti] invicem *Heinsius*: invicti <invicem> *Prohasel* ne] *om.* **P** *a. c.* humanarum] humarum **B** *a. c.* **F** *a. c.* **L** *a. c.* **V**^{corr}: humanum **V** 178 debiturus] petiturus *Cornelissen* 179 praecepi] praecipi **P** *a. c.*: praecepi <non necessarium> *Watt* qui<n> **ς** 180 obtulerim] *Iunta*: obtuli **P**: optuli **Σ** clipeo] **F**: clypeo **PBL**: clyppeo **V** 181 afuerit] fuerit **F** *a. c.* 185 aversos] aversus **FV** 186 Cumque] umque **L** *a. c.* demissis] dim- **PBoMb**

quid» inquit «in vos inprudens deliqui, quod me ne intueri quidem vultis. In solitudine mihi videor esse. Nemo respondet, nemo saltem negat. 32 Quos adloquor? Quid autem postulo? Vestram gloriam et ma-
190 gnitudinem <v>indicamus. Ubi sunt illi, quorum certamen paulo ante vidi contendentium, qui potissimum vulnerati regis corpus exciperent? Desertus, destitutus sum, hostibus deditus. 33 Sed solus quoque ire perseverabo. Obicite me fluminibus et beluis et illis gentibus, quarum nomina horretis. Inveniam, qui desertum a vobis sequantur: Scythae
195 Bactrianique erunt mecum, hostes paulo ante, nunc milites nostri. 34 Mori praestat, quam precario imperatorem esse. Ite reduces domos! Ite deserto rege ovantes! Ego hic <aut> a vobis desperatae victoriae aut honestae morti locum inveniam.»

200 **III** Ne sic quidem ulli militum vox exprimi potuit. Expectabant, ut duces principesque ad regem perferrent vulneribus et continuo labore militiae fatigatos non detrectare munia, sed sustinere non posse; ceterum illi, metu attoniti, in terram ora defixerant. 2 Igitur primo fremitus sua sponte, deinde gemitus quoque oritur paulatimque liberius dolor egeri coepit
205 manantibus lacrimis, adeo ut rex, ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quamquam cupiebat, temperare oculis potuerit. 3 Tandem, XII universa contione effusius flente, Coenus ausus est, cunctantibus ceteris, propius tribunal accedere, significans se loqui velle. 4 Quem ut videre milites detrahentem galeam capiti (ita enim regem adloqui mos est) hor-
210 tari coeperunt, ut causam exercitus ageret. 5 Tum Coenus: «Dii pro-

PBoMbBFLV

187 quid» inquit] **** quit **P**: inquid quit **P**^{corr} 188 solitudine mihi] solitudinem **P** *a. c.* 190 <v>indicamus *Bruno* certamen] tamen **P** 191 vulnerati] vult nerati **F** *a. c.* 192 deditus] dedetus **P** *a. c.* 193 quarum] **ς**: quorum **ω** 197 <aut> *add. Lucarini* a] a<ut> *Bentleius* aut] haud **P**: haut **L** honestae] on- **L** 200 Expectabant] expectabat **F** *a. c.* duces] dues **L** *a. c.* 201 perferrent] perferret **P** *a. c.* labore] labre **L** *a. c.* 202 detrectare] detractare **PF** *a. c.* posse] possum **P** *a. c.* illi] ille **PF** *a. c.* 204 egeri] *Gebhardus*: erigi **ω** 206 cupiebat] *Kinch*: cupierat **PBoMb**: cuperat **Σ** 207 Coenus] *Aldus*: poenus **ω** (poen*us **L**): proprium **L**^{corr} cunctantibus] cunctantabus **F** *a. c.* 209 capiti] capti **L** *a. c.* hortari] or- **V** *a. c.* 210 coeperunt] caep- **PV**: cep- **L** *a. c.* Coenus] *Aldus*: poenus **ω**

hibeant» inquit «a nobis inpias mentes! Et profecto prohibent: idem a-
nimus est tuis, qui fuit semper, ire quo iusseris, pugnare, periclitari, san-
guine nostro commendare posteritati tuum nomen. Proinde, si perseveras,
inermes quoque et nudi et exangues, utcumque tibi cordi est, sequimur
vel antecedimus. [6] Sed, si audire vis non fictas tuorum militum voces, 215
verum necessitate ultima expressas, praebe, quaeso, propitias aures imperi-
um atque [h]auspicium tuum constantissime secutis et, quocumque per-
gis, secuturis. [7] Vicisti, rex, magnitudine rerum non hostes modo, sed
etiam milites. Quidquid mortalitas capere poterat, inplevimus. Emensis
maria terrasque melius nobis quam incolis omnia nota sunt. [8] Paene in 220
ultimo mundi fine consistimus. In alium orbem paras ire et Indiam quaeris
Indis quoque ignotam. Inter feras serpentesque degentes eruere ex latebris
et cubilibus suis expetis, ut plura, quam sol videt, victoria lustres. [9] Digna
prorsus cogitatio animo tuo, sed altior nostro. Virtus enim tua semper
<in> incremento erit, nostra vis iam in fine est. [10] Intuere corpora ex- 225
anguia, tot perfossa vulneribus, tot cicatricibus putria. Iam tela <h>ebetia
sunt, iam arma deficiunt. Vestem Persicam induti, quia domestica subvehi
non potest, in externum degeneravimus cultum. [11] Quoto cuique lorica
est? Quis equum habet? Iube quaeri, quam multos servi ipsorum persecuti
sint, quid cuique supersit ex praeda. Omnium victores omnium inopes 230
sumus. Nec luxuria laboramus, sed bello instrumenta belli consumpsimus.
[12] Hunc tu pulcherrimum exercitum nudum obicies beluis? Quarum ut
multitudinem augeant de industria barbari, magnum tamen esse
numerum etiam ex mendacio intellego. [13] Quodsi adhuc penetrare in

PBoMbBFLV

212 quo] co **V** *a. c.* 213 posteritati] postteritati **F** 214 inermes] inhe- **P** cordi est] cordiem **F** *a. c.* **V** 216 expressas] -esses **F** 217 atque] ad- **F** *a. c.* [h]auspicium **B**^{corr} 218 magnitudine] magnitudinem **V** 219 Emensis] emensi **Σ** *(*-i **L**^{corr} *in ras.)* 221 orbem] urbem **Σ** *(in* **L** *postea corr.)* 224 altior] altiora **P**: altior* **L** 225 <in> *add.* ς 226 <h>ebetia **B**^{corr} 227 induti] **Q**: induit **PBoMb**: indui **Σ**: induimur **B**^{corr}: induimus **F**^{corr}**L**^{corr} 228 cultum] c- **L**^{corr} *in ras.* 229 Iube] iubet **PMb** 230 sint] *Zumpt*: sunt **ω** quid] *Bruno*: quod **ω** Omnium victores] *om.* **L** *a. c.* inopes] opes **V** *a. c.* 231 belli] beli **L** *a. c.* 232 tu] te **Σ** *(in* **BL** *postea corr.)*

235 Indiam certum est, regio a meridie minus vasta est; qua subacta, licebit decurrere in illud mare, quod rebus humanis terminum voluit esse natura. [14] Cur circuitu petis gloriam, quae ad manum posita est? Hic quoque occurrit Oceanus. Nisi mavis errare, pervenimus, quo tua fortuna ducit. [15] Haec tecum quam sine te cum his loqui malui, non uti inirem
240 circumstantis exercitus gratiam, sed ut vocem loquentium potius quam gemitum murmurantium audires.» [16] Ut finem orationi Coenus inposuit, XIII clamor undique cum ploratu oritur regem, patrem, dominum confusis appellantium vocibus. [17] Iamque et alii duces praecipueque seniores, quis ob aetatem et excusatio honestior erat et auctoritas maior, eadem pre-
245 cabantur. [18] Ille nec castigare obstinatos nec mitigari poterat iratus. Itaque inops consilii desiluit ex tribunali claudique regiam iussit, omnibus praeter adsuetos adire prohibitis. [19] Biduum irae datum est. Tertio die processit † e regia qui † duodecim aras ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suae; munimenta quoque castrorum iussit extendi cubilia-
250 que amplioris formae quam pro corporum habitu relinqui, ut speciem omnium augeret, posteritati fallax miraculum praeparans. [20] Hinc repetens, quae emensus erat, ad flumen Acesinen locat castra. Ibi forte Coenus morbo extinctus est; cuius morte ingemuit quidem rex, adiecit tamen propter paucos dies longam orationem eum exorsum, tamquam
255 solus Macedoniam visurus esset. [21] Iam in aqua classis, quam aedificari

PBoMbBFLV

235 licebit] licebat **P** *a. c.* 237 circuitu] cuitu **B** *a. c.* 238 ducit] dicit **L** *a. c.* 239 cum] cu **P** 240 loquentium] loquentis *Meiser* 241 orationi] hor- **F** *a. c.* Coenus] *Aldus*: poenus **ω** 242 clamor] clam **F** *a. c.* 244 ob] ab **PBF** *a. c.* precabantur] *alterum* -a- **L**corr *in ras.* 245 mitigari] *Kinch*: migrare **P**: migare **P**corr: mitigare **Σ** poterat] -tera **L** *a. c.* iratus] iratos **Σ** 246 ex] *Hedicke*: et **P**: e **Σ** claudique] cludique **P**: claudiaque **F** *a. c.* 247 adire] adhire **P** 248 † e regia qui † erigique *Bruno*: e regia erigique *Prohasel* monumentum] **Mb**: munimentum **ω** 249 expeditionis] expedito onis **P** *a. c.* munimenta] mon- **P** 250 habitu] ab- **L** *a. c.* relinqui] -n- **P**corr *in ras.*: reliqui **L** *a. c.* 251 praeparans] apparens **B** *a. c.* Hinc] hic **V** *a. c.* repetens] repepentes **B** *a. c.* 252 Acesinen] *Hedicke*: acaestimen **P**: acaestimem **BF**: acestimem **LV**: Acesinem *Aldus* 253 Coenus] *Aldus*: poenus **ω** morte] morti *Damsté* 255 in aqua] a- **P**corr *in ras.*: inquam **BoMb**

iusserat, stabat; In<ter> ha<e>c Memnon ex Thracia in supplementum
equitum v milia, praeter eos ab Harpalo peditum vii milia, adduxerat
armaque xxv milibus auro et argento caelata pertulerat. 22 Quis distributis
vetera cremari iussit. Mille navigiis aditurus Oceanum discordesque et
vetera odia retractantes Porum et Taxilen, Indiae reges, firmata[e] per 260
adfinitatem gratia[e], reliquit in suis regnis, summo in aedificanda classe
amborum studio usus. 23 Oppida quoque duo condidit, quorum alterum
Nicaeam appellavit, alterum Bucephalum, equi, quem amiserat,
memoriae ac nomini dedicans urbem. 24 Elephantis deinde et in-
pedimentis terra sequi iussis, secundo amne defluxit, quadraginta ferme 265
stadia singulis diebus procedens, ut opportunis locis exponi subinde
copiae possent.

xiv **IV** Perventum erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini
committitur; hinc decurrit in fines Siborum. 2 Hi de exercitu Herculis 270
maiores suos esse memorant: aegros relictos cepisse sedem, quam ipsi
obtinebant. 3 Pelles ferarum pro veste, clavae tela erant, multaque etiam,
cum Graeci mores exolevissent, stirpis ostendebant vestigia. 4 Hinc
escensione facta cc et l stadia processit, depopulatusque regionem,
oppidum, caput eius, corona cepit. 5 xl milia peditum alia gens in ripa 275

PBoMbBFLV

256 In<ter> ha<e>c *Iunta* Thracia] tracia **P** *a. c.* **F**: hratia **V** supplementum] suple- **P** 257 milia] *om.* **Σ** Harpalo] **ς**: harpelo **PB**[corr]**FLV**: arpelo **B** 258 xxv] xx **B** *a. c.* Quis] qui<bu>s **V**[corr] distributis] distribtis **L** *a. c.* 260 firmata[e] *Modius* 261 gratia[e] *Modius* reliquit] relinquit **Σ** 262 amborum] arborum **PMb** usus] usos **P**: *om.* **BoMb** 263 Bucephalum] bucefalum **V**: Bucephalam **ς**: Bucephala *Hedicke* 264 Elephantis] ephantis **L** *a. c.* deinde] *om.* **V** *a. c.* 266 opportunis] oppotunis **L** *a. c.*: oportunis **V** 269 Hydaspes] *Merula*: hidaspis **ω** *(*-s*pis **L***)* Acesini] *Modius*: acessino **ω** 270 committitur] commititur **L** *a. c.* hinc] hin **V** *a. c.* Siborum] *Zumpt*: soborum **PBFL**: oborum **V** Hi] hic **P**: i **V** *a. c.* 271 aegros] aegro **L** *a. c.* relictos] *Acidalius*: relictos se **PColSig**: relictos *(*-o **L** *a. c.)* esse **Σ** cepisse] coep- **B** *a. c.* **L**: caep- **V** 272 obtinebant] obstinebant **P**: optinebat **F** *a. c.* clavae] clava **B**[corr] 274 escensione] **B**[corr]: exce- **ω** processit] **ς**: excessit **ω** regionem] regiones **V**[corr] 275 cepit] coep- **PBF**: caep- **V** milia] *om.* **Σ** *(*** **L***)* alia] milia **Σ**: *pro* alia gens, Agalassenses *Wesselingius*: gens **ς** ripa] rippa **V**

fluminum opposuerat; quae, amne superato, in fugam conpulit in-
clusosque moenibus expugnat. Puberes interfecti sunt, ceteri venierunt.
6 Alteram deinde urbem expugnare adortus magnaque vi defendentium
pulsus, multos Macedonum amisit. Sed, cum in obsidione perseverasset,
280 oppidani, desperata salute, ignem subi<e>cere tectis se[quo]que ac libe-
ros coniugesque incendio cremant. 7 Quod cum ipsi augerent, hostes
extinguerent, nova forma pugnae erat: delebant incolae urbem, hostes
defendebant. Adeo etiam naturae iura bellum in contrarium muta[n]t.
8 Arx erat oppidi intacta, in qua praesidium dereliquit: ipse navigiis
285 circumvectus arcem. Quippe III flumina tota India praeter Gangen xv
maxima munimento arcis adplicant undas: a septentrione Indus adluit,
a meridie [h]Acesines Hydaspi confunditur. 9 Ceterum amnium coetus
maritimis similes fluctus movet, multoque ac turbido limo, quod aquarum
concursu subinde turbatur, iter, qua meat<ur> navigiis, in tenuem alveum
290 cogitur. 10 Itaque, cum crebri fluctus se inveherent et navium hinc proras,
hinc latera pulsarent, subducere nautae vela coeperunt. Sed ministeria
eorum hinc aestu, hinc praerapida celeritate fluminum occupantur. 11 In
oculis omnium duo maiora navigia submersa sunt; leviora, cum et ipsa
nequirent regi, in ripam tamen innoxia expulsa sunt. Ipse rex in
295 rapidissimos vertices incidit, quibus intorta navis obliqua et gubernaculi
inpatiens agebatur. 12 Iam vestem detraxerat corpori proiecturus semet
in flumen, amicique, ut exciperent eum, haud procul nabant, adpa-

PBoMbBFLV

276 fugam] fuga **V** 279 obsidione] -o- **L**^{corr} *in ras.* 280 desperata] desperate **F** *a. c.* subi<e>cere **Mb**: subicere <coeperunt> *Novák* se[quo]que *Hedicke* 281 Quod] ut **V** *a. c.* augerent] augerent <ut> **V**^{corr} 282 erat] erant **FV**^{corr} 283 defendebant] *Modius*: extinguebant **ω** *(*-in*gu- **L***)* etiam] etia **F** muta[n]t *Laetus (*m*u- **F***)* 284 navigiis] naugiis **L** *a. c.* 285 Gangen] gengen **F** 286 maxima] maximam **P** adluit] atluit **P** 287 [h]Acesines **BoMb** Hydaspi] hidaspi **Σ** coetus] **B**^{corr}**F**: cetus *rell.* 288 fluctus] flec- **F** *a. c.* 289 concursu] concusu **L** *a. c.* meat<ur> *Heinsius* 290 cogitur] cog*i- **L** crebri] c- **L**^{corr} *in ras.* 291 coeperunt] cep- **L** 292 aestu] *Jeep*: cetu **ω** praerapida] praeradida **F**: -pida cel. ... maiora *om.* **P** *a. c.* occupantur] hoc- **P**^{corr} 293 omnium duo maiora] *Acidalius*: duo maiora **P**^{corr}**ColSigBoMb**: duo maiora omnium **Σ** 295 navis] navigii **P** 296 semet] sem **F** *a. c.* 297 exciperent] -c- **L**^{corr} *in ras.* nabant] na<ta>bant **V**^{corr}

rebatque anceps periculum tam nataturi quam navigare perseverantis. [13] Ergo ingenti certamine concitant remos, quantaque vis humana esse poterat admota est, ut fluctus, qui se invehebant, everberarentur. [14] Findi crederes undas et retro gurgites cedere. Quibus tandem navis erepta non tamen ripae adplicatur, sed in proximum vadum inliditur: cum amne bellum fuisse crederes. Ergo, aris pro numero fluminum positis sacrificioque facto, XXX stadia processit.

XVI [15] Inde ventum est in regionem Sudracarum Mallorumque, quos alias bellare inter se solitos tunc periculi societas iunxerat. Nonaginta milia iuniorum peditum in armis erant, praeter hos equitum X milia nongentaeque quadrigae. [16] At Macedones, qui omni discrimine iam defunctos se esse crediderant, postquam integrum bellum cum ferocissimis Indiae gentibus superesse cognoverunt, inproviso metu territi rursus seditiosis vocibus regem increpare coeperunt: [17] Gangen amnem et, quae ultra essent, coactum transmittere non tamen finisse, sed mutasse bellum. Indomitis gentibus se obiectos, ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. [18] Trahi extra sidera et solem cogique adire, quae mortalium oculis natura subduxerit. Novis identidem armis novos hostes existere. Quos ut omnes fundant fugentque, quod praemium ipsos manere? Caliginem ac tenebras et perpetua<m> nocte<m> profundo incubantem mari, repletum inmanium beluarum gregibus fretum, inmobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit. [19] Rex non sua, sed militum sollicitudine anxius, contione

PBoMbBFLV

298 nataturi] natatura **F** *a. c.*: naturi **V** *a. c.* 299 certamine] certamina **P** concitant] -c- **L**^{corr} *in ras.* remos] ramos **P** vis] vi **L** *a. c.* humana] humanam **V** 300 poterat] poterit **F** *a. c.* se invehebant] **BoMb**: in se vehebant **ω** everberarentur] everberar **F**: everbarentur **L** *a. c.* 301 cedere] credere **V** 302 ripae] rpae **P** amne] amni **Σ** *(in* **B** *postea corr.)* 305 in regionem] *om.* **L** <ad> *add.* **L**^{corr} Mallorumque] malo- **L** *a. c.* 306 bellare] bella **L** *a. c.* periculi] ber- **L** iunxerat] iuncxe- **V** Nonaginta milia] *Loccenius*: $\overline{\text{VIIII}}$ **ω** 308 quadrigae] quadregae **F** *a. c.* At] ad **F** 310 inproviso] **L**^{corr}: inprovisu **ω** 311 coeperunt] cep- **F** 312 coactum] *Glareanus*: coactos **ω** transmittere] -mitere **L** *a. c.*: transmisere **V**: omittere *Kinch* tamen] -em **L** sed mutasse] *om.* **P** 315 subduxerit] *Acidalius*: subduxerat **ω** hostes] os- **L** *a. c.* 316 fugentque] fugenque **L** Caliginem] caligine **V** 317 perpetua<m> nocte<m> **ς** 319 anxius] ancx- **V** contione] contion **F** *a. c.*

320 advocata, docet inbelles esse, quos metuant: nihil deinde praeter has gentes obstare, quominus terrarum spatia emensi ad finem simul mundi laborumque perveniant. [20] Cessisse illis metuentibus Gangen et multitudinem nationum, quae ultra amnem essent; declinasse iter eo, ubi par gloria, minus periculum esset. [21] Iam prospicere se Oceanum,
325 iam perflare ad ipsos auram maris: ne inviderent sibi laudem, quam peteret. Herculis et Liberi Patris terminos transituros illos, regi suo parvo inpendio inmortalitatem famae daturos: paterentur se ex India redire, non fugere. [22] Omnis multitudo et maxime militaris mobili impetu XVII effertur: ita seditionis non remedia quam principia maiora sunt. [23] Non
330 alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus iubentium, duceret dis secundis aequaretque gloria, quos aemularetur. Laetus his adclamationibus ad hostes protinus castra movit. [24] Validissimae Indorum gentes erant et bellum inpigre parabant ducemque ex natione Sudracarum spectatae virtutis elegerant. Qui sub radicibus montis castra posuit lateque ignes,
335 ut speciem multitudinis augeret, ostendit, clamore quoque ac sui moris ululatu identidem adquiescentes Macedonas frustra terrere conatus. [25] Iam lux adpetebat, cum rex, fiduciae ac spei plenus, alacres milites arma capere et exire in aciem iubet. Sed (haud traditur metune an oborta seditione inter ipsos) subito profugerunt barbari; [26] certe avios montes et inpeditos
340 occupaverunt. Quorum agmen rex frustra persecutus, inpedimenta cepit. Perventum deinde est ad oppidum Sudracarum, in quod plerique XVIII

PBoMbBFLV

320 praeter] praete **L** *a. c.* 321 spatia] spati **F**: -a- **L**^{corr} *in ras.* 322 laborumque] **OBoMb**: laboremque **ω**: laborisque **L**^{corr} Cessisse] *ita* **F**^{corr} *in ras.*: <Con>cessisse *Hedicke*: Cessisse <se> *Vogel* Gangen] gangen **P** et] ex **P** 323 amnem] annem **P** *a. c.* **F**: *om.* **Mb** essent] esset **F** declinasse] declinasset **PBoMb** 324 esset] esse **F** 327 inpendio] inpan- **F** *a. c.* 329 effertur] *Vindelinus*: adfertur **ω** seditionis] seditioni **L** *a. c.* principia] -ia **F**^{corr} *in ras.*: -rinc- **L**^{corr} *in ras.* maiora] tardiora *Eussner* 330 clamor] clamor ***** **F** 332 Indorum] idorum **F** *a. c.* 333 Sudracarum] sad- **P** 334 Qui] *ita* **F**^{corr} *in ras* ignes] ignis **F** 336 Macedonas] macedones **BoMbF** *a. c.* 338 haud] *Acidalius*: u **P**: ut **P**^{corr}**Σ**: ut <processerunt, non> *Novák* 339 subito] -u- L^{corr} *in ras.* certe] *post* ipsos *transp. Castiglioni et huc* et 340 occupaverunt] occupa **F** *a. c.* persecutus] pes- **L** *a. c.* cepit] coep- **PBF**^{corr} 341 Sadracarum] *alterum* -a- **L**^{corr} *in ras.* in quod] **ς**: id quo **ω**: in quo **B**^{corr}: quo *Castiglioni*

confugerant, haud maiore fiducia moenium quam armorum. [27] Iam <aciem> admovebat rex, cum vates monere eum coepit, ne[c] committeret aut certe differret obsidionem: vitae eius periculum ostendi. [28] Rex Demophontem (is namque vates erat) intuens: «Si quis» inquit «te arti 345 tuae intentum et exta [ex]<s>pectantem sic interpellet, non dubitem, quin incommodus ac molestus videri tibi possit.» [29] Et cum ille ita prorsus futurum respondisset: «Censesne» inquit «tantas res, non pecudum fibras ante oculos habenti ullum esse maius inpedimentum quam vatem superstitione captum?» [30] Nec diutius, quam respondit, moratus, admove- 350 ri iubet scalas cunctantibusque ceteris evadit in murum. Angusta muri corona erat: non pinnae, sicut alibi, fastigium eius distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum saepserat. [31] Itaque rex haerebat magis quam stabat in margine, clipeo undique incidentia tela propulsans; [32] nam unus eminus ex turribus petebatur nec subire milites poterant, 355 quia superne vi telorum obruebantur. Tandem magnitudinem [telorum] periculi pudor vicit: quippe cernebant cunctatione sua dedi hostibus regem. [33] Sed festinando morabantur auxilia; nam, dum pro se quisque certat evadere, oneravere scalas; quis non sufficientibus devoluti unicam spem regis fefellerunt. Stabat enim in conspectu tanti exercitus velut in 360 solitudine destitutus.

PBoMbBFLV

342 confugerant] confugerent **F** *a. c.* haud] aut **PF** 343 <aciem> *add. Lucarini*: <scalas> *add. Kinch, Quicherat*: *post* admovebat *iam* **L**^{corr} *add.* <machinas> coepit] caep- **PF** ne[c] committeret **OBoMb**: ut omitteret aut *Freinsheimius*: ni omitteret, at c. *Kinch* 345 Demophontem] daem- **L** erat] erant **V** quis] quid **F** *a. c.* 346 et] *om.* **L** *a. c.* [ex]<s>pectantem **BoMb** sic] sua **P**: *om.* **BoMb**: sit **V** 347 incommodus] -c- **L**^{corr} *in ras.* possit] posset **L** *a. c.* 348 fibras] fyb- **L** *a. c.* 349 habenti] ab- **P** ullum] illum **Σ** 350 quam respondit] qua respondit **F** *a. c.*: *del. Kinch* 352 distinxerant] disti*nxe- **L**: distincxe- **V** 353 lorica] -c- **L**^{corr} *in ras.* 354 clipeo] cly- **PB** *a. c.* 355 unus] *Stangl*: ubi **PBoMb**: ubique **Σ**: ipse *Hedicke*: *del. Acidalius* petebatur] patebatur **P** 356 superne] sperne **L** *a. c.* [telorum] *del. Bruno* 357 hostibus] -bus **F**^{corr} *in ras.* 358 festinando] festinanando **P** 359 oneravere] <h>on- **L**^{corr}

V Iamque laevam, qua clipeum ad ictus circumferebat, lassaverat clamantibus amicis, ut ad ipsos desiliret, stabantque excepturi, cum ille rem ausus est incredibilem atque inauditam multoque magis ad famam temeritatis quam gloriam insignem. 2 Namque in urbem hostium plenam praecipiti saltu semet ipse inmisit, cum vix sperare posset dimicantem certe et non inultum esse moriturum: quippe, antequam adsurgeret, opprimi poterat et capi vivus. 3 Sed forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet. Itaque stans init pugnam; et, ne circumiri posset, fortuna providerat. 4 Vetusta arbor haud procul muro ramos multa fronde vestitos velut de industria regem protegentes obiecerat. Huius spatioso stipiti corpus [ne circumiri posset] adplicuit, clipeo tela, quae ex adverso ingerebantur, excipiens. 5 Nam cum [comminus] unum procul tot manus peterent, nemo tamen audebat propius accedere; missilia ramis plura quam clipeo incidebant. 6 Pugnabat pro rege primum celebrati nominis fama, deinde desperatio, magnum ad honeste moriendum incitamentum. 7 Sed, cum subinde hostis adflueret, iam ingentem vim telorum exceperat clipeo, iam galeam saxa perfregerant, iam continuo labore gravata genua succiderant. 8 Itaque contemptim et incaute, qui proximi steterant, incurrerunt; e quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent. Nec cuiquam deinde propius incessendi eum animus fuit: procul iacula sagittasque mittebant. 9 Ille, ad omnes ictus expositus, non aegre tamen exceptum poplitibus corpus tuebatur, donec Indus duorum

XIX (363) · 365 · 370 · 375 · 380 · XX (383)

PBoMbBFLV

363 clipeum] clypeum **PB** *a. c.* **L**corr: clypium **L** ictus] ictum **V** *a. c.* 364 desiliret] desileret **P** *a. c.* **L** *a. c.* 365 incredibilem] -l- **L**corr *in ras.* atque] aque **L** *a. c.* multoque] -o- **V**corr *in ras.* 366 quam] *om.* **P** *a. c.* gloriam] *Eussner*: gloriae **ω** 369 opprimi] oprimi **P** libraverat] liberaverat **P** *a. c.* **B** *a. c.* 370 posset] **O**corr: possit **ω** 371 arbor] arbore **V** 373 [ne circumiri posset] *del. Freinsheimius* clipeo] **B**corr**F**corr: clyp- **PBLV**: cle- **F** tela] -e- **L**corr *in ras.* 374 [comminus] *del. Aldus*: quamvis *Jeep* 375 peterent] peteret **P** *a. c.* audebat] auderet *Bentleius* accedere] ace- **L** 376 clipeo] **B**corr**F**: clypeo **PBL**: clyppeo **V** Pugnabat] pugnabant **P** *a. c.* **F** *a. c.* 378 exceperat] exciperat **P** 379 clipeo] **B**corr**F**: clyp- *rell.* gravata] gravia **Σ** 381 excepit] excipit **P** 382 Nec] ne **F** eum] eum** **F** 383 sagittasque] saggi- **V** 384 tamen] *Jeep*: iam **ω**

cubitorum sagittam (namque Indis, ut antea diximus, huius magnitudinis 385
sagittae erant) ita excussit, ut per thoracem paulum super latus dextrum
infigeret. [10] Quo vulnere adflictus, magna vi sanguinis emicante, remisit
arma moribundo similis adeoque resolutus, ut ne ad vellendum quidem
telum sufficeret dextra. [11] Itaque ad spoliandum corpus, qui vulneraverat,
alacer gaudio accurrit. Quem ut inicere corpori suo manus sensit, credo, 390
ultimi dedecoris indignitate commotus, linquentem revocavit animum
et nudum hostis latus subrecto mucrone hausit. [12] Iacebant circa regem
tria corpora, procul stupentibus ceteris. Ille ut, antequam ultimus spiritus
deficeret, dimicans tamen extingueretur, clipeo se adlevare conatus est
[13] et, postquam ad conitendum nihil supererat virium, dextera inpen- 395
dentes ramos conplexus, temptabat adsurgere. Sed, ne sic quidem po-
tens corporis, rursus in genua procumbit, manu provocans hostes, si quis
XXI congredi auderet. [14] Tandem Peucestes per aliam oppidi partem, de-
turbatis propugnatoribus muri, [vestigia persequens regis] supervenit.
[15] Quo conspecto Alexander iam non vitae salutem, sed mortis solacium 400
supervenisse ratus, clipeo fatigatum corpus excepit. Subinde Timaeus et
paulo post Leonnatus, huic Aristonus supervenit. [16] Indi quoque, cum
intra moenia regem esse conperissent, omissis ceteris, illuc concurrerunt
urgebantque protegentes eum. E quibus Timaeus, multis adverso corpore

PBoMbBFLV

385 huius] uius **V** *a. c.* 386 excussit] excusit **L** *a. c.* 387 infigeret] inficeret **PFV** magna] -a **L**corr *in ras.* 388 adeoque] at eoque **P**: ideoque **V** 389 dextra] dextera **Σ** spoliandum] expoliandum **Σ** 390 accurrit] occurrit **PBoMb** 392 subrecto] *testis aliquis, quem inspexit Acidalius*: subiecto **ω** 394 deficeret] deficerat **V** dimicans] demicans **P** tamen] *Vogel*: iam **ω**: iam <ne> **L**corr extingueretur] extig- **L** *a. c.* clipeo] **B**corr**F**: clyp- *rell.* est] *om.* **Σ** *(non bene disp.* **V***)* 396 conplexus] conplexus ****** **V** sic] si **V** 398 auderet] -t *non bene disp. in* **V** oppidi] opi- **V** 399 propugnatoribus] -to- **V**corr *in ras.* muri] *cum* vestigia *coniungunt quidam (deleto* regis*)* [vestigia persequens regis] *del. Lucarini (ceterum* v. p. regi **Σ***)* 400 Quo] qui **F** *a. c.* salutem] *Watt*: suae **ω**: spem *Bentleius*: servatorem *coni. Lucarini* 401 clipeo] **ς**: clyp- **ω** corpus] -o- **L**corr *in ras.* excepit] excoe- **P** Subinde] subit inde **Σ** 402 post] post** **V** Leonnatus] leona- **L** *a. c.* Aristonus] arist<h>o- **V**corr 403 moenia] meunia **V** omissis] omisis **B** 404 eum. E quibus] *Kinch*: cum quibus **PBoMb**: ex quibus **Σ**

405 vulneribus acceptis egregiaque edita pugna, cecidit; [17] Peucestes quoque tribus iaculis confossus non se tamen scuto, sed regem tuebatur; Leonnatus, dum avide ruentes barbaros submovet, cervice graviter icta, semianimis procubuit ante regis pedes. [18] Iam et Peucestes, vulneribus fatigatus, submiserat clipeum; in Aristono spes ultima haerebat; hic
410 quoque graviter saucius tantam vim hostium ultra sustinere non poterat. [19] Inter haec ad Macedonas regem cecidisse fama perlata est. Terruisset alios, quod illos incitavit. Namque, periculi omnis inmemores, dolabris perfregere murum et, qua moliti erant aditum, inrupere in urbem Indosque plures fugientes quam congredi ausos ceciderunt. [20] Non seni-
415 bus, non feminis, non infantibus parcitur: quisquis occurrerat, ab illo vulneratum regem esse credebant. Tandemque internecione hostium iustae irae parentatum est. [21] Ptolomaeum, qui postea regnavit, huic pugnae adfuisse auctor est Clitarchus et Timagenes; sed ipse, scilicet gloriae suae non refragatu<ru>s, afuisse se missum in expeditionem
420 memoriae tradidit: tanta componentium vetusta[te] rerum monumenta vel securitas vel, par huic vitium, credulitas fuit. [22] Rege in tabernaculum relato, medici lignum sagittae corpori infixae ita, ne spiculum moveretur, abscidunt. [23] Corpore deinde nudato, animadvertunt hamos inesse telo nec aliter id sine pernicie corporis extrahi posse, quam ut secando vulnus
425 augerent. [24] Ceterum, ne secantes profluvium sanguinis occuparet, verebantur: quippe ingens telum adactum erat et penetrasse in viscera

PBoMbBFLV

405 edita] -t- **L**^{corr} *in ras.* 406 sed] se **L** *a. c.* 407 submovet] *om.* **B** *a. c.* icta] iacta **PBoMb** 409 clipeum] **B**^{corr}**V**: clyp- *rell.* Aristono] aristonos **P** 411 ad] *om.* **P** 412 omnis] *Modius*: omnes **ω** 413 perfregere] perfringere **PBoMb** moliti] ol- **F** *a. c.* inrupere] irrumpere **PBo** 415 quisquis] qui quis **P** *a. c.* occurrerat] occurrererat **V** 416 internecione] internicione **BF**^{corr}**LV**: internicioe **F** 417 Ptolomaeum] *Hedicke*: tholomeum **P**: ptholomeum **BL**: photolomeum **F**: ptolomeum **V** 418 pugnae] punae **B** *a. c.* Clitarchus] *Aldus*: clytharcus **PBF**^{corr}**LV**: clitarcus **F** Timagenes] **ς**: timagenen **ω** 419 non] *om. Modius* refragat<ur>us *Heinsius* afuisse] adfuisse **PBoMb** 420 vetusta[te] *Iunta* monumenta] **ς**: monimenta **ω** 422 infixae] *Vogel*: infixum **ω** 423 abscidunt] asc- **B** *a. c.* animadvertunt] -nt **L**^{corr} *in ras.* telo] -e- **L**^{corr} *in ras.* 424 secando] *Erasmus*: secundo **ω**

videbatur. [25] Critobulus, inter medicos artis eximiae, sed in tanto periculo territus, <manus> admovere metuebat, ne in ipsius caput parum prosperae curationis reccideret eventus. [26] Lacrimantem eum ac metuentem et sollicitudine propemodum exanguem rex conspexerat: «Quid» inquit «quodve tempus expectas et non quam primum hoc dolore me saltem moriturum liberas? An times, ne reus sis, cum insanabile vulnus acceperim?» [27] At Critobulus tandem, vel finito vel dissimulato metu, hortari eum coepit, ut se continendum praeberet, dum spiculum evelleret: etiam levem corporis motum noxium fore. [28] Rex, cum adfirmasset nihil opus esse iis, qui semet continerent, sicut praeceptum erat, sine motu praebuit corpus. Igitur, patefacto latius vulnere et spiculo evolso, ingens vis sanguinis manare coepit linquique animo rex et, caligine oculis offusa, velut moribundus extendi. [29] Cumque profluvium medicamentis frustra inhiberent, clamor simul atque ploratus amicorum oritur regem expirasse credentium. Tandem constitit sanguis paulatimque animum recepit et circumstantes coepit agnoscere. [30] Toto eo die ac nocte, quae secuta est, armatus exercitus regiam obsedit, confessus omnes unius spiritu vivere. Nec prius recesserunt, quam conpertum est somno paulisper adquiescere; hinc certiorem spem salutis eius in castra ret<t>ulerunt.

XXIII **VI** Rex, VII diebus curato vulnere necdum obducta cicatrice, cum audisset convaluisse apud barbaros famam mortis suae, duobus navigiis iunctis,

PBoMbBFLV

427 videbatur] videba*tur **F** Critobulus] *Bruno*: critobolos **ω** artis] artus **V** 428 <manus> *add. Bruno, post* metuebat *Walter*: <artem> *add. Heinsius* admovere] amovere **Σ** metuebat] metuebant **V** 429 metuentem] metu *Bentleius*: metu <renu>entem *Walter* 430 Quid] quit **V** 431 non quam] numquam **L** *a. c.* dolore] *post* saltem *elegantius legeretur* 432 cum] vel **P** 433 Critobulus] *Bruno*: critobolus **ω** 435 etiam] etetiam **L** 436 opus] -u- **L**[corr] *in ras.* iis] is **F** praeceptum] praecep*tum **L** 437 patefacto] pact- **F** *a. c.* evolso] evul- **FL**[corr] 438 manare] mare **L** *a. c.* coepit] cep- **PF** offusa] effusa **P**: suffusa **BoMb** 439 velut] veluti **F** *a. c.* **V** extendi] extende **L** *a. c.* 440 atque] ad- **F** *a. c.* 441 recepit] recipit **P** et] *fort. om.* **B** 442 coepit] cep- **PF** 443 regiam] reigiam **L** 445 certiorem] ce**r- **L** ret<t>ulerunt **ς** 447 obducta] obdicta **F** *a. c.* audisset] -t **L**[corr] *in ras.* 448 convaluisse] *om.* **F** *a. c.*

statui in medio undique conspicuum tabernaculum iussit, ex quo se
450 ostenderet perisse credentibus, conspectusque ab incolis spem hostium,
falso nuntio conceptam, inhibuit. [2] Secundo deinde amne defluxit,
aliquantum intervalli a cetera classe praecipiens, ne quies perinvalido
adhuc necessaria pulsu remorum inpediretur. [3] Quarto, postquam na-
vigare coeperat, die pervenit in regionem desertam quidem ab incolis,
455 sed frumento et pecoribus abundantem. Placuit is locus et ad suam et ad
militum requiem. [4] Mos erat principibus amicorum et custodibus corporis
excubare ante praetorium, quotiens adversa regi valitudo incidisset. Hoc
tum quoque more servato, universi cubiculum eius intrant. [5] Ille sollicitus,
ne quid novi adferrent, quia simul venerant, percontatur, num hostium
460 repens nuntiaretur adventus. [6] At Craterus, cui mandatum erat, ut amicorum preces perferret ad eum: «Credisne» inquit «adventu magis   XXIV
hostium, ut iam in vallo consisterent, sollicitos fuisse quam cura salutis
tuae, ut nunc est, tibi vilis? [7] Quantalibet vis omnium gentium conspiret
in nos, inpleat armis virisque totum orbem, classibus maria consternat,
465 invisitatas beluas inducat: tu nos praestabis invictos. [8] Sed quis deorum
hoc Macedoniae columen ac sidus diuturnum fore polliceri potest, cum
tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas
trahere te in casum? [9] Quis enim tibi superstes aut optat esse aut potest?
Eo pervenimus auspicium atque imperium secuti tuum, unde, nisi te
470 reduce, nulli ad penates suos iter est. [10] Quodsi adhuc de Persidis regno
cum Dareo dimicares, etsi nemo vellet, tamen ne admirari quidem posset,

PBoMbBFLV

449 statui] **P**^{corr}**B**^{corr}**L**^{corr}**V**: statuit *rell.*   medio] *Lucarini*: medium **ω**   quo] -o **L**^{corr} *in ras.*   451 conceptam] conceptum **F** *a. c.*: concectam **L** *a. c.*   amne] anne **B** *a. c.*   453 pulsu] pulsa **P** *a. c.*   inpediretur] inpedretur **P** *a. c.*   454 coeperat] cep- **PF**: coeperit **V** *a. c.*   455 abundantem] hab- **P**   is] his **PF** *a. c.*   *tertium* et *om.* **P** *a. c.*   456 principibus] princibus **P**   458 universi] uniumsi **V**   sollicitus] soli- **P**   460 repens] *Vogel*: recens **ω**   cui] cu **L** *a. c.*   461 amicorum] ami*c- **L**   Credisne] **L**^{corr}: credesne **ω**   462 vallo] valido **B** *a. c.*   sollicitos] sollicitus **BF** *a. c.* **L** *a. c.*   fuisse] *Lucarini*: esse **ω**   464 consternat] -at **L**^{corr} *in ras.*   465 invisitatas] in**sitatas **L**   praestabis] praestabs **F**: praestabilis **V**   469 atque] ad- **F** *a. c.*   470 penates] penatos **F** *a. c.*   471 ne] nec **Σ**

tam promptae esse te ad omne discrimen audaciae: nam ubi paria sunt periculum ac praemium, et secundis rebus amplior fructus est et adversis solacium maius. [11] Tuo vero capite ignobilem vicum emi, quis ferat non tuorum modo militum, sed ullius gentis barbarae civis, qui tuam magnitudinem novit? [12] Horret animus cogitationem rei, quam paulo ante vidimus. Eloqui timeo invicti corporis spolia inertissimas manus fuisse infecturas, nisi te interceptum misericors in nos fortuna servasset. [13] Totidem proditores, totidem desertores sumus, quot te non potuimus persequi. Universos licet milites ignominia notes, nemo recusabit luere id quod, ne admitteret, praestare non potuit. [14] Patere nos, quaeso, alio modo esse viles tibi. Quocumque iusseris, ibimus. Obscura pericula et ignobiles pugnas nobis deposcimus: temetipsum ad ea serva, quae magnitudinem tuam capiunt. Cito gloria obsolescit in sordidis hostibus nec quicquam indignius est quam consumi eam, ubi non possit ostendi.» [15] Eadem fere Ptolomaeus et similia his ceteri. Iamque confusis vocibus flentes eum orabant, ut tandem exsatiatus laudi modum faceret ac saluti suae, id est publicae, parceret.

XXV [16] Grata erat regi pietas amicorum; itaque, singulos familiarius amplexus, considere iubet, [17] altiusque sermone repetito: «Vobis quidem,» inquit «o fidissimi piissimique civium atque amicorum, grates ago habeoque non solum [m]eo nomine, quod hodie salutem meam vestrae praeponitis, sed quod a primordiis belli nullum erga me benivolentiae pignus atque indicium omisistis, adeo ut confitendum sit numquam mihi

475

480

485

490

PBoMbBFLV

474 solacium] -a- **L**corr *in ras.* maius] ma**ius **V** 475 modo] nodo **L** *a. c.* 477 inertissimas] inher- **P** 478 infecturas] *Zumpt*: iniecturas **ω** 479 sumus] *om.* **V** quot] quod **F** *a. c.* **LV** 480 Universos] uniumsos **L** *a. c.* **V** ignominia] -g- **L**corr *in ras.* recusabit] recusavit **L** *a. c.* 481 admitteret] amitteret **PColSigBoMb** 482 viles tibi] -s tibi **P**corr *in ras.* Obscura] obcra **L** *a. c.* 483 ignobiles] ino- **L** *a. c.* temetipsum] -u- **L**corr *in ras.* 485 indignius] indignus **F** possit] posit **P** *(-t in ras.)*: posset **Mb** 486 Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomeus **PBL**: tholomeus **F**: ptolomeus **V** 487 exsatiatus] *Hedicke*: exsaciatae **PBLV**: ex sacietate **F** 491 atque] adque **F** *a. c.* **L** 492 [m]eo *Francinus* hodie] od- **V** 493 praeponitis] proponitis **PBo** belli] belli* **F** nullum] nu*l- **L** 494 atque] ad- **F** *a. c.* **L** *a. c.* omisistis] omissi- **V** confitendum] confidendum **P**

495 vitam meam fuisse tam caram, quam esse coepit <...> ut vobis diu frui
possim. [18] Ceterum non eadem est cogitatio eorum, qui pro me mori
optant, et mea, qui quidem hanc benivolentiam vestram virtute meruisse
me iudico. Vos enim diuturnum fructum ex me, forsitan etiam perpetuum
percipere cupiatis: ego me metior non aetatis spatio, sed gloriae. [19] Licuit
500 paternis opibus contento intra Macedoniae terminos per otium corporis
expectare obscuram et ignobilem senectutem; quamquam ne pigri quidem
sibi fata disponunt, sed unicum bonum diuturnam vitam existimantes
saepe acerba mors occupat. Verum ego, qui non annos meos, sed victorias
numero, si munera fortunae bene conputo, diu vixi. [20] Orsus a Macedonia
505 imperium Graeciae teneo, Thraciam et Illyrios subegi, Triballis Maedisque
imperito, Asiam, qua Hellesponto, qua Rubro mari subluitur, possideo.
Iamque haud procul absum fine mundi, quem egressus aliam naturam,
alium orbem aperire mihi statui. [21] Ex Asia in Europae terminos momen-
to unius horae transivi. Victor utriusque regionis post nonum regni me-
510 i, post vicesimum atque octavum annum <vitae> videorne vobis in
excolenda gloria, cui me uni devovi, posse cessare? Ego vero non deero
et, ubicumque pugnabo, in theatro terrarum orbis esse me credam. XXVI
[22] Dabo nobilitatem ignobilibus locis, aperiam cunctis gentibus terras,
quas natura longe submoverat. In his operibus extingui mihi, si fors ita
515 feret, pulchrum est: ea stirpe sum genitus, ut multa<m> prius quam
longam vitam debeam optare. [23] Obsecro vos, cogitate nos pervenisse in
terras, quibus feminae ob virtutem celeberrimum nomen est. Quas urbes

PBoMbBFLV

495 coepit] cep- **PF** <...> *lac. ind. Lucarini* frui] fui **L** *a. c.* 496 mori optant] mori aptant **P**: moria optant **FV**: mori*optant **L** 497 et mea, qui quidem] *Bruno*: et quidem meam **P**: meam et quidem **Σ**: et mea qui *Novák* vestram] vestra **L** 502 fata] facta **V** existimantes] existimates **L** *a. c.* 505 Graeciae] **ς**: graeciam **ω** teneo] -n- **L**^{corr} *in ras.* Thraciam] traciam **F**: hraciam **F** *a. c.* **V** Illyrios] yllyrios **P**: illirios **F** 507 haud] aut **F** 509 horae] ore **P** nonum] -u- **L**^{corr} *in ras.* 510 atque] ad- **F** *a. c.* annum] <aevi> annum *Prohasel* <vitae> *add. Jeep, ante* vicesimum *add. Walter* 511 uni] uno uni **P**: unum uni **O** 512 theatro] threatro **P**: theato **L** *a. c.* 513 gentibus] -bus **V**^{corr} *in ras.* 514 extingui] extngui **L** *a. c.* 515 pulchrum] pulcrum **PF** stirpe] styr- **F** multa<m> *Bruno*: inclutam *Meiser*: multa<m gloriam> *Cellarius*

Samiramis condidit! Quas gentis redegit in potestatem! Quanta opera molita est! Nondum feminam aequavimus gloria et iam nos laudis satietas cepit? [24] Di faveant, maiora adhuc restant. Sed ita nostra erunt, quae nondum adiimus, si nihil parvum duxerimus, in quo magnae gloriae locus est. Vos modo me ab intestina fraude et domesticorum insidiis praestate securum: belli Martisque discrimen inpavidus subibo. [25] Philippus in acie tutior quam in theatro fuit: hostium manus saepe vitavit, suorum effugere non valuit. Aliorum quoque regum exitus si reputaveritis, plures a suis quam ab hoste interemptos numerabitis. [26] Ceterum, quoniam olim rei agitatae in animo meo nunc promendae occasio oblata est, mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus, si Olympias mater inmortalitati consecretur, quandoque excesserit vita. Hoc, si licuerit, ipse praestabo; hoc, si me praeceperit fatum, vos mandasse <me> mementote.» Ac tum quidem amicos dimisit; ceterum per conplures dies ibi stativa habuit.

XXVII **VII** Haec dum in India geruntur, Graeci milites nuper in colonias a rege deducti, circa Bactra orta inter ipsos seditione, defecerant, non tam Alexandro infensi, quam metu supplicii. [2] Quippe occisis quibusdam popularium, qui validiores erant, arma spectare coeperunt et Bactriana arce, quae quasi <...> neglegentius adservata era[n]t, occupata, barbaros

PBoMbBFLV

518 Samiramis] **OBoMb**: sameramis **ω**: semiramis **L**^corr gentis] gentes **L** *a. c.* redegit] redigit **P** opera] -a **L**^corr *in ras.* 520 cepit] coe- **F** Di] Di <si> *Cornelissen* erunt] erant **V** *a. c.* 521 adiimus] atigimus **Σ**: attigimus **B**^corr**F**^corr**L**^corr duxerimus] dixerimus **P** 524 theatro] threatro **P**: teatro **F** fuit] *om.* **V** manus] manu **P** saepe] saep*e **L** 525 suorum] suor **L** *a. c.* effugere] effuge **L** *a. c.* regum] -u- **L**^corr *in ras.* 527 meo] *om.* **F** *a. c.* 528 atque] ad- **L** 529 mater] mater <mea> **L**^corr inmortalitati] inmortalitate **PBoMb** 530 Hoc] *om.* **Σ** vos] v- **L**^corr *in ras.* 531 <me> *add. Eussner (post* vos *iam* **O***)* mementote] memento **P** dimisit] demisit **P** *a. c.* 534 in[1]] ** **L** colonias] colanias **Σ** *(in* **L** *postea corr.)* 535 circa Bactra] *Loccenius*: garabactra **ω** defecerant] deficerant **P** 536 supplicii] *om.* **V** 537 qui] quia **F** *a. c.*: qui* **L** coeperunt] cep- **P** 538 quasi] a suis *Heinsius*: casu *Acidalius* <...>: <tuta> *add. Hedicke*: <inexpugnabilis> *Novák* neglegentius] neglegantius **L** *a. c.* era[n]t **ς** occupata] occupat **L**: occupant **L**^corr

quoque in societatem defectionis inpulerant. 3 Athenodorus erat princeps
540 eorum, qui regis quoque nomen adsumpserat non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur. 4 Huic Biton quidam, nationis eiusdem, sed ob aemulationem infestus, conparavit insidias invitatumque ad epulas per Boxum quendam Bactrianum in convivio occidit. 5 Postero die, contione advocata, Bito
545 ultro insidiatum sibi Athenodorum plerisque persuaserat; sed aliis suspecta erat fraus Bitonis et paulatim in plures coepit manare suspicio. 6 Itaque Graeci milites arma capiunt occisuri Bitonem, si daretur occasio; ceterum principes eorum iram multitudinis mitigaverunt. 7 Praeter spem suam Biton praesenti periculo ereptus, paulo post insidiatus auctoribus salutis
550 suae. Cuius dolo cognito, et ipsum conprehenderunt et Boxum. 8 Ceterum Boxum protinus placuit interfici, Bitonem etiam per cruciatum necari. Iamque corpori tormenta admovebantur, cum Graeci (incertum ob quam causam) lymphatis similes ad arma discurrunt. 9 Quorum fremitu exaudito, qui torquere Bitonem iuss<i> erant, omisere, veriti ne
555 id facere tumultuantium vociferatione prohiberentur. 10 Ille, sicut nudatus erat, pervenit ad Graecos et miserabilis facies supplicio destinati in diversum animos repente mutavit dimittique eum iusserunt. 11 Hoc modo poena bis liberatus, cum ceteris, qui colonias a rege adtributas reliquerunt, revertit in patriam. Haec circa Bactra et Scytharum terminos gesta.

PBoMbBFLV

540 adsumpserat] adsumpserant **P** 541 cum iis] *Aldus*: cunctis **ω** qui] quae **L** 542 Biton] **ς**: bicon **ω** eiusdem] eius **Σ** 544 Bactrianum] *Bentleius*: macerianum **ω** in] *om.* **B** Bito] *Zumpt*: bico **ω** 545 ultro] ultra **L** Athenodorum] athenorum **V** *a. c.* sed] se **L** 546 fraus] fraucos **P**: f*ais **L**, u *supra* -is *postea add.* Bitonis] *Zumpt*: bocois **P**: biconis **Σ** plures] pleres **P** *a. c.* manare] manere **P** 547 Bitonem] *Zumpt*: bicoani **P**: biconiam **BoMb**: biconi **Σ** ceterum] *Acidalius*: ceteri **ω** 548 mitigaverunt] -nt **L**^{corr} *in ras.* 549 Biton] *Hedicke*: bicon **ω** ereptus] erup- **B** *a. c.* insidiatus] insidiatur *Probasel*: <est> insidiatus *Hedicke (*<est> *post* suae *iam add.* **B**^{corr}*), sed cf. Lucarini "Per una nuova edizione..."* 550 dolo] -o **L**^{corr} *in ras.* 551 Bitonem] *Zumpt*: biconem **ω** 553 lymphatis] lympha<n>tis **B**^{corr}: limphatis **V** *a. c.* similes] similis **P** 554 Bitonem] *Zumpt*: biconem **ω** iuss<i> erant **L**^{corr} 556 miserabilis] **L**^{corr}: miserabiles **ω** 557 dimittique] **L**: dimitique *rell.* 558 poena bis] penabilis **PBoMb** adtributas] adtributos **P** *a. c.* 559 Haec] ec **F**

XXVIII [12] Interim regem duarum gentium, de quibus ante dictum est, C legati adeunt. Omnes curru vehebantur eximia magnitudine corporum, decoro habitu: lineae vestes intexto auro purpuraque distinctae. [13] Ei se dedere ipsos, urbes agrosque referebant, per tot aetates inviolatam libertatem illius primum fidei dicionique permissuros: deos sibi deditionis auctores, non metum, quippe intactis viribus iugum excipere. [14] Rex, consilio habito, deditos in fidem accepit stipendio, quod Arachosiis utraque natio pensitabat, inposito; praeterea II milia et D equites imperat; et omnia oboedienter a barbaris facta. [15] Invitatis deinde ad epulas legatis gentium regulisque, exornari convivium iussit. C aurei lecti modicis intervallis positi erant, lectis circumdederat aulaea purpura auroque fulgentia, quidquid aut apud Persas vetere luxu aut apud Macedonas nova inmutatione corruptum erat, confusis utriusque gentis vitiis in illo convivio ostendens. XXIX [16] Intererat epulis Dioxippus Atheniensis, pugil nobilis et ob eximiam virtutem virium iam et regi pernotus et gratus. Invidi malignique increpabant per seria et ludum saginati corporis sequi inutilem beluam: cum ipsi proelium inirent, oleo madentem praeparare ventrem epulis. [17] Eadem igitur in convivio Corratas Macedo iam temulentus exprobrare ei coepit et postulare, ut, si vir esset, postero die secum ferro decerneret: regem tandem vel de sua temeritate vel de illius ignavia iudicaturum. [18] Et a Dioxippo, contemptim militarem eludente[m] ferociam, accepta condicio est. Ac postero die rex, cum etiam acrius certamen exposcerent, quia deterrere non poterat, destinata exequi

560 565 570 575 580

PBoMbBFLV

560 Interim] inte*rim L' C] *om.* **V** *a. c.* legati] ligati **P** 561 decoro habitu] -oro ha- **P**corr *in ras.*: dec habitu **Bo**: decor habitu **Mb** 562 se dedere] sedere **P** 564 permissuros] **L**corr: permissoros **P**: permisuros **Σ** 567 milia] *om.* **Σ** 568 gentium] gen **B** *a. c.* 570 lectis] lectos **B**corr aulaea] aula **P** 571 aut] haud **FV** aut] haud **V** 573 epulis] eplas **P**: epulas **P**corr Atheniensis] aten- **V** 574 et regi] *Stangl*: a rege **ω** gratus] gratur **V** 576 praeparare] praeparerit **V** 577 Eadem] **ς**: eodem **ω** Corratas] *Hedicke, Perdrizet*: horratas **PBFL**corr**V**: horrates **L** 578 ei] regi* **P**: regi **ColSigBoMb**: egi **F** *a. c.* **V** coepit] cep- **P** *(c- **P**corr in ras.)* 580 contemptim] contentim **P**: contemtim **B** *a. c.* militarem] militare **P** eludente[m] **O** 581 ferociam] for- **P** 582 deterrere] deterre **V**

passus est. [19] Ingens vis militum, inter quos erant Graeci, Dioxippo studebant. Macedo iusta arma sumpserat, aereum clipeum hastamque
585 (sarisam vocant) laeva tenens, dextera lanceam, gladioque cinctus, velut cum pluribus simul dimicaturus. [20] Dioxippus, oleo nitens et coronatus, laeva puniceum amiculum, dextra validum nodosumque stipitem praeferebat. Ea ipsa res omnium animos expectatione suspenderat: quippe armato congredi nudum dementia, non temeritas videbatur. [21] Igitur
590 Macedo, haud dubius eminus interfici posse, lanceam emisit. Quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitasset, antequam ille hastam transferret in dextram, adsiluit et stipite mediam eam fregit. [22] Amisso utroque telo, Macedo gladium coeperat stringere; quem occupatum conplexu, pedibus repente subductis, Dioxippus arietavit in
595 terram, ereptoque gladio, pedem super cervicem iacenti inposuit, stipitem intentans elisurusque eo victum, ni prohibitus esset a rege. [23] Tristis spectaculi eventus non Macedonibus modo, sed etiam Alexandro fuit, maxime quia barbari adfuerant: quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidisse verebatur. [24] Hinc ad criminationem
600 invidorum adapertae sunt regis aures. Et post paucos dies inter epulas aureum poculum ex conposito subducitur ministrique, quasi amisissent, quod amoverant, regem adeunt. [25] Saepe minus est constantiae in rubore, quam in culpa: coniectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, Di-

PBoMbBFLV

583 vis] *Jeep*: hic **ω** Graeci] g. <qui> **B**^{corr} 584 aereum] hereum **P** clipeum] clypeum **PBFLV**^{corr}: clypeom **V** hastamque] *Gertz*: hastam quam **ω** 585 gladioque] gladio <quo>que *Raderus* 586 cum pluribus] compluribus **P** oleo] olen **P** *a. c.*: *om.* **Bo**: o- **L**^{corr} *in ras.* coronatus] co- **L**^{corr} *in ras.* 588 ipsa] *om.* **P** *a. c.* expectatione] -e **L**^{corr} *in ras.* 589 congredi] **B**^{corr}: concredi **ω** 590 emisit] *e misit **P** 591 Dioxippus] *alterum* -p- **L**^{corr} *in ras.* declinatione] declyn- **L** 593 Amisso] amiso **P** Macedo] maceddo **V** quem] cum *Bentleius* 594 sudbuctis] subductus **V** Dioxippus] dioxippus <eum> **L**^{corr} 595 iacenti] iacenti<s> *edd. vett., numerosius* 597 non] n*on **L** 598 quia] qui ad **V** 599 fortitudinem] fortunem **P** *a. c.* ad] a **L** *a. c.* verebatur] querebatur *Meiser* 600 regis aures] ares regis **B**: aures regis **B**^{corr}**FLV** 601 aureum] -um **F**^{corr} *in ras.* 602 amoverant] ammo- **V** rubore] robore **P** 603 ut] et **F** *a. c.*

oxippus ferre non potuit et, cum excessisset convivio, litteris conscriptis, quae regi redderentur, ferro se interemit. [26] Graviter mortem eius tulit 605 rex, existimans indignationis esse, non paenitentiae testem, utique postquam falso insimulatum eum nimium invidorum gaudium ostendit.

XXX **VIII** Indorum legati, dimissi domos, paucis post diebus cum donis revertuntur. CCC erant equites, MXXX currus, quos quadriiugi equi 610 ducebant, lineae vestis aliquantum, mille scuta Indica et ferri candidi talenta C [2] leonesque rarae magnitudinis et tigres, utrumque animal ad mansuetudinem domitum, lacertarum quoque ingentium pelles et dorsa testudinum. [3] Cratero deinde imperat rex, haud procul amne, per quem erat ipse navigaturus, copias duceret; eos autem, qui comitari eum 615 solebant, inponit in naves et in fines Mall[i]orum secundo amne devehitur. [4] Inde Sabarcas adiit, validam Indiae gentem, quae populi, non regum imperio regebatur. LX milia peditum habebant, equitum VI milia; has copias currus D sequebantur; III duces spectatos virtute bellica elegerant. [5] At qui in agris erant proximi<s> flumini (frequentes autem vicos maxime 620 in ripa habebant), ut videre totum amnem, qua prospici poterat, navigiis constratum et tot militum arma fulgentia, territi nova facie deorum exercitum et alium Liberum Patrem, celebre in illis gentibus nomen, adventare credebant. [6] Hinc militum clamor, hinc remorum pulsus variaeque nautarum voces hortantium pavidas aures inpleverant. [7] Ergo universi ad eos, qui in armis erant, currunt furere clamitantes et cum 625 dis proelium inituros: navigia non posse numerari, quae invictos viros veherent. Tantumque in exercitum suorum intulere terroris, ut legatos

PBoMbBFLV

604 ferre] fercre **P** excessisset] excessiset **F** litteris] lite- **L** *a. c.* 606 paenitentiae] potentiae **V** 609 post] *om.* **B** *a. c.* 610 currus] *alterum* -u- **L**corr *in ras.* 612 utrumque] utrimque **B** *a. c.* 614 amne] amme **F** 615 navigaturus] navigiaturos **P** 616 Mall[i]orum *Laetus* 617 Sabarcas] Sabastas *Zumpt*: Sambagras *Hedicke* populi] poli **P** *a. c.* 618 LX] *Freinsheimius*: VI **ω** VI milia] VI **BLV**: VI* **F** 619 bellica] belliaca **B** *a. c.*: belica **L** *a. c.* elegerant] leg- **V** 620 qui] que **B** *a. c.* proximi<s> *Quicherat* maxime] proxime **P** *a. c.* 621 habebant] hale- **L** qua] quasi **V** 626 et] *om.* **B**: ** **L** 627 numerari] numerare **V** *a. c.* viros] -o- **L**corr *in ras.*

mitterent gentem dedituros. [8] His in fidem acceptis, ad alias deinde gentes XXXI
630 quarto die pervenit. Nihilo plus animi his fuit, quam ceteris fuerat. Itaque,
oppido ibi condito, quod Alexandream appellari iusserat, fines eorum,
qui Musicani appellantur, intravit. [9] Hic de Teriolte satrape, quem
Parapamisadis praefecerat, isdem arguentibus, cognovit multaque avare
ac superbe fecisse convictum interfici iussit. [10] Ox<y>artes, praetor Bac-
635 trianorum, non absolutus modo, sed etiam iure amoris amplioris im-
perii donatus est finibus. Musicanis deinde in dicionem redactis, urbi
eorum praesidium inposuit. [11] Inde Praestos, et ipsam Indiae gentem,
perventum est. Porticanus rex erat, qui se munitae urbi cum magna manu
popularium incluserat. Hanc Alexander tertio die, quam coeperat ob-
640 sidere, expugnavit. [12] Et Porticanus, cum in arcem confugisset, legatos
de condicione deditionis misit ad regem; sed antequam adirent eum,
duae turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Ma-
cedones evasere in arcem; qua capta, Porticanus cum paucis repugnans
occiditur. [13] Diruta igitur arce et omnibus captivis venundatis, Sambi XXXII
645 regis fines ingressus est multisque oppidis in fidem acceptis validissimam
gentis urbem cuniculo c[o]epit. [14] Barbaris simile monstri visum est,
rudibus militarium operum: quippe in media ferme urbe armati terra
existebant, nullo suffos<s>i specus ante vestigio facto. [15] LXXX milia Indo-
rum in ea regione caesa Clitarchus est auctor multosque captivos sub co-
650 rona venisse. [16] Rursus Musicani defecerunt; ad quos opprimendos mis-

PBoMbBFLV

629 mitterent] mite- **L** deinde] deinde inde **V** 632 satrape] sa*t- **L** 633 Parapamisadis] *nescio quis*: caracamisadis **PBLV**: caracamissadis **F** 634 Ox<y>artes *Aldus* 637 praesidium] **ς**: imperium **ω** Inde Praestos] Inde <ad> Praestos *Vogel*: In Depraestos *Hedicke* ipsam] <ad> ipsam **L**^{corr} Indiae gentem] indigentem **P** 638 Porticanus] portica porticanus **P** *a. c.*: -r- **L**^{corr} *in ras.* 639 coeperat] caep- **P**: coeerat **L** *a. c.* 641 condicione] condione **L** *a. c.* 642 ingenti] ig- **F** *a. c.* Macedones] *alterum* -e- **L**^{corr} *in ras.* 646 c[o]epit **B**^{corr} monstri] mos- **L** *a. c.* 647 terra] -a **V**^{corr} *in ras.* 648 existebant] existebat **Σ** *(in* **L** *postea corr.)* suffos<s>i **M** *(non disp.* **F** *a. c.)* LXXX milia] *Raderus*: DCCC **PBoMb**: $\overline{\text{DCCC}}$ **Σ** 649 Clitarchus] **B**^{corr}: clitharcus **P**: clitarcus **Σ** auctor] auctor ************ **L** sub] su **L** *a. c.* 650 opprimendos] opprimedos **L** *a. c.*

sus est Pithon, qui captum principem gentis eundemque defectionis auctorem adduxit ad regem. Quo Alexander in crucem sublato, rursus amnem, in quo classem expectare se iusserat, repetit.

[17] Quarto deinde die secundo amne pervenit ad oppidum, quod in regno ultimo erat Sam<b>i. Nuper se ille dediderat, sed oppidani de- 655
trectabant imperium et clauserant portas. [18] Quorum paucitate contempta, rex D Agrianos moenia subire iussit et sensim recedentes elicere extra muros hostem, secuturum profecto, si fugere eos crederet. [19] Agriani, sicut imperatum erat, lacessito hoste, subito terga verterunt; quos barbari effuse sequentes in alios, inter quos ipse rex erat, incidunt. Renovato 660
ergo proelio, ex III milibus barbarorum DC caesi sunt, M capti, ceteri
XXXIII moenibus urbis inclusi. [20] Sed non ut prima specie laeta victoria, ita eventu quoque fuit: quippe barbari veneno tinxerant gladios. Itaque saucii subinde expirabant nec causa tam strenuae mortis excogitari poterat a medicis, cum etiam leves plagae insanabiles essent. [21] Barbari autem 665
speraverant incautum et temerarium regem excipi posse; sed forte inter promptissimos dimicans intactus evaserat. [22] Praecipue Ptolomaeus, laevo humero leviter quidem saucius, sed maiore periculo quam vulnere adfectus, regis sollicitudinem in se converterat. Sanguine coniunctus erat, et quidam Philippo genitum esse credebant; certe pelice eius ortum 670
constabat. [23] Idem corporis custos promptissimusque bellator et pacis

PBoMbBFLV

651 Pithon] *Bruno*: phyton **PBFV**: phiton **L** defectionis] **de- **V** 652 Quo] -o **L**^{corr} *in ras.* sublato] *su- **V** amnem] abnem **V** 653 repetit] repetet **L** *a. c.* 655 regno ultimo] *Vogel*: regnum **ω**: regno imo *Jeep*: regno **L**^{corr} Sam<b>i **ς** detrectabant] detrac- **P** 656 clauserant] clauserat **F** 658 secuturum] -um **L**^{corr} *in ras.* 659 hoste] hosto **B** *a. c.* 661 barbarorum] barbarum **B** *a. c.* M] *om.* **F** *a. c.* 663 tinxerant] tincxe- **PV** saucii] **M**^{corr}**BoMb**: socii **PBFL**^{corr}**V**: sacii **L** 664 expirabant] expirbant **L** *a. c.* mortis] *extra lin. add.* **V** 665 essent] erant **V** *a. c.* autem] vero **B**^{corr}, *ut vid.* 666 sed] *Kinch*: et **ω** 667 dimicans] dem- **L** *a. c.* intactus] tactus **B** *a. c.* evaserat] evasera*t **V** Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomeus **PFL**: ptolomeus **BV** 669 adfectus] -factus **L** *a. c.* regis] regi **P** sollicitudinem] sollicitudin*em **L** coniunctus] coniuctus **L** *a. c.* 670 Philippo] phyl- **FLV** credebant] credebat **F** *a. c.* 671 promptissimusque] promptisimusque **FV**^{corr}: promptisimosque **V** pacis] paucis **P**

artibus quam militiae maior et clarior, modico civilique cultu, liberalis inprimis adituque facili nihil ex fastu regiae adsumpserat. [24] Ob haec regi an popularibus carior esset, dubitari poterat; tum certe primum
675 expertus suorum animos, adeo ut fortunam, in quam postea ascendit, in illo periculo Macedones ominati esse videantur: [25] quippe non levior illis Ptolomaei fuit cura quam regi[s]. Qui et proelio et sollicitudine fatigatus cum Ptolomaeo adsideret, lectum, in quo ipse adquiesceret, iussit inferri. [26] In quem ut se recepit, protinus altior insecutus est somnus.
680 Ex quo excitatus, per quietem vidisse se exponit speciem draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni remedium esse monstrasset; [27] colorem quoque herbae referebat, agniturum, si quis repperisset, adfirmans. Inventam deinde (quippe a multis simul erat requisita) vulneri inposuit, protinusque dolore finito, intra breve spatium cicatrix quoque obducta
685 est. [28] Barbaros, ut prima spes fefellerat, se ipsos urbemque dediderunt. Hinc in proximam gentem Pataliam perventum est. Rex erat Moeris, XXXIV qui, urbe deserta, in montes profugerat. [29] Itaque Alexander oppido potitur agrosque populatur. Magnae inde praedae actae sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. [30] Ducibus deinde sumptis
690 amnis peritis, defluxit ad insulam medio ferme alveo enatam.

IX Ibi diutius subsistere coactus, quia duces socordius adservati profugerant, misit, qui conquirerent alios; nec repertis pervicax cupido visendi Oceanum adeundique terminos mundi <induxit> sine regionis

PBoMbBFLV

672 modico] modoco **P** 674 carior] clarior **V** *a. c.* 675 adeo] ateo **P** *a. c.* 676 quippe] -e **L**corr *in ras.* 677 Ptolomaei] *Hedicke*: ptholomeo **P**: ptholomei **P**corr**B FL**: ptolomei **V** regi[s] *Freinsheimius* 678 Ptolomaeo] *Hedicke*: ptholomeo **PBFL**: ptolomeo **V** 679 inferri] ut ferri **P** *a. c.* recepit] recipit **P**: rec*epit **V** insecutus] insequutus **P** 680 Ex] -x **V**corr *in ras.* per] pro **P** *a. c.* 683 vulneri imposuit] *post* adfirmans *collocant* **PBoMb** 685 fefellerat] fefelleret **F** *a. c.* 686 Pataliam] Patalium *Hedicke* Moeris] meris **V**: Soeris *Lassen* 687 montes] monte **L** *a. c.* 688 potitur] petitur **P** 689 armentorumque] amen- **L** *a. c.* 692 profugerant] profugerat **F** *a. c.* 693 pervicax] pervicit *Bentleius* 694 <induxit> *add. Lucarini*

peritis flumini ignoto caput suum totque fortissimorum virorum salutem 695
permittere. 2 Navigabant ergo omnium, per quae ferebantur, ignari. Quantum inde abesset mare, quae gentes colerent, quam placidum amnis os, quam patiens longarum navium esset, anceps et caeca aestimatio augurabatur: unum erat temeritatis solacium perpetua felicitas. 3 Iam cccc stadia processerant, cum gubernatores agnoscere ipsos auram maris 700
et haud procul videri sibi Oceanum abesse indicant regi. 4 Laetus ille hortari nauticos coepit, incumberent remis: adesse finem laboris omni<bu>s votis expetitum: iam nihil gloriae deesse, nihil obstare virtuti, sine ullo Martis discrimine, sine sanguine oram terrae ab illis capi. Ne naturam quidem longius posse procedere: brevi incognita nisi inmor- 705
talibus esse visuros. 5 Paucos tamen navigio emisit in ripam, qui agrestes vagos exciperent, e quibus certiora nosci posse sperabat. Illi, scrutati omnia tuguria, tandem latentes repperere. 6 Qui interrogati, quam procul abessent mari, responderunt nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse; ceterum tertio die perveniri posse ad aquam amaram, quae 710
corrumperet dulcem. Intellectum est mare destinari ab ignaris naturae eius. 7 Itaque ingenti alacritate nautici remigant et proximo quoque die, quo propius spes admovebatur, crescebat ardor animorum. Tertio iam die mixtum flumini subibat mare, leni adhuc aestu confundente dispares undas. 8 Tum aliam insulam medio amni sitam evecti paulo lentius, quia 715
cursus aestu reverberabatur, adplicant classem et ad commeatus petendos

PBoMbBFLV

695 ignoto] ignoto <compulit> *Müller (idem v. post* mundi *iam add. Foss)* 696 permittere] permitere **L** *a. c.*: permittere <instigabat> *Jeep* 697 abesset] abeet **P**: ab*esse*t **L** 698 navium] navi**um **L** aestimatio] aestimato **F** *a. c.* 699 Iam] cum **P** *a. c.* 700 stadia] stada **L** *a. c.* 702 incumberent] -um- **L**^{corr} *in ras.* omni<bu>s **L**^{corr} 704 Martis] maris **Σ** oram] *Eberhard*: orbem **ω** Ne] ne<c> **B**^{corr}: ne **L**^{corr} *in ras.* 705 longius] logius **F** *a. c.* 706 ripam] ripa **V** 707 sperabat] sperabant **P** scrutati] **L**^{corr}: scrutata **ω** 708 repperere] reppere **F** 709 abessent mari] abesset mare **Σ** 710 tertio] -o **L**^{corr} *in ras.* perveniri] pervenire **F** *a. c.* 712 remigant] remicant **P** 713 admovebatur] -o- **L**^{corr} *in ras.* 715 lentius] *Acidalius*: levius **ω** quia] qua **L** *a. c.* 716 cursus] curs*us **F** reverberabatur] **B**$^{corr\ recent}$**L**^{corr}: reverebrabatur **P**: revereberabatur **P**^{corr}: reverebatur **B**: reverabatur **B**^{corr}**FLV** commeatus] commeatos **P**

discurrunt, securi casus eius, qui supervenit ignaris. 9 Tertia ferme hora erat, cum stata vice Oceanus exaestuans invehi coepit et retro flumen urgere: quod primo coercitum, deinde vehementius pulsum maiore impetu adversum agebatur, quam torrentia praecipiti alveo incurrunt. 10 Ignota vulgo freti natura erat monstraque et irae deum indicia cernere videbantur, identidem intumescens mare et in campos paulo ante siccos descendere superfusum. 11 Iamque levatis navigiis et tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naves trepidi et inproviso malo attoniti recurrunt. 12 Sed in tumultu festinatio quoque tarda est. Hi, dum contis navigia pellebant, remos aptari prohibebant; consederant 13 quidam enavigare properantes, sed non expectatis, qui simul esse debebant, clauda et inhabilia navigia languide moliebantur; aliae navium inconsulte ruentes omnes receperant pariterque et multitudo et paucitas festinantes morabatur. 14 Clamor hinc expectare, hinc ire iubentium dissonaeque voces numquam idem atque unum tendentium non oculorum modo usum, sed etiam aurium abstulerant. 15 Ne in gubernatoribus quidem quicquam opis erat, quorum nec exaudiri vox a tumultuantibus poterat nec imperium a territis incompositisque servari. 16 Ergo conlidi inter se naves abstergerique invicem remi et alii aliorum navigia urgere coeperunt.

(xxxv; 720; 725; 730; 735)

PBoMbBFLV

718 coepit] cep- **P** 719 coercitum] co*er- **V** 720 incurrunt] incurunt **L** *a. c.* 723 descendere] **OBoMb**: discendere **PBF**^{corr}**LV**: discedere **F**: *ceterum verbum molestum fort. delendum (quod iam cogit. Modius)* classe] clas **L** *a. c.* 725 Hi, dum contis navigia pellebant, remos aptari prohibebant] *Lucarini*: hi contis navigia pellebant hi dum remos aptari prohibebant **ω** *(pro* Hi ... hi **ω** *habebat*: II ... II, *quod corr. Laetus; pro* navigia pellebant **BL** *praebent* navigiappellebant: navigia appellebant **FL**^{corr}*)*: Hi contis navigia pellebant, hi, dum considerent, remos aptari prohibebant *Acidalius*: Hi contis navigia pellebant, hi, dum <tumultuantur>, remis aptari prohibebant *Watt*: Hi contis navigia pellebant et remos aptari prohibebant, hi, dum remos aptant, consederant *Meiser* 727 enavigare] enavigaret **P** sed] *del. Vogel* non] *om.* **P** clauda] et clauda **V** 728 inhabilia] inab- **P** languide] de anguide **P** inconsulte] inconsule **F** *a. c.* 729 omnes] *Schefferus*: non **ω**: *del. Mützell*: nimio plures *Halm* 731 numquam] nusquam **P**: numquam <ad> **L**^{corr} atque] ad- **L** 732 Ne] nec **L** 733 nec] ne **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* a] *om.* **P** 734 a territis] atterritis **P** 735 abstergerique] inpingique **ColSig**: *in alba lac. om.* **Mb**: absterique **V** coeperunt] cep- **P**

Crederes non unius exercitus classem vehi, sed duorum navale inisse
certamen. [17] Incutiebantur puppibus prorae, premebantur a sequentibus,
qui antecedentes turbaverant; iurgantium ira perveniebat etiam ad manus.
XXXVI [18] Iamque aestus totos circa flumen campos inundaverat, tumulis
dumtaxat eminentibus velut insulis parvis, in quos plerique trepidi, 740
omissis navigiis, enare properant. [19] Dispersa classis partim in praealta
aqua stabat, qua subsederant valles, partim in vado haereba[n]t, utcumque
inaequale terrae fastigium occupaverant undae, cum subito novus et
pristino maior terror incutitur. [20] Reciprocari coepit mare, magno tractu
aquis in suum fretum recurrentibus, reddebatque terras paulo ante 745
profundo salo mersas. Igitur destituta navigia alia praecipitantur in proras,
alia in latera procumbunt. Strati erant campi sarcinis, armis, avulsarum
tabularum remorumque fragmentis. [21] Miles nec egredi in terram nec in
nave[s] subsistere audebat, identidem praesentibus graviora, quae se-
querentur, expectans. Vix, quae per<pe>tiebantur, videre ipsos crede- 750
bant, in sicco naufragia, in amni mare. [22] Nec finis malorum: quippe
aestum paulo post mare relaturum, quo navigia adlevarentur, ignari
famem et ultima sibimet ominabantur. Beluae quoque, fluctibus de-
XXXVII stitutae, terribiles vagabantur. [23] Iamque nox adpetebat et regem quoque
desperatio salutis aegritudine adfecerat. Non tamen invictum animum 755
curae obruunt, quin tota nocte persederet in speculis equitesque
praemitteret ad os amnis, ut, cum mare rursus exaestuare sensissent,

PBoMbBFLV

736 Crederes] vederes **L** *a. c.* non] ne **P** inisse] initum esse *Jeep*: in<cid>isse *Novák* 738 iurgantium] iurgatium **L** *a. c.* 740 trepidi] trepido **L** *a. c.* 741 omissis] missis **L** *a. c.* 742 aqua] inqua **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* qua] quas **P**: qua subsederant valles *del. Damsté* haereba[n]t **ς** 743 cum] tum **L** novus] novis **P**: nous **L** *a. c.* 745 reddebatque] reddebantque **PBo**: redebatque **L** *a. c.* 747 latera] latena **L** *a. c.* procumbunt] procumbant **F** *a. c.* erant] erat **F** *a. c.* 748 Miles] mile **L** *a. c.* 749 nave[s] **BoMb** identidem] identidem idem **P**[corr] 750 per<pe>tiebantur **L**[corr]: partiebantur **B**[corr] 751 finis] *Laetus*: fines **ω** 752 relaturum] *primum* -u- **L**[corr] *in ras.* adlevarentur] adleverentur **BFLV**[corr] 754 et regem] *om.* **P** *a. c.* 755 aegritudine] aegret- **Σ** *(in* **BFL** *deinde corr.)* 756 quin] *non bene disp.* **L** persederet] persideret **Σ** 757 os] ōs **F** exaestuare] extuare **P** sensissent, praecederent] sensisent, praecederen **L** *a. c.*

praecederent. [24] Navigia quoque et lacerata refici et eversa fluctibus erigi iubet paratosque esse et intentos, cum rursus mare terras inundasset.
760 [25] Tota ea nocte inter vigilias adhortationesque consumpta, celeriter et equites ingenti cursu refugere et secutus est aestus. Qui primo aquis leni tractu subeuntibus coepit levare navigia, mox totis campis inundatis etiam inpulit classem. [26] Plaususque militum nauticorum<que>, insperatam salutem inmodico celebrantium gaudio, litoribus ripisque resonabat. Un-
765 de tantum redisset subito mare, quo pridie refugisset, quaenam esset eiusdem <ele>menti[s] natura modo discors, modo imperio temporum obnoxia, mirabundi requirebant. [27] Rex cum ex eo, quod acciderat, coniectaret post solis ortum statum tempus esse, <...>, media nocte, ut aestum occuparet, cum paucis navigiis secundo amne defluxit. Evectusque os
770 eius CCCC stadia processit in mare tandem voti sui compos. Praesidibusque et maris et locorum dis sacrificio facto, ad classem rediit.

X Hinc adversum flumen subit classis et altero die adpulsa est haud procul lacu salso, cuius incognita natura plerosque decepit temere ingressos XXXVIII
775 aquam. Quippe scabies corpora invasit et contagium morbi etiam in alios vulgatum est. Oleum remedio fuit. [2] Leonnato deinde praemisso, ut puteos foderet, qua terrestri itinere ducturus exercitum videbatur (quippe sicca erat regio), ipse cum copiis subsistit, vernum tempus expectans. [3] Interim et urbes plerasque condidit <et> Nearcho atque
780 Onesicrito, nauticae rei peritis, imperavit, ut validissimas navium deducerent in Oceanum progressique, quoad tuto possent, naturam maris

PBoMbBFLV

760 ea] *om.* **V** *a. c.* adhortationesque] ador- **V** *a. c.* 761 aquis] equis **P** *a. c.* 762 levare] lavare **P** inundatis] *Hedicke*: inundantes **ω** 763 Plaususque] *pro* -l- **V** -a- *coeperat scribere* nauticorum<que> *Iunta* 764 inmodico] -o- **L**[corr] *in ras.* 765 eiusdem <ele>menti[s] **B**[corr]: eius[dem] <ele>menti[s] *Kinch* 766 modo[1]] mo **L** *a. c.* 768 esse] **BoMb**: esset **P**: esse et **Σ** <...> *lac. indic. Lucarini* 769 os] ōs **F** 770 stadia] stastadia **P** in] i **V** *a. c.* Praesidibusque] praesidiusque **V** 773 est] es **V** haud] haut **P** 774 lacu] laccu **V** incognita] ingnita **L** *a. c.* 775 Quippe] quppe **F** 776 est] *om.* **F** *a. c.* 777 ducturus] dic- **F** 778 vernum] **B**[corr]: verni **ω** 779 plerasque] plerosque **B** *a. c.* <et> *add. Kinch*

noscerent: vel eodem amne vel Euphrate subire eos posse, cum reverti ad
XXXIX se vellent. 4 Iamque mitigata hieme et navibus, quae inutiles videbantur,
crematis, terra ducebat exercitum. 5 Nonis castris in regione<m> Arabiton,
inde totidem diebus in Cedrosiorum perventum est. Liber hic populus, 785
concilio habito, dedidit se nec quicquam deditis praeter commeatus
imperatum est. 6 Quinto hinc die venit ad flumen: Arabum incolae
appellant. Regio deserta et aquarum inops excipit; quam emensus in
Horitas transit. Ibi maiorem exercitus partem <H>eph<a>estioni tradidit,
levem armaturam cum Ptolomaeo Leonnatoque partitus est. 7 Tria simul 790
agmina populabantur Indos magnaeque praedae actae sunt: maritimos
Ptolomaeus, ceteros ipse rex et ab alia parte Leonnatus urebant. In hac
quoque regione urbem condidit, deductique sunt in <e>am Arachosii.
XL 8 Hinc pervenit ad maritimos Indos. Desertam vastamque regionem late
tenent ac ne cum finiti[ssi]mis quidem ullo commercii iure miscentur. 795
9 Ipsa solitudo natura quoque inmitia efferavit ingenia: prominent ungues
numquam recisi, comae hirsutae et intonsae sunt. 10 Tuguria conchis et
ceteris purgamentis maris instruunt. Ferarum pellibus tecti, piscibus sole
duratis et maiorum quoque beluarum, quas fluctus eiecit, carne vescuntur.
11 Consumptis igitur alimentis, Macedones primo inopiam, deinde ad 800
ultimum famem sentire coeperunt, radices palmarum (namque sola ea
arbor gignitur) ubique rimantes. 12 Sed cum haec quoque alimenta
defecerant, iumenta caedere adgressi, ne equis quidem abstinebant; et
cum deessent, quae sarcinas veherent, spolia de hostibus, propter quae

PBoMbBFLV

782 Euphrate] euphraten **P** 783 mitigata hieme] mitigata ieme **P**: mitigathaieme **F** *a. c.* 784 regione<m> **ς** Arabiton] *Bentleius*: aboriton **ω** 786 habito] ab- **P** dedidit] dedit **P** *a. c.* **BoMb** nec] ne **F** 787 Arabum] *Aldus*: barbarum **ω** 788 aquarum] aqua **L** *a. c.* inops] inobs **P** 789 Horitas] *Bruno*: noritas **ω** <H>eph<a>estioni *ed. Lugd.* 790 Ptolomaeo] *Hedicke*: ptholomeo **PBL**: tholomeo **F**: ptolomeo **V** 791 populabantur] pep- **B** *a. c.* Indos] eos *Schefferus* 792 Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomeus **PBL**^{corr}: ptholemeus **F**: ptholomus **L**: ptolomeus **V** Leonnatus] leonnatos **F** 793 <e>am *Bruno* 795 tenent] tent **P**: tentent **F** *a. c.* finiti[ssi]mis **O** commercii] commecii **L** *a. c.* 797 recisi] reciso **P** *a. c.* conchis] concis **P** 800 igitur] igi*tur **L** 802 gignitur] gignir **L** *a. c.* Sed] Et *Hedicke*

805 ultima Orientis peragraverant, cremabant incendio. [13] Famem deinde pestilentia secuta est: quippe insalubrium ciborum noxii suci, ad hoc itineris labor et aegritudo animi vulgaverant morbos et nec manere sine clade nec progredi poterant: manentes fames, progressos acrior pestilentia urgebat. [14] Ergo strati erant campi paene pluribus semivivis quam
810 cadaveribus. Ac ne levius quidem aegri sequi poterant: quippe agmen raptim agebatur, tantum singulis ad spem salutis ipsos proficere credentibus, quantum itineris festinando praeciperent. [15] Igitur, qui defecerant, notos ignotosque, ut adlevarentur, orabant; sed nec iumenta erant, quibus excipi possent et miles vix arma portabat inminentisque et
815 ipsi[u]s facies mali ante oculos erat. Ergo saepius revocati ne respicere quidem suos sustinebant, misericordia in formidinem versa. [16] Illi relicti deos testes et sacra communia regisque inplorabant opem, cumque frustra surdas aures fatigarent, in rabiem desperatione versi, parem suo exitum similesque ipsis amicos et contubernales precabantur. [17] Rex, dolore simul XLI
820 ac pudore anxius, quia causa tantae cladis ipse esset, ad Phrataphernen, Parthyaeorum satrapen, misit, qui iubere<n>t camelis cocta cibaria adferri, aliosque finitimarum regionum praefectos certiores necessitatis suae fecit. Nec cessatum est ab his.

[18] Itaque, fame dumtaxat vindicatus, exercitus tandem in Cedrosiae fi-
825 nes perducitur. Omnium rerum sola fertilis regio est, in qua stativa habuit,

PBoMbBFLV

806 noxii] *Cornelissen*: novi **ω** 807 itineris] tin- **L** *a. c.* 808 manentes] manantes **B** *a. c.* 809 urgebat] urgueban **P**: urguebat **P**corr semivivis] semuivis **P** *a. c.* 810 ne] *om.* **P** *a. c.* levius] levior **P** 811 raptim] -a- **L**corr *in ras.* 812 quantum] quantam **F** *a. c.* 813 notos] natos **B** *a. c.* 814 et] *om.* **PBoMb** portabat] portabant **F** *a. c.*: portaba*t **V** 815 ipsi[u]s *Bruno* 817 cumque] cum **P** *a. c.* 818 surdas] surdes **P** desperatione] dis- **L** versi] vesi **L** *a. c.*: versa **O** exitum] exitu **PBoMb** 819 contubernales] contubernale **L** *a. c.* 820 pudore] -o- **L**corr *in ras.* anxius] ancxius **V** quia] qua **V** ad Phrataphernen] *Aldus*: affrapernen **ω** 821 Parthyaeorum] *Zumpt*: parthynorum **PBFL**: partinorum **V** satrapen] satrapam **PL** *a. c.* iubere<n>t *Mützell* adferri] adferre **Σ** 822 aliosque] alios **Σ** 824 tandem] tam **P**: tamen **BoMb** Cedrosiae] dosiae **L** *a. c.*: caedrosiae **V** 825 sola fertilis] s. ferti**lis **L**: solo fertili *Acidalius*: soli fertilis *Sebisius*: solo fertilis *Modius*: tota fertilis *Watt*: copia fertilis *Jeep*: *Cellarius, Mützell, Zumpt, Müller male interpretati sunt*

ut vexatos milites quiete firmaret. 19 Hic Leonnati litteras accepit, conflixisse ipsum cum VIII milibus peditum et CCCC equitibus Horitarum prospero eventu. A Cratero quoque nuntius venit, Ozinen et Zariaspen, nobilis Persas, defectionem molientes, oppressos a se, in vinculis esse. 20 Praeposito igitur regioni Sibyrtio (namque Menon, praefectus eius, nuper interierat morbo), in Carmaniam ipse processit. 21 Astaspes erat satrapes gentis, suspectus res novare voluisse, dum in India rex est; quem occurrentem dissimulata ira comiter adlocutus, dum exploraret, quae delata erant, in eodem honore habuit. 22 Cum inde praefecti, sicut imperatum erat, equorum iumentorum<que> iugalium vim ingentem ex omni, quae sub imperio era[n]t, regione misissent, quibus deerant impedimenta, restituit. 23 Arma quoque ad pristinum refecta sunt cultum: quippe haud procul a Perside aberant non pacata modo, sed etiam opulenta. 24 Igitur, ut supra dictum est, aemulatus Patris Liberi non gloriam solum, quam ex illis gentibus deportaverat, sed etiam pompam, sive illud triumphus fuit ab eo primum institutus, sive bacchantium lusus, statuit imitari, animo super humanum fastigium elato. 25 Vicos, per quos iter erat, floribus coronisque sterni iubet, liminibus aedium creterras vino repletas et alia eximiae magnitudinis vasa disponi, vehicula deinde constrata, ut plures capere milites possent, in tabernaculorum modum ornari, alia candidis velis, alia veste pretiosa. 26 Primi ibant amici et cohors regia, variis redimita floribus coronisque, alibi tibicinum cantus, ali<b>i

PBoMbBFLV

827 CCCC] CCC **Σ** Horitarum] *Bruno*: noritarum **PBoMb**: moritarum **Σ** 828 Cratero] cratere **FL** *a. c.* Ozinen] ozi*n- **F** 829 oppressos] opre- **V** 830 regioni Sibyrtio] *Freinsheimius*: regionis iburtio **ω** Menon] moenon **Σ** 831 Astaspes] *Fuhr*: aspastis **PBLV**: aspartis **F** 832 satrapes] **B**corr: satrapas **ω** novare] -a- **L**corr *in ras.* est] es<se>t **B**corr 834 delata] deleta **B** *a. c.* honore] on- **L** *a. c.* 835 iumentorum<que> *Laetus*: camelorumque *Damsté* 836 era[n]t **O** 837 restituit] restatuit **L** *a. c.* 838 haud] haut **PL** 839 opulenta] -a **L**corr *in ras.* 840 pompam] *Meiser*: famam **ω**: insaniam *Schefferus*: festum *Damsté* 841 ab eo] habeo **V** institutus] institus **P** bacchantium] bacha- **V** lusus] l- **L**corr *in ras.* 842 super] semper **P**: seper **V** quos] cos **P** 843 creterras] crateras **B** *a. c.*: creteras **L**corr 844 eximiae] eximae **P** 845 plures] pleres **P** *a. c.* modum] modo **P** *a. c.* 847 tibicinum] **O**: tubicinum **ω** ali<b>i **B**corr

lyrae sonus audiebatur, item vehiculis pro copia cuiusque adornatis comis<s>abundus exercitus armis, quae maxime decora erant, 850 circumpendentibus. Ipsum convivasque currus vehebat, creterris aureis eiusdemque materiae ingentibus poculis praegravis. [27] Hoc modo per dies VII bacchabundum agmen incessit, par<a>ta praeda, si quid victis saltem adversus comissantes animi fuisset: mille, hercule, viri modo et sobrii VII dierum crapula graves in suo triumpho capere potuerunt. [28] Sed 855 fortuna, quae rebus famam pretiumque constituit, hoc quoque militiae probrum vertit in gloriam et praesens aetas et posteritas deinde mirata est per gentes nondum satis domitas incessisse temulentos, barbaris, quod temeritas erat, fiduciam esse credentibus. [29] Hunc apparatum carnifex sequebatur: quippe satrapes Astaspes, de quo ante dictum est, interfici 860 iussus est: adeo nec luxuriae quicquam crudelitas nec crudelitati luxuria obstat.

PBoMbBFLV

848 lyrae] lirae **FV** item] tum *Schefferus*: item <in> *Laetus* 849 comis<s>abundus *Zumpt (*comesa- **B***)* 850 circumpendentibus] circumpet- **F** 851 ingentibus] ingentis **P** *a. c.* 852 par<a>ta *Palmerius* 853 comissantes] **L** *a. c.*: comisantes **PB**^{corr}**FL**^{corr}**V**: comesantes **B** mille] *om.* **F** *a. c.* 856 probrum] probum **P** 857 temulentos] temulendos **F** 859 satrapes] satrapa **P** *a. c.* Astaspes] *Fuhr*: apastris **ω**: a<s>pastris **B**^{corr} 860 adeo] adeo <ut> **P**^{corr} nec l.] ne l. **Σ** 861 obstat] obsta<re>t **P**^{corr}

Q. Curti Rufi historiarum liber VIIII explicit incipit liber decimus **P**: Q. Curti Rufi liber VIIII explicit incipit X feliciter **B**: Explicit Q. Curti Rufi historiarum incipit liber X **F**: Explicit Q. Curti Rufi historiarum incipit liber X **L**: Curti Rufi historiarum explicit liber nonus incipit eiusdem liber decimus **V**

LIBER X

1 ISDEM fere diebus Cleander et Sitalces et cum Agathone Heracon superveniunt, qui Parmenionem iussu regis occiderant. 2 V milia peditum cum equitibus M, sed et accusatores eos e provincia, cui praefuerant, sequebantur; nec tot facinora, quot admiserant, conpensare poterat caedis perquam gratae regi ministerium. 3 Quippe cum omnia profana spoliassent, nec sacris quidem abstinuerant virginesque et principes feminarum, stupra perpessae, corporum ludibria deflebant. 4 Invisum Macedonum nomen avaritia eorum ac libido barbaris fecerat. 5 Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor, qui nobilem virginem constupratam servo suo pelicem dederat. 6 Plerique amicorum Alexandri non tam criminum, quae palam obiciebantur, atrocitatem quam memoriam occisi per illos Parmenionis, quod tacitum prodesse reis apud regem poterat, intuebantur, laeti recidisse iram in irae ministros nec ullam potentiam scelere quaesitam cuiquam esse diuturnam. 7 Rex, cognita causa, pronuntiavit ab accusatoribus unum et id maximum crimen esse praeteritum, desperationem salutis suae: numquam enim talia ausuros, qui ipsum ex India sospitem aut optassent reverti aut credidissent reversurum. 8 Igitur hos quidem vinxit, DC autem militum, qui saevitiae eorum ministri fuerant, interfici iussit. 9 Eodem die sumptum est

PBoMbBFLV

1 Isdem] his- **P** 2 Parmenionem] parmoen- **BLV** 3 et] *om.* **PBoMb** accusatores] adcu- **P** 4 quot] **B**^{corr}**L**^{corr}: quod **ω** admiserant] admi*s- **F** 5 ministerium] *Kinch*: ministerio **ω** 6 nec] ne **ς** 8 fecerat] *primum* -e- **L**^{corr} *in ras.* 9 constupratam] constupatam **L** *a. c.* 11 criminum] *alterum* -i- **L**^{corr} *in ras.* 12 Parmenionis] parmoen- **Σ** reis] regis **P** 13 intuebantur] intuebatur **L** *a. c.* recidisse] reccidisse **BF**^{corr}**LV** in irae] inire **P** 16 salutis] salustis **L** ausuros] ausuras **P** 17 ipsum] psum **L** *a. c.* 18 vinxit] vincxit **P**: vixit **L** *a. c.* 19 sumptum] sumtum **F** *a. c.*

20 supplicium de iis quoque, quos auctores defectionis Persarum Craterus
adduxerat. [10] Haud multo post Nearchus et Onesicritus, quos longius in 11
Oceanum procedere iusserat, superveniunt. [11] Nuntiabant autem quae-
dam audita, alia conperta: conpererant insulam ostio amni<s> obiec-
tam auro [h]abundare, inopem equorum esse, singulos eos ab iis, qui ex
25 continenti traicere auderent, singulis talentis emi; [12] plenum esse be-
luarum mare, aestu secundo eas f[i]er<r>i magnarum navium corpora
aequantes, truci cantu deterritas sequi classem, cum magno aequoris
strepitu velut demersa navigia subisse aquas. [13] Cetera incolis crediderant,
inter quae: Rubrum mare non a colore undarum, ut plerique crederent,
30 sed ab Erythro rege appellari; [14] esse haud procul a continenti insulam
palmetis frequentibus consitam et in medio fere nemore columnam
eminere, Erythri regis monumentum, litteris gentis eius scriptam.
[15] Adiciebant navigia, quae lixas mercatoresque vexissent, famam auri
secutis gubernatoribus, in insulam esse transmissa[m] nec deinde ab iis
35 postea visa. [16] Rex, cognoscendi plura cupidine accensus, rursus eos ter-
ram legere iubet, donec ad Euphratis <os> adpellerent classem, inde ad-
verso amne Babylona subituros.

PBoMbBFLV

20 iis] is **P** *(aliquid s. l. erasum)* **F** *a. c.* 21 Haud] haut **P** 22 Nuntiabant] nuntiabat **F** *a. c.* 23 audita] -a **L**[corr] *in ras.* conpererant] *huc transp. Lucarini, post* eos **ω** *(l. inf.; de hoc v. transponendo iam cogit. Acidalius;ceterum* conparerant **B**: conpeperant **F***)* amni<s> **Mb** obiectam] *Schefferus*: subiectam **ω** 24 [h]abundare **M** iis] hiis **Σ** *(in* **BF** *deinde corr.)* 25 traicere] traicerent **P**: traiecerant **Mb** beluarum] -a- **L**[corr] *in ras.* 26 f[i]er<r>i **BoMb** 27 truci] tubae *Sebisius*: <sed> truci *Halm* sequi classem] *del. Heinsius* 28 strepitu] trepitu **P** crediderant] credideraent **P** 29 inter ... crederent] *om.* **P** colore] colere **B** *a. c.* **F** *a. c.* **L** *a. c.* 30 ab] hab **P** Erythro] erithro **Σ** appellari] ape- **V** haud] aut **P**: haut **F** *a. c.* 31 palmetis] **Mb**, *fort.* **ColSig**: palmitis **P**: palmis **Σ** frequentibus] **BoMb**: frementibus **ω** 32 Erythri] *Erasmus*: erythi **P**: erithri **Σ** monumentum] monimentum **P** litteris] littoris **F**: *primum* -t- **L**[corr] *in ras.* 34 secutis] secutos **L**[corr] *in ras.* esse transmissa[m] **Bo**: transmisisse *Kinch* 35 visa] visam **Σ** *(in* **L** *postea corr.)* 36 Euphratis <os> *Acidalius (*os Euphratis *iam* **O**): eufratis **P**: euphratis **Σ**: euphratis ostia **ς** adverso] adversi **P** *a. c.*: advers* **L** *(supra * adscr.* o*)* 37 Babylona] **B**: babilona *rell.* subituros] subitores **L** *a. c.*

III [17] Ipse, animo infinita conplexus, statuerat, omni ad orientem maritima regione perdomita, ex Syria petere Africam, Carthagini infensus, inde, Numidiae solitudinibus peragratis, cursum Gadis dirigere (ibi namque 40 columnas Herculis esse fama vulgaverat), [18] Hispanias deinde, quas Hiberiam Graeci a flumine Hibero vocabant, adire et praetervehi Alpes Italiaeque oram, unde in Epirum brevis cursus est. [19] Igitur Mesopotamiae praetoribus imperavit, [ut] materia in Libano monte caesa devectaque ad urbem Syriae Thapsacum, septingentarum carinas navium ponere: 45 septemremis omnes esse deducique Babylona. Cypriorum regibus imperatum, ut aes stup<p>amque et vela praeberent. [20] Haec agenti P[h]ori et Taxilis regum litterae traduntur, Abisaren morbo, Philippum, praefectum ipsius, ex vulnere interisse oppressosque, qui vulnerassent eum. [21] Igitur Philippo substituit Eudaemonem (dux erat Thracum), 50 IV Abis[s]aris regnum filio eius attribuit. [22] Ventum est deinde Parsagada: Persica est gens, cuius satrapes Orsines erat, nobilitate ac divitiis inter omnes barbaros eminens. [23] Genus ducebat a Cyro, quondam rege Persarum; opes et a maioribus traditas habebat et ipse longa imperii possessione cumulaverat. [24] Is regi cum omnis generis donis, non ipsi 55

PBoMbBFLV

38 infinita] infinito **P** *a. c.*: infinita ... omni *om.* **B** *a. c.* 39 ex Syria petere] exiri adpetere **P**: ex yrapeterae **L** *a. c.* Carthagini] cartagini **Σ** 40 dirigere] -e- **L**^{corr} *in ras.* 42 vocabant ... Epirum] *om.* **P** *a. c.* praetervehi] praetervei **P**^{corr} 43 Italiaeque] atalieque **P** *(sed* a- *ex corr.)*: ital*ique **L** *a. c.* brevis] -i- **F**^{corr} *in ras.* Mesopotamiae] mesopotami*ae **L** 44 [ut] *del. Bruno* Libano] libatio **FV** caesa] caes*a **L** 45 Syriae] sir- **P** Thapsacum] *Glareanus*: thapsagas **ω** septingentarum] *Zumpt*: et ingentarumque **ω** *(pro* et **L** *habet* ***)*: octingentarum *Schmieder*: quingentarum *Heinsius* 46 septemremis] *Hedicke*: VII remis **ω**: cum remis *Damsté*: solutiles *Torr* Babylona] *Modius*: babilona **P**: babillonam **P**^{corr}: babyloniam **Σ** 47 stup<p>amque **ς** 48 P[h]ori **L**^{corr} Taxilis] taxillis **F** Abisaren] abissaren **B**: abisarem **L** *a. c.* Philippum] phyl- **BFV**: -um **L**^{corr} *in ras.* 50 Philippo] phyl- **V** Eudaemonem] **BoMb**: eodemonem **PV**: eodaemonem **BFL** Thracum] **B**^{corr}: tractum **P**: tracum **Σ** 51 Abis[s]aris **L**^{corr} Parsagada] *Vogel*: persagara **ω**: Persagada *Zumpt* 52 ac] a **L** *a. c.* 53 eminens] emines **L** *a. c.* ducebat] dic- **L** *a. c.* 54 a] *om.* **B** *a. c.* maioribus] maiori**bus **L** ipse] ipsa **P**: ipsas **BoMb** 55 regi] re **P** omnis] omni **F** *a. c.* generis] gentis **P** *a. c.* ipsi] **B**^{corr}**L**^{corr}: ipso **ω**

modo ea sed etiam amicis eius daturus, occurrit. Equorum domiti greges sequebantur currusque argento et auro adornati, pretiosa supellex et nobiles gemmae, aurea magni ponderis vasa vestesque purpureae et signati argenti talentum III milia. [25] Ceterum tanta benignitas barbaro causa
60 mortis fuit. Nam, cum omnes amicos regis donis super ipsorum vota coluisset, Bagoae spadoni, qui Alexandrum obsequio corporis devi<n>xerat sibi, nullum honorem habuit, [26] admonitusque a quibusdam perquam Alexandro cordi esse, respondit amicos regis, non scorta se colere nec moris esse Persis mares ducere, qui stupro effeminarentur. [27] His
65 auditis spado potentiam flagitio et dedecore quaesitam in caput nobilissimi et insontis exercuit. Namque gentis eiusdem levissimos falsis criminibus instruxit, monitos tum demum ea deferre, cum ipse iussisset. [28] Interim, quotiens sine arbitris erat, credulas regis aures inplebat, dissimulans causam irae, quo gravior criminantis auctoritas esset.
70 [29] Nondum suspectus erat Orsines, iam tamen vilior: reus enim in secreto agebatur, latentis periculi ignarus; et inportunissimum scortum, ne in stupro quidem et dedecoris patientia fraudis oblitum, quotiens amorem regis in se accenderat, Orsinen modo avaritiae, interdum etiam defectionis arguebat. [30] Iam matura erant in perniciem innocentis mendacia et v
75 fatum, cuius inevitabilis sors est, adpetebat. Forte enim sepulchrum Cyri Alexander iussit aperiri, in quo erat conditum eius corpus, cui dare volebat inferias. [31] Auro argentoque [conditum] repletum esse crediderat (quippe ita fama Persae vulgaverant), sed praeter clipeum eius putrem et arcus

PBoMbBFLV

57 supellex] suppe- **P** 58 vestesque] vestisque **P**, *unde* vestisque purpurea *coni. Kinch* signati] si*g- **L** 59 talentum] talenta **Σ** III ... tanta] *om.* **B** *a. c., sed corrector pro* III *scripsit* IIII 62 devi<n>xerat **B**^{corr} 63 perquam] *Heinsius*: aequa **P**: aeque **Col**: equam **Σ**: Bagoam *Jeep*: quam *Zumpt* scorta] scortas **P** 64 effeminarentur] efem- **V** 66 falsis] falsi **P** 67 instruxit] *Acidalius*: adstruxit **ω**: clam struxit *Hedicke*: astute instruxit *Heinsius* monitos tum] monito ficum **V** iussisset] iussess- **L** *a. c.* 68 credulas] -u- **L**^{corr} *in ras.* 70 vilior] -o- **L**^{corr} *in ras.* 72 stupro] stru- **L** *a. c.*: stupo **V** *a. c.* patientia] patia **F** *a. c.* 76 eius ... [conditum] *om.* **B** *a. c.* 77 [conditum] *om.* **BoMb**: condit<ori>um *vel* condito *Heinsius*: conditis *Bardon* quippe] quip **L** *a. c.* 78 clipeum] **M**: clypeum **PBFL**: clyppeum **V**

duos Scythicos et acinacem nihil repperit. [32] Ceterum, corona aurea
inposita, amiculo, cui adsuerat ipse, solium, in quo corpus iacebat, velavit, 80
miratus tanti nominis regem, tantis praeditum opibus, haud pretiosius
sepultum esse, quam si fuisset e plebe. [33] Proximus erat lateri spado, qui
regem intuens: «Quid mirum» inquit «est inania sepulchra esse regum,
cum satraparum domus aurum inde egestum capere non possint? [34] Quod
ad me attinet, ipse hoc bustum antea non videram, sed ex Dareo ita 85
accepi, III milia talentum condita esse cum Cyro. [35] Hinc illa benignitas
in te, ut, quod inpune habere non poterat Orsines, donando etiam gratiam
iniret.» [36] Concitaverat iam animum in iram, cum ii, quibus negotium
idem dederat, superveniunt: hinc Bagoas, hinc ab eo subornati falsis
criminibus occupant aures. [37] Antequam accusari se suspicaretur, Orsines 90
in vincula est traditus. Non contentus supplicio insontis spado, ipse
morituro manum iniecit. Quem Orsines intuens: «Audieram» inquit
«in Asia olim regnasse feminas; hoc vero novum est, regnare castratum!»
[38] Hic fuit exitus nobilissimi Persarum nec insontis modo, sed eximiae
quoque benignitatis in regem. 95

[39] Eodem tempore Phradates, regnum adfectasse suspectus, occiditur.
Coeperat esse praeceps ad repraesentanda supplicia, item ad deteriora
credenda: [40] scilicet res secundae valent commutare naturam et raro
quisquam erga bona sua satis cautus est. Idem enim paulo ante Lyncestem

PBoMbBFLV

79 duos] -o- **L**^{corr} *in ras.* Scythicos] schythicos **F**: scy*thicos **L**: scithicos **V** nihil] nichil **F** repperit] repe- **V** 80 amiculo] amicul*o **L** adsuerat] adsue<ve>rat *Wagener* solium] solio **P**: solum **BoMbF** *a. c.* iacebat] iaceba<n>t **B**^{corr} 81 praeditum] paed- **B** *a. c.* haud] aud **F** *a. c.* 83 inania] *alterum* -n- **F**^{corr} *in ras.* 84 inde] indie **P** *a. c., ut vid.* 86 accepi] accipi **P** talentum] talenta **P** *a. c.* 87 inpune] inpueie **P** *a. c.* 88 ii] *Vindelinus*: hii **PBLV**: hi **F** 89 idem] <pr>idem *Damsté* ab eo] habeo **F** 90 accusari] -u- **L**^{corr} *in ras.* 91 vincula] vinculo **P** Non] nam **V** supplicio] subplicio **FL** *a. c.*: suplicio **V** 93 regnasse] regnase **V** 95 benignitatis] benignitas **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 96 Phradates] pra- **V** *a. c.* adfectasse] -e- **L**^{corr} *in ras.* 97 Coeperat] caep- **LV** supplicia] subp- **PV** item] **ς**: idem **ω** ad deteriora] adeteriora **P** 98 scilicet] sicilicet **P**: si scilicet **P**^{corr}: *locum om.* **Sig** *(usque ad* cautus est*)*: sic scilicet **Bo**: sic **Mb**: <adeo> scilicet *Castiglioni* 99 Lyncestem] **ς**: lincestem **PBFL**: lincesten **V**

100 Alexandrum delatum a duobus indicibus damnare non sustinuerat, [41] humiliores quoque reos contra suam voluntatem, quia ceteris videbantur insontes, passus absolvi; hostibus victis regna reddiderat: [42] ad ultimum ita ab semetipso degeneravit, ut in<victi> quondam adversus libidinem animi arbitrio scorti aliis regna daret, aliis adimeret vitam. VI
105 [43] Isdem fere diebus litteras a Coeno accipit de rebus in Europa et Asia gestis, dum ipse Indiam subegit. [44] Zopyrio, Thraciae praepositus, cum expeditionem in Ge[s]tas faceret, tempestatibus procellisque subito coortis, cum toto exercitu oppressus erat. [45] Qua cognita clade, Seuthes Odrysas, populares suos, ad defectionem conpulerat. Amissa propemodum
110 Thracia, ne Graecia quidem <...>

II Igitur XXX navibus Sunium transmittunt (promuntorium est Atticae terrae), unde portum urbis petere decreverant. [2] His cognitis, rex, Harpalo Atheniensibusque iuxta infestus, classem parari iubet, Athenas proti- VII
115 nus petiturus. [3] Quod consilium clam agitanti litterae redduntur: Harpalum intrasse quidem Athenas, pecunia conciliasse sibi principum animos; mox, concilio plebis habito, iussum urbe excedere ad Graecos milites

PBoMbBFLV

100 a] *om.* **F** *a. c.* 102 absolvi] adsolvi **Σ** regna reddiderat] *Freinsheimius*: regnare duxerat **ω**: regna reddiderat aut auxerat *Vogel*: regna auxerat *Grunauer*: regna et auxerat *Schefferus* 103 ita] *Vogel*: traiectum **ω**: tamen ita *Zumpt*: ita tamen *Hedicke*: contra tantum *Watt*: vitae tantum *Heraeus*: vitae tractum *Novák*: tam ex toto *Bardon* semetipso] semetipsum **P** *a. c.*: semetipsa **BoMb** in<victi> *Hedicke* quondam] quodam **B**: quoddam **B**[corr]**FLV** 104 daret] -a- **L**[corr] *in ras.* 105 Isdem] iisdem **P** Coeno] aceno **Σ**: a Coeno *del. Bruno* accipit] accepit **B** 106 gestis] iestis **P** Indiam] indigam **P** Zopyrio] **ς**: zopirio **PBFL**: zophyrio **V** Thraciae] tracae **P** *a. c.* 107 Ge[s]tas *Vindelinus* coortis] coho- **PL** *a. c.* 108 Odrysas] *Bruno*: odrisas **ω** 110 Thracia] tra- **PFV** <...> *aliqua hic deerant in* **ω**; *in* **Σ** *legebatur* «hic desunt II lineae», *quod* **FL** *in ipso textu,* **BV** *in margine scripserunt; ceterum* **L** *deinde haec erasit et in marg. repetivit* 112 promuntorium] promutorium **P** Atticae] ati- **V** 113 rex] ex **P** *a. c.* Harpalo] arpalo **Σ** 114 classem] cas- **L** *a. c.* protinus] -u- **L**[corr] *in ras.* 115 petiturus] *alterum* -u- **L**[corr] *in ras.* clam agitanti] **ς**: clam agitant **P**: cum clam agitat **Σ** *(*c. c. agit*at **L***)* Harpalum] ar- **Σ** 116 animos] amos **P** *a. c.* 117 excedere] ex*****c- **L**

pervenisse, quibus †interceptum trucidatum a quodam auctore† interemptum per insidias. 4 His laetus, in Europam traiciendi consilium omisit, sed exules praeter eos, qui civili sanguine aspersi erant, recipi ab omnibus Graecorum civitatibus, quis pulsi erant, iussit. 5 Et Graeci, haud ausi imperium aspernari, quamquam solvendarum legum id principium esse censebant, bona quoque, quae extarent, restituere damnatis. 6 Soli Athenienses, non suae modo <libertatis>, sed etiam publicae vindices, colluvionem ordinum hominumque aegre ferebant, non regio imperio, sed legibus moribusque patriis regi adsueti. 7 Prohibuere igitur exules finibus, omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis suae, tunc etiam exilii, admitterent. VIII 8 Alexander, senioribus militum in patriam remissis, XIII milia peditum et II milia equitum, quae in Asia retineret, eligi iussit, existimans modico exercitu continere posse Asiam, quia pluribus locis praesidia disposuisset nuperque conditas urbes colonis replesset †res renovare† cupientibus. 9 Ceterum, priusquam excerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites aes alienum profiterentur. Grave plerisque esse conpererat et, quamquam ipsorum luxu contractum erat, dissolvere tamen ipse decreverat. 10 Illi, temptari ipsos rati, quo

120 125 130 135

PBoMbBFLV

118 quibus †interceptum trucidatum a quodam auctore† navibus inde Cretam transvectum amico quodam auctore *Hedicke*: <cum> quibus inde Cretam traductum a quodam Thibrone *(de hoc nomine restit. iam cogit. Freins-heimius) Lucarini*: quibus in Cretam traiectis a quodam Thimbrone *Zumpt* 119 His] hiis **L** 120 omisit] **ς**: emisit **ω** 122 imperium] mpe- **L** *a. c.* solvendarum] **L**^{corr}: solidarum **ω**: solutarum *Nett* 123 censebant] censebat **L** *a. c.* damnatis] dampn- **V** 124 suae] **ColSig**: suo **ω**: sui *Jeep* <libertatis> *add. Lucarini (post* vindices *iam Modius)* publicae] Graeciae *Hedicke* 125 ordinum] *Bothe*: ordinem **ω**: sordium *Kinch*: sordidam *vel* et sordem *Heinsius* hominumque] *Jeep*: hominum quia **PBLV**: hominem quia **F**: iniungi *Kinch*: hominum *Heinsius*: omnium *Bothe* 126 patriis] patiis **L** *a. c.* 128 exilii] exilia **L** senioribus] sineor- **L** *a. c.* 130 eligi] elegi **P** quia] qui **P** *a. c.* 131 nuperque] nuper **B** *a. c., ut vid.* urbes] urbes quas **PBoMb** colonis] calonis **P** *a. c.* 132 replesset] repulisset **B** *a. c.*: repessed **L** *a. c.* †res renovare† res novare vix *Watt*: res retinere *Hedicke*: nec res novare *Vogel*: res nec novare *Jeep*: res novare non *Novák* cupientibus] cupi<entes coerc>entibus *Sauppe* priusquam] priusqua **PV** excerneret] secerneret **BFL**^{corr}**V**: exscerneret **F**^{corr}: seexcerneret **L** 134 plerisque] plerique **P**

facilius ab integris sumptuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex, satis gnarus professioni aeris pudorem, non contumaciam obstare, mensas totis castris poni iussit et X milia talentum proferri. [11] Tum demum <cum> fide facta professio est. Nec amplius ex
140 tanta pecunia quam C et XXX talenta superfuere. Adeo ille exercitus, tot divitissimarum gentium victor, plus tamen gloriae quam praedae deportavit ex Asia. [12] Ceterum, ut cognitum est alios remitti domos, alios IX retineri, perpetuam eum regni sedem in Asia habiturum rati, vaecordes et disciplinae militaris inmemores, seditiosis vocibus castra conplent
145 regemque ferocius quam alias adorti, omnes simul missionem postulare coeperunt, deformia ora cicatricibus canitiemque capitum ostentantes. [13] Nec aut praefectorum castigatione aut verecundia regis deterriti, tumultuoso clamore et militari violentia volentem loqui inhibebant, palam professi nusquam inde nisi in patriam vestigium esse moturos.
150 [14] Tandem, silentio facto (magis quia motum esse credebant, quam quia ipsi moveri poterant), quidnam acturus esset expectabant. [15] <Et> ille: «Quid haec» inquit «repens consternatio et tam procax atque effusa

P(*usque ad* 138 castris)**O**(*a* 138 poni)**BoMbBFLV**

137 satis] *om.* **V** *a. c.* gnarus] **V** *a. c., ut videtur, fort. et* **B** *a. c.*: ignarus *rell.* professioni] professionis **P**: professionem **Mb**: professioni* **FV** 138 contumaciam] totumaciam **P**: contumantiam **F** *a. c.* obstare] obstaret **B**, *ut vid.* iussit] iubet **BoMb** talentum] talentorum **BoMb** 139 <cum> *add. Jeep* professio] promissio **Bo**: promisso **Mb** 140 Adeo] ateo **F** 141 divitissimarum] divissi- **F** *a. c.* gentium] genum **L** *a. c.* gloriae] *Cornelissen*: victoriae **ω** 142 cognitum] cogi- **L** *a. c.* remitti] dimitti **BoMb**: remittit **L** *a. c.* domos] domum **OBoMb**: domus **F** *a. c.*: domo **L** *a. c.* 143 in Asia **OBoMb**: in asiam **Σ**: Asiam *Bentleius* vaecordes] vecondes **L** *a. c.* 144 seditiosis vocibus castra complent] castra complent vocibus seditiosis **BoMb** 145 omnes] *om.* **BoMb** 146 ora] omnia **BoMb** cicatricibus] cicatribus **Mb** capitum] capitu **V** ostentantes] ostendentes **O** 147 aut] au **L** *a. c.* praefectorum] **BoMbL**corr: profectorum **BFV**: profectarum **L** castigatione] castag- **L** *a. c.* deterriti] **OBoMb**: deterritum **Σ** 148 tumultuoso] tumultuosa **F** *a. c.*: tumultuose **L** *a. c.* volentem loqui] loqui volentem **O** 149 patriam] patria **Mb** moturos] inituros **BoMb** 150 quia] quam **BoMb** esse credebant] est addebant **BoMb** 151 acturus] dicturus **BoMb**: acturos **F** *a. c.* <Et> *add. Lucarini*: <Cum> *add. Hedicke*: <Tum> *Castiglioni* 152 Quid] qui **B** *a. c.* atque] ad- **L**

licentia denuntiat? Eloqui metuo. Palam certe rupistis imperium et precario rex sum, cui non adloquendi, non docendi monendique aut intuendi vos ius reliquistis. [16] Equidem, cum alios dimittere in patriam, 155 alios mecum paulo post deportare statuerim, tam illos adclamantes video, qui abituri sunt, quam hos, cum quibus praemissos subsequi statui. [17] Quid hoc est rei? Dispari in causa idem omnium clamor est: pervelim scire, utrum qui discedunt an qui retinentur de me querantur.» [18] Crederes uno ore omnes sustulisse clamorem: ita pariter ex tota contione responsum 160 x est omnes queri. [19] Tum ille: «Non, hercule,» inquit «potest fieri, ut adducar querendi simul omnibus hanc causam esse, quam ostenditis, in qua maior pars exercitus non est, utpote cum plures dimiserim quam retenturus sum. [20] Subest nimirum altius malum, quod omnes avertit a me. Quando enim regem universus deseruit exercitus? Ne servi quidem 165 uno grege profugiunt dominos, sed est quidam in illis pudor a ceteris destitutos relinquendi. [21] Verum ego, tam furiosae consternationis oblitus, remedia insanabilibus conor adhibere. Omnem, hercule, spem, quam ex vobis conceperam, damno nec ut cum militibus meis (iam enim esse desistis) sed ut cum ingratissimis operis agere decrevi. [22] Secundis rebus, 170

OBoMbBFLV

153 metuo] timeo **Mb** certe] exire **BoMb** 154 docendi] **ς**: nocendi **BoMb**: noscendi **Σ**: hortandi *Watt* monendique] *om.* **BoMb** 155 ius] vix **Mb** 156 statuerim] *Bruno*: statuerem **ω** 157 abituri] ha- **F** quam] quas **V** hos] illos **O** cum] *om.* **V** praemissos] praemisos **L** *a. c.* 158 causa idem omnium clamor est] causa omnium est clamor idem **Mb** pervelim] pervelum **L** *a. c.* 159 discedunt] **BoMb**: descendunt **OColSigΣ** retinentur] ren- *scribere coeperat* **V** 161 est] *om.* **BoMb** omnes] *om.* **B** *a. c.* 162 adducar] adducam **BoMb**: adducatur **B** *a. c.* querendi] querenda **Bo**: querendam **Mb** simul] sumul **L** *a. c.* 163 exercitus non est] non est exercitus **O** cum plures] plures cum **BoMb** dimiserim] dimiserem **L** *a. c.* 164 sum] sim **O** omnes avertit] deus avertat **Mb** 165 Ne servi] non enim servi **Bo**: non servi enim **Mb** 166 grege] rege **Mb** sed est quidam] *Bruno*: sed est quidem **OBoMbV**: sedem quidem **BFL** 167 destitutos] destitutas **L** *a. c.* tam furiosae] non tam si vos **BoMb** 168 hercule] herculem **Mb**: ercule **L** 169 cum] *om.* **O**: -um **L**corr *in ras.* militibus] milli- **L** iam enim esse desistis] iam esse desiistis **Bo**: desuestis **Mb** (enim *om. et* **L** *a. c.*: *non bene disp.* **V**) 170 ut cum] ut **Bo**: *om.* **Mb** ingratissimis] ingret- **L** *a. c.* operis] *Rubenius*: ut oportet **OBoMbB**corr: oportet **Σ** decrevi] devi **L** *a. c.* Secundis] secum **L** *a. c.*

quae circumfluunt vos, insanire coepistis, obliti status eius, quem beneficio exuistis meo, digni, hercule, qui in eodem consenescatis, quoniam facilius est vobis adversam quam secundam regere fortunam. [23] En tandem Illyriorum paulo ante et Persarum tributariis Asia et tot gentium spolia
175 fastidio sunt! Modo sub Philippo seminudis amicula ex purpura sordent, aurum et argentum oculi ferre non possunt. Lignea enim vasa desiderant et ex cratibus scuta rubiginemque gladiorum. [24] Hoc cultu nitentes vos accepi et D talenta aeris alieni, cum omnis regia supellex haud amplius quam LX talenta esset, tantorum mox operum fundamenta: qui-
180 bus tamen (absit invidia) imperium maximae terrarum parti[s] inposui. [25] Asiaene pertaesum est, quae vos gloria rerum gestarum dis pares fecit? In Europam ire properatis rege deserto, cum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni aes alienum luissem, nempe in Asiatica praeda. [26] Nec pudet profundo ventre devictarum gentium spolia circumferentes reverti
185 velle ad liberos coniugesque, quibus pauci praemia victoriae potestis ostendere: nam ceterorum, dum etiam spei vestrae obviam istis, arma quoque pignori sunt. [27] Bonis vero militibus cariturus sum, pelicum suarum concubinis, quibus hoc solum ex tantis opibus superest, in quod inpenditur! Proinde fugientibus me pateant limites: facessite hinc ocius,

OBoMbBFLV

171 obliti] obliti* **F** status] statutus **L** *a. c.* beneficio] benefacio **L** *a. c.* 172 exuistis] *om.* **Mb** *sed spatio relicto* meo] modo **Bo** 173 vobis] nobis **O** 174 Illyriorum] *Erasmus*: illir- **ω** *(*en t. Ill. *om.* **Mb**, *sed spatio relicto)* Asia] Asiae **ColSig** 175 seminudis] seminudus **L** *a. c.* 177 ex cratibus] extantibus **BoMb** gladiorum] gladiarum **L** *a. c.* 178 vos accepi] *om.* **O** supellex] suppe- **V** 179 talenta esset, tantorum mox] *Castiglioni*: talentorum sit mox **O**: talentorum esset meorum mox **ColSig**: talentorum sit mei **BoMb**: talentorum mox **Σ**: talentorum <sit> mox **B**^{corr}: talentorum <habet> mox **L**^{corr}: talenta valeret, tantorum mox *Walter*: talentorum esset. Ecce meorum mox *Vogel* quibus tamen] *om.* **L** *a. c.* 180 absit invidia] invidia absit **O** parti[s] **BoMb**: parthis **O**: partis **Σ** 181 est] *om.* **Mb** 182 properatis] properans **Bo** vestrum] vestris **Mb** 183 fuerit] *om.* **V** luissem] luerim **O**: luissum **L** *a. c.* 184 ventre] vectre **Bo** devictarum] devec- **B** 185 velle] ne ille **Bo**, *fort.* **Mb** *a. c.*: vellet **F** *a. c.* 186 spei] esse spei **Bo**: spi **L** *a. c.* 187 pignori] pignorum **O** cariturus] caritaturus **BoMb** 188 in] *om.* **OBoMb** *del.* **B**^{corr} 189 me] inde **BoMb** hinc] *om.* **BoMb**

ego cum Persis abeuntium terga tutabor! Neminem teneo: liberate ocu- 190
los meos, ingratissimi cives! [28] Laeti vos excipient parentes liberique si-
ne vestro rege redeuntes! Obviam ibunt desertoribus transfugisque!
[29] Triumphabo, mehercule, de fuga vestra et, ubicumque ero, expetam
poenas hos, cum quibus me relinquitis, colendo praeferendoque vobis.
Iam autem scietis, et quantum sine rege valeat exercitus et quid opis in 195
XI me uno sit.» [30] Desiluit deinde frendens de tribunali et in medium
armatorum agmen se inmisit; notatos quoque, qui ferocissime oblocuti
erant, singulos manu corrip<u>it nec ausos repugnare XIII adservandos
custodibus corporis tradidit. 199

III Quis crederet saevam paulo ante contionem obtorpuisse subito metu, 201
[2] [et] cum ad supplicium videret trahi nihil<o> ausos graviora quam
ceteros? [3] Sive nominis, quod gentes, quae sub regibus <sunt>, inter deos
colunt, sive propria ipsius veneratio sive fiducia tanta vi exercentis
imperium conterruit eos: [4] singulare certe ediderunt patientiae exemplum 205
adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, cum sub noctem
interfectos esse cognossent, ut nihil omiserint, quod singuli magis
oboedienter et pie facerent. [5] Nam, cum postero die prohibiti aditu
fuissent, Asiaticis modo militibus admissis, lugubrem totis castris edidere

OBoMbBFLV

190 liberate] libertate **Mb** 191 ingratissimi] ingratissimis **O** cives] civibus **O** 193 de fuga] dega **L** ubicumque] ubicumque ego **O** 194 cum] tum **Bo** praeferendoque] praeferendo **BoMb** 195 exercitus] execci- **L** *a. c.* 197 inmisit] inmisi **L** *a. c.* notatos] notaos **V** quoque] *om.* **Mb** 198 corrip<u>it **BoMb**: corripit **OΣ**, *fort. recte* XIII] XIII **Mb** 201 crederet] credat **BoMb**: credidit **V** saevam] *om.* **Mb** 202 [et] *del. Modius*: et<iam> *Bentleius, possis et de lac. post* ceteros *suspicari* videret] viderent **O** trahi] *supra h. v.* socios *add.* **L**^{corr} nihil<o> *Acidalius* 203 nominis] nomen **O** quae] qui **BoMb** regibus <sunt> **BoMbL**^{corr}: regibus **OΣ**: <vivunt, reges> *add. Stangl* deos] eos **V** *a. c.*: deos <eos> *Schmidt* 204 propria ipsius] ipsius propria **Mb** veneratio] venerato **L** *a. c.* vi exercentis] inexercentis **O** 205 patientiae] patriae **BoMb** 206 adeoque] adeo **O** noctem] -o- **L**^{corr} *in ras.* 207 cognossent] cognovissent **O**: cognoscerent **BoMb** magis] *om.* **BoMb** 208 facerent] facent **L** *a. c.* 209 fuissent] *Bentleius*: venissent **ω**: regis essent *Foss* admissis] amissis **BoMb**

210 clamorem, denuntiantes protinus esse morituros, si rex perseveraret irasci.
[6] At ille, pervicacis ad omnia, quae agitasset, animi, peregrinorum militum XII
contionem advocari iubet; Macedonibus intra castra cohibitis et, cum
frequentes coissent, adhibito interprete, talem orationem habuit: [7] «Cum
ex Europa traicerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam vim
215 hominum imperio meo me additurum esse sperabam. Nec deceptus sum,
quod de his credidi famae. [8] Sed ad illa hoc quoque accessit, quod video
fortes viros erga reges suos pietatis invictae. [9] Luxu omni[a] fluere
credideram et nimia felicitate mergi in voluptates: at, hercules, munia
militiae hoc animorum corporumque robore aeque inpigre toleratis et,
220 cum fortes viri sitis, non fortitudinem magis quam fidem colitis. [10] Hoc
e[r]go [non] nunc primum profiteor, sed olim scio. Itaque et dilectum e
vobis iuniorum habui et vos meorum militum corpori inmiscui. Idem
habitus, eadem arma sunt vobis, obsequium vero et patientia imperii
longe praestantior est quam ceteris. [11] Ergo ipse Oxyartis Persae filiam
225 mecum in matrimonio iunxi, non dedignatus ex captiva liberos tollere.
[12] Mox deinde, cum stirpem generis mei latius propagare cuperem,
uxorem Darei filiam duxi proximisque amicorum auctor fui ex capti-

OBoMbBFLV

210 denuntiantes] denuntiantes se **OBoMbB**[corr]: denuntientes **L** *a. c.* esse] sese *Hedicke* 211 At] ad **L** *a. c.* 212 advocari iubet] iubet advocari **O** 213 frequentes] frequenter **O** coissent] co**i- **L** 214 ex] *om.* **F** *a. c.* 215 meo] *om.* **Bo** additurum] adi- **OF** *a. c.*: habi- **BoMb** 216 quod] quia **BoMb** ad] ab **Mb** illa] -a **L**[corr] *in ras.* hoc] *om.* **BoMb** 217 viros] viros <et> *Vogel* reges suos] suos reges **O** Luxu] *om.* **Mb** omni[a] *Hedicke*: *post* hercules *transp. Damsté* fluere] fuere **L** *a. c.* 218 at] ad **L** *a. c.* hercules] hercule **OBoMb**: ercules **V** *a. c.* munia] vicinia **BoMb** 219 corporumque] corporum **Bo** robore] *Francinus*: robur **OBoMbL**[corr]**V**[corr]: robor **Σ** aeque] *om.* **ColSig** toleratis] tolerans **Mb** 220 Hoc] hec **BoMb** 221 e[r]go **M** *(etiam* **ColSig** ergo*)* [non] *om.* **Mb**: vero *Hedicke* profiteor] pervideo *Jeep* dilectum] dilectos **ColSig**: dilectu **BoMb***(qui et* e *om.)*: -u- **L**[corr] *in ras.* 223 eadem] ea- **L**[corr] *in ras.* patientia] patientiam **BoMb** 224 praestantior est] **BoMbB**[corr]: praestantiore **BL**[corr]**V**: praestatiore **L**: praetantiore **F** Oxyartis] *Aldus*: maratis **BoMb**: oxiratis **Σ** 225 in] *om.* **ς** iunxi] iuncxi **V** 226 Mox] *om.* **Mb** 227 uxorem] uxorem statipem **O**: *om.* **BoMb** proximisque] proximusque **OBo**: proximus **Mb**: -e **L**[corr] *in ras.* auctor] *om.* **BoMb** fui] fuit **F** *a. c.*: fut **L** *a. c.* ex] et **BoMb**

vis generandi liberos, ut hoc sacro foedere omne discrimen victi et victoris excluderem. [13] Proinde genitos esse vos mihi, non ascitos milites credite. Asiae et Europae unum atque idem regnum est. Macedonum vobis arma 230
d<and>o inveteravi peregrinam novitatem: et cives mei estis et milites. [14] Omnia eundem ducunt colorem: nec Persis Macedonum more<s> adumbrare nec Macedonibus Persas imitari indecorum. Eiusdem iuris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt.» <...> 234

XIII **IV**«Quousque» inquit «animo tuo etiam per supplicia et quidem externi 236
moris obsequeris? Milites tui, cives tui incognita causa [a] captivis suis ducentibus trahuntur ad poenam. Si mortem meruisse iudicas, saltem ministros supplicii muta.» [2] Amico animo, si veri patiens fuisset, admonebatur, sed in rabiem ira pervenerat. Itaque rursus (nam parumper, 240
quibus imperatum erat, dubitaverant) mergi in amnem, sicut vincti erant, iussit. [3] Nec hoc quidem supplicium seditionem militum movit. Namque copiarum duces atque amicos eius manipuli adeunt petentes, ut, si quos adhuc pristina noxa iudicaret esse cont[r]actos, iuberet interfici: offerre se corpora irae, trucidaret <...> 245

O(*usque ad* 234 sunt)**BoMbBFLV**

228 liberos] filios **BoMb** 229 Proinde] prope **O** 230 atque] ad- **L** est. Macedonum] macedonum est **Bo**: esse macedonum **Mb** 231 d<and>o *Lucarini* 232 ducunt] di- **B** *a. c.*: ducun **L** *a. c.* colorem] *om.* **BoMb** more<s> **ς**: more<m> *Vindelinus* 234 debent] debet **BoMb** eodem] eo **L** *a. c.* <...> **B**^{corr}**L**^{corr} *adscripserunt* «hinc deest» 236 quidem] quidam **V** 237 moris] mores **BoMb** obsequeris] *Iunta*: exequeris **BoΣ**: exequens **Mb** cives tui] *om.* **BoMb** [a] *del. edd. vett.*: et *Stangl*: a! *Walter* 238 poenam] **BoMbB**: paenam *rell.* iudicas] **BoMb**: indicas **Σ** 239 admonebatur] admovebatur **BoMb** 241 vincti] vinti **V** 242 Nec] et **ColSig**: ne **Mb** militum movit] movit militum **Mb** 243 atque] alii **BoMb** manipuli] manu populi **BoMb** 244 adhuc] *om.* **BoMb** cont[r]actos **ς** offerre] conferre **BoMb** 245 irae, trucidaret] **ColSig**: ira trucidaret **Mb**: ira retrucidaret **BoBFL**^{corr}**V**: ira retruciderет **L** <...> **B** *in marg. adscripsit* «hinc deest», *quod* **F** *in ipso textu scripsit;* **L** *antea in textu haec scripserat, deinde del. et in margine repetivit;* **V** *in ipso versu scripsit* «hic deest»

V Intuentibus lacrimae obortae praebuere speciem iam non regem, sed funus eius visentis exercitus. 2 Maeror tamen circumstantium lectum eminebat; quos ut rex aspexit: «Invenietis,» inquit «cum excessero, dignum talibus viris regem?» 3 Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis, in quem se conposuerat, cum admissurus milites esset, durasse, donec a toto exercitu illud ultimum persalutatus est. Dimissoque vulgo, velut omni vitae debito liberatus, fatigata membra reiecit, 4 propiusque adire iussis amicis (nam et vox deficere iam coeperat), detractum anulum digito Perdiccae tradidit adiectis mandatis, ut corpus suum ad <H>ammonem ferri iuberent. 5 Quaerentibusque his, cui relinqueret regnum, respondit ei, qui esset optimus; ceterum provide<re> iam se ob id certamen magnos funebres ludos parari sibi. 6 Rursus Perdicca interrogante, quando caelestes honores haberi sibi vellet, dixit tum velle, cum ipsi felices essent. Suprema haec vox fuit regis, et paulo post extinguitur. XIV

7 Ac primo ploratu lamentisque et planctibus tota regia personabat; mox velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant, ad cogitationes, quid deinde futurum esset, dolore converso. 8 Nobiles pueri, XV

G(*a* 247 Intuentibus)**BoMbBFLV**

247 obortae] abo- **Mb**: obho- **L** 248 lectum] luc- **F** *a. c.* **L**^{corr} 249 quos] quod **L** *a. c.* rex aspexit] **BoMbB**^{corr}: rex pexit **B**: respexit *rell.* 250 viris] *om.* **BoMb** audituque] auditoque **F** 251 admissurus] **GBoMbB**: amissurus **B**^{corr}**FLV** 252 durasse] duravit **G** exercitu] exercitus **L** illud ultimum] *om.* **G**: illo ad ultimum **BoMb** persalutatus] persalutans **Mb** est] esset **BoMb** Dimissoque] dimisoque **F** 253 omni] omne **B** 254 propiusque] propriusque **F** adire iussis] iussis adire **BoMb** *(ceterum* ad<s>i<de>re *Hedicke)* deficere] **B**^{corr}**V** *(ceterum* d. iam c. de. *om.* **V** *a. c.)*: decipere **BF**: deficere decipere **L** *(ubi v.* deficere *postea erasum et repetitum in margine)* iam coeperat, detractum] *om.* **V** *a. c. (ceterum* cep- **LV**^{corr}*)* 255 anulum] anullum **L** *a. c.* adiectis] advectis **F** *a. c.* 256 <H>ammonem **B**^{corr} *(*ammmonem **V***)* iuberent] iuberet **G** Quaerentibusque] quaerentibus **GBoMb** 257 respondit] **GBoMbB**^{corr}: respondet **Σ** *(*-n*det **L***)* ceterum ... certamen] *om.* **BoMb** provide<re> *Modius* 258 se] *fort. erasum in* **B** parari] parare **V** sibi] sibi iussit **G**: *om.* **BoMb** 259 interrogante] interrogando **BoMb** 260 Suprema ... extinguitur] *pro his alia aliunde petita habet* **G**: *pro* suprema **Mb** *habet* superna haec] haeo **L** *a. c.* 262 et planctibus] *om.* **G** regia] regio **G** 263 mox] mex **L** *a. c.* muta] mutata **BoMb**

custodiae corporis eius adsueti, nec doloris magnitudinem capere nec se ipsos intra vestibulum regiae tenere potuerunt: vagique et furentibus similes totam urbem luctu ac maerore conpleverant, nullis questibus omissis, quos in tali casu dolor suggerit. 9 Ergo, qui extra regiam adstiterant, Macedones pariter barbarique concurrunt; nec poterant victi a victoribus in communi dolore discerni. Persae iustissimum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortissimum regem invocantes certamen quoddam maeroris edebant. 10 Nec maestorum solum, sed etiam indignantium voces exaudiebantur, tam viridem et in flore aetatis fortunaeque invidia deum ereptum esse rebus humanis. Vigor eius et vultus educentis in proelium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros pro contione donantis occurrebant oculis. 11 Tum Macedones divinos honores negasse ei paenitebat, inpiosque et ingratos fuisse se confitebantur, quod aures eius debita appellatione fraudassent.

XVI Et cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio regis haesissent, in ipsos versa miseratio est. 12 Macedonia profecti ultra Euphraten <in> mediis hostibus novum imperium aspernantibus destitutos se esse cernebant: sine certo regis herede [sine herede regni] publicas vires ad se quemque tracturum. 13 Bella deinde civilia, quae secuta sunt, mentibus augurabantur: iterum, non de regno Asiae, sed de rege, ipsis sanguinem esse fun-

P(*a* 266 intra)**G**(*usque ad* 272 invocantes)**BoMb**(*uterque usque ad* 266 ipsos)**BFLV**

265 corporis eius] eius corporis **BoMb** nec] neo **F** magnitudinem] magnitudine **BoMb** capere nec se] **G**: canecse **BL**: carere nece **F**: nec carere se **B**corr: canere **L**corr: carere necse **F**corr: carere **V** 267 totam] **GBoB**corr: tantam **ω** maerore] memore **P** 268 omissis] omnissis **L** *a. c.* quos] cos **P** in tali] itali **B** *a. c.*: in itali **F** *a. c.* 269 adstiterant] adsisterant **P**: adstiterunt **F** *a. c.* 271 optimum] optissimum **P**: aptissimum **GColSig** 272 maeroris] memoris **P** 273 voces] veces **L** *a. c.* viridem] vicidem **P** *a. c.* 274 flore] fore **V** *a. c.* invidia] invidi **F** ereptum] erepta **P**: ereptam **V** 275 eius] oris *Cornelissen* obsidentis] obsidentes **L** *a. c.* evadentis] evadentes **P**: evadent*s **L** 276 muros] mures **P** pro] viros **B** *a. c.* donantis] donatis **Σ** 277 paenitebat] paenitebant **Σ** ingratos] ingratosque **F** *a. c.* 278 confitebantur] confitebatur **L** *a. c.* appellatione] apela- **P** 279 d. nunc] d. nuc **L** *a. c.* haesissent] es- **V** in] ni **V** 280 <in> *add. Zumpt* 281 destitutos] **B**corr: dis- **ω** 282 [sine herede regni] *del. Freinsheimius (vel* sine certo regni herede*)*: sine sede regni *Cornelissen* 283 civilia] civili **Σ** 284 ipsis] ipsi **V**: <ipsorum> ipsis *Warmington*

285 dendum; novis vulneribus veteres rumpendas cicatrices: [14] senes, debiles,
modo petita missione <a> iusto rege, nunc morituros pro potentia forsi-
tan satellitis alicuius ignobilis. [15] Has cogitationes volventibus nox super-
venit terroremque auxit. Milites in armis vigilabant, Babylonii alius e
muris, alius culmine sui quisque tecti prospectabant, quasi certiora visuri.
290 [16] Nec quisquam lumina audebat accendere; et, quia oculorum cessabat
usus, fremitus vocesque auribus captabant ac plerumque vano metu territi,
per obscuras semitas alius alii occursantes, invicem suspecti ac solliciti
ferebantur. [17] Persae, comis suo more detonsis, in lugubri veste cum
coniugibus ac liberis non ut victorem et modo [ut] hostem, sed ut gentis
295 suae iustissimum regem vero desiderio lugebant ac sueti sub rege vivere
non alium, qui imperaret ipsis, digniorem fuisse confitebantur. [18] Nec XVII
muris urbis luctus continebatur, sed proximam regionem ab ea, deinde
magnam partem Asiae cis Euphraten tanti mali fama pervaserat. [19] Ad
Darei quoque matrem celeriter perlata est: abscissa ergo veste, quam
300 induta erat, lugubrem sumpsit laceratisque crinibus humi corpus abiecit.
[20] Adsidebat ei altera ex nep[o]tibus nuper amissum <H>eph<a>estionem,
cui nupserat, lugens propriasque causas doloris in communi maestitia
retractaba[n]t. [21] Sed omnium suorum mala Sisigambis una capiebat:
illa suam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam praeterita
305 revocaverat. Crederes modo amissum Dareum et pariter miserae duorum
filiorum exequias esse ducendas. Flebat simul mortuos vivosque. [22] Quem
enim puellarum acturum esse curam? Quem alium futurum Alexandrum?

PG(*a* 288 Babylonii)**BFLV**

285 rumpendas] rumpandas **P** 286 <a> *add.* **B**^{corr} 287 volventibus] vole- **F**
288 Babylonii] babilonii **P**: babylunii **L** *a. c.*: babillonii **V** 289 quisque] quis **P**
290 cessabat] cessaba **L** *a. c.* 291 usus] usu **P** plerumque] plerumque quae **Σ**
vano] vane **L** *a. c.* 292 solliciti] soli- **L** *a. c.* 293 comis suo] *Palmerius*: commisso
PBFL^{corr}**V**: commisse **L** cum] *om.* **Σ** 294 et] *ita* **P**^{corr} *in ras.* [ut] *del. Vindelinus*
295 ac sueti] assueti **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* 298 Euphraten] eufraten **F** Ad] a **L** *a. c.*
299 abscissa] abscisa **P** quam] qua **Σ** 300 induta] i- **L**^{corr} *in ras.* corpus] cor-
pus ** **F** *(-us* **F**^{corr} *in ras.)* 301 nep[o]tibus **GBoMbB**^{corr} <H>eph<a>estionem *ed.
Lugd.* 303 retractaba[n]t *Erasmus* Sisigambis] sisimgambis **P** 304 praeterita]
praeteritas **L** 305 et] a **L** *a. c.* duorum] duo **L** *a. c.* 307 Quem] quam **Σ**

Iterum esse se captas, iterum excidisse regno. Qui mortuo Dareo ipsas
tueretur, repperisse; qui post Alexandrum respiceret, utique non re-
perturas. [23] Subibat inter haec animum LXXX fratres suos eodem die ab 310
Ocho, saevissimo regum, trucidatos adiectumque stragi tot filiorum
patrem; e septem liberis, quos genuisset ipsa, unum superesse; ipsum
Dareum floruisse paulisper, ut crudelius posset extingui. [24] Ad ultimum
dolori succubuit, obvolutoque capite, accidentis genibus suis neptem
nepotemque aversata, cibo pariter abstinuit et luce. Quinto, postquam 315
mori statuerat, die extincta est. [25] Magnum profecto Alexandri indul-
gentiae in eam iustitiaeque in omnes captivos documentum est mors
huius, quae cum sustinuisset post Dareum vivere, Alexandro esse superstes
erubuit.

XVIII [26] Et, hercule, iuste aestimantibus regem liquet bona naturae eius fuisse, 320
vitia vel fortunae vel aetatis. [27] Vis incredibilis animi, laboris patientia
propemodum nimia, fortitudo non inter reges modo excellens, sed inter
illos quoque, quorum haec sola virtus fuit, [28] liberalitas saepe maiora
tribuen[ti]s, quam a dis petuntur, clementia in devictos <qualem mon-
strant> tot regna aut reddita, quibus ademerat bello, aut dono data, 325
[29] mortis, cuius metus ceteros exanimat, perpetua contemptio, gloriae
laudisque, ut iusto maior cupido, ita in iuvene et in tantis <sa>ne[c] ad-
mittenda rebus; [30] iam pietas erga parentes, quorum Olympiada in-

PG(*usque ad* 319 erubuit)**BFLV**

308 captas] capatas **L'** *a. c.* excidisse] **B**^{corr}: excedisse **ω** regno] regnum **P** *a. c.* ipsas tueretur] ipsa stuperetur **P** 309 repperisse] repe- **V** *a. c.* post] plus **Σ** 310 ab] ob **L** *a. c.* 311 filiorum] filiorem **L** *a. c.* 314 succubuit] subcubuit **PBL** accidentis] accidentes **L** *a. c.* 315 nepotemque] nepte- **B** *a. c.* cibo] c- *ita* **V**^{corr} *in ras.* 316 Magnum] magum **L'** *a. c.* Alexandri] alexandro **Σ** 318 superstes] superestes **V** 320 liquet] *** liquet **L** *(*li- **L**^{corr} *in ras.)* 324 tribuen[ti]s *Bentleius* <qualem monstrant> *add. Lucarini* 325 aut] haud **P** ademerat] *Bentleius*: eadem erat **P**: eademserat **BFV**: ea deserat **L**: ea dempserat **B**^{corr}: ea ademerat **ς**: eadem ademerat *Dempsie* 326 metus] dotus **V**: detus **V**^{corr} contemptio] contentio **PF** 327 laudisque] luudisque **P** *a. c.* in iuvene] *Jeep*: ut iuveni **ω** <sa>ne[c] admittenda *Novák*: nec admiranda **ς**: sane remittenda *Walter*: admittenda *edd. vett.*: neglegenda *Hedicke*: nec evitanda *Kinch*: eius admittenda *Jeep* 328 Olympiada] **ς**: olimpiada **PFLV**: olimpiadam **B**: olympiadam **B**^{corr} inmortalitati] inmortalitate **P**

mortalitati consecrare decreverat, Philippum ultus erat, [31] iam in omnes
330 fere amicos benignitas, erga milites benivolentia, consilium par magnitudini animi et, quantam vix poterat aetas eius capere, sollertia, [32] modus inmodicarum cupiditatum, veneris intra naturale desiderium usus nec ulla nisi ex permisso voluptas ingenii profecto dotes erant. [33] Illa fortunae: dis aequare se et caelestes honores accersere et talia suadenti-
335 bus oraculis credere et dedignantibus venerari ipsum vehementius, quam par esset, irasci, in externum habitum mutare corporis cultum, imitari devictarum gentium mores, quas ante victoriam spreverat. [34] Nam iracundiam et cupidinem vini, sicuti iuventa inritaverat, ita senectus mitigare potuisset. [35] Fatendum est tamen, cum plurimum virtuti
340 debuerit, plus debuisse fortunae, quam solus omnium mortalium in potestate habuit. Quotiens illum a morte revocavit! Quotiens temere in pericula vectum perpetua felicitate protexit! [36] Vitae quoque finem eundem illi quem gloriae statuit: expectavere eum fata, dum, Oriente perdomito aditoque Oceano, quidquid mortalitas capiebat, inpleret.
345 [37] Huic regi ducique successor quaerebatur, sed maior moles erat, quam ut unus subire eam posset. Itaque nomen quoque eius et fama rerum in totum propemodum orbem reges ac regna diffudit, clarissimique sunt habiti, qui etiam minimae parti tantae fortunae adhaeserunt.

350 **VI** Ceterum Babylone (inde enim devertit oratio) corporis [eius] custodes in regiam principes amicorum ducesque copiarum advocavere. Secuta XIX

PG(*a* 345 Huic regi)**BFLV**

329 consecrare decreverat] consecraverat **F**: -atre dec- **V** ultus] vultus **F** *a. c.* 330 benivolentia] benev- **L** *a. c.* 331 sollertia] sole- **P**: sollertiam **B** 332 modus] *Laetus*: modum **ω** 333 ingenii] *Acidalius (vel* ingenitae*)*: ingentes **ω**: ingentes ... erant *del. Dempsie* profecto] praefecto **P** dotes] dotes <naturae> *Meiser* erant] erat **P** 334 aequare] aeaequare **P** *a. c.* accersere] ac- *et* -s- **V**corr *in ras.*: asserere *Kinch* 335 dedignantibus] declinant- **L** 336 mutare] matare **P** *a. c.*: mitare **L** *a. c.* imitari] hi- **P** *a. c.* 337 quas] quos **ς** 338 vini, sicuti] vinis ecuti **F** ita] ut a **B** *a. c.* 340 debuisse] debuisset **PF** 341 illum] temere **F** *a. c.* 342 Vitae] vetae **L** *a. c.* 343 Oriente] moriente **P** 344 Oceano] aceano **P** 346 unus] unius **PG** 348 adhaeserunt] ades- **P** 350 Babylone] **M**: babilone **PF**: babillone **P**corr**LV**: babulone **B**: babyllone **B**corr [eius] *del. Dempsie* 351 advocavere] advocare **P** *a. c.*

est militum turba cupientium scire, in quem Alexandri fortuna esset
transitura. 2 Multi duces, frequentia militum exclusi, regiam intrare non
poterant, cum praeco, exceptis qui nominatim citarentur, adire prohiberet.
Sed precarium spernebatur imperium. 3 Ac primum eiulatus ingens 355
ploratusque renovatus est, deinde futuri expectatio, inhibitis lacrimis,
silentium fecit. 4 Tunc Perdicca, regia sella in conspectum volgi data, in
qua diadema vestisque Alexandri cum armis erant, anulum sibi pridie
traditum a rege in eadem sede posuit. Quorum aspectu rursus obortae
omnibus lacrimae integravere luctum. 5 Et Perdicca: «Ego quidem» inquit 360
«anulum, quo ille regni atque imperii vi res obsignare erat solitus, traditum
ab ipso mihi reddo vobis. 6 Ceterum, quamquam nulla clades huic, qua
adfecti sumus, par ab iratis dis excogitari potest, tamen magnitudinem
rerum, quas egit, intuentibus credere licet, tantum virum deos ad-
commodasse rebus humanis, quarum sorte conpleta, cito repeterent 365
eum suae stirpi. 7 Proinde quoniam nihil aliud ex eo superest, quam
quod semper ab inmortalitate seducitur, corpori nominique quam
primum iusta solvamus, haud obliti, in qua urbe, inter quos simus, quali
praeside ac rege spoliati. 8 Tractandum est, com<m>ilitones, co-
gitandumque, ut victoriam partam inter hos, de quibus parta est, ob- 370
tinere possimus. Capite opus est: hocine uno an <pluribus>, in vestra
potestate est. Illud scire debetis, militarem sine duce turbam corpus esse
sine spiritu. 9 Sextus mensis est, ex quo Roxane praegnans est. Optamus,

PGBFLV

353 transitura] trasi- **L** 354 adire] adhi- **P** *a. c.*: adre **L** *a. c.* prohiberet] proib- **P** *a. c.* 355 Ac] **G**: ad **ω** 357 conspectum] conspectu **L** volgi] vul- **PGV**^{corr} 359 sede] sedem **P** 361 imperii] imperio **L** vi res] *Watt*: vires **ω**: res *Schefferus*: vices *Georges* 362 huic] -c **F**^{corr} *in ras.*: huio **L** *a. c.* 363 potest] potes **L** *a. c.* 364 deos] doos **L** *a. c.* 366 stirpi] stirpe **L** *a. c.* ex] e **L** *a. c.* 367 inmortalitate] imo- **P** seducitur] subducitur **ς** nominique] numinique *Gleye*: utique *Hedicke*: hominique *Heumannus*: exanimi quoque *Jeep* 368 urbe] -e **F**^{corr} *in ras.* 369 com<m>ilitones **GM** (-tenes **L** *a. c.*) cogitandumque] **GB**^{corr}: cogitantumque **PFL**: cogitatumque **V** 371 possimus] posi- **L** *a. c.* hocine uno an <pluribus> **B**^{corr}: hoc me uno an <pluribus> **Bo** (me *iam* **ColSig**): hoc nominare *Bentleius* 373 mensis] mensus **F** *a. c.* **V** Roxane] -x- **V**^{corr} *in ras.* praegnans] praegna **P**: regnans **V** *a. c.*

ut marem enitatur, cuius regnum dis adprobantibus futurum, quandoque
375 adoleverit. Interim a <quot> quibusque regi velitis, destinate.» Haec
Perdicca. [10] Tum Nearchus Alexandri modo sanguinem ac stirpem regiae xx
maiestati convenire neminem ait posse infitiari; [11] ceterum expectari
nondum ortum regem et, qui iam sit, praeteriri, nec animis Macedonum
convenire nec tempori rerum. Esse e Barsine filium regis: huic diadema
380 dandum. [12] Nulli placebat oratio. Itaque suo more hastis scuta quatientes
obstrepere perseverabant, iamque prope ad seditionem pervenerant,
Nearcho pervicacius tuente sententiam; [13] tum Ptolomaeus: «Digna
prorsus est suboles,» inquit «quae Macedonum imperet genti, Roxanes
vel Barsine<s> filius, cuius nomen quoque Europam di<s>cere pigebit,
385 materna ex parte captivi! [14] En cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum
serviamus, quod iusti illi reges Dareus et Xerxes tot milium agminibus
tantisque classibus nequiquam petiverunt! [15] Mea sententia haec est, ut
sede Alexandri in regia posita, qui consiliis eius adhibebantur, coeant,
quotiens in commune consulto opus fuerit, eoque, quod maior pars
390 eorum decreverit, stetur; duces praefectique copiarum his pareant.»
[16] Ptolomaeo quidam, pauciores Perdiccae adsentiebantur. Tum Aristonus
orsus est dicere Alexandrum consultum, cui relinqueret regnum, voluisse

PG(*usque ad* 376 Perdicca*; denuo a* 382 tum Ptolemaeus)**BFLV**

374 enitatur] ent- **V** *a. c.*: -r **L**[corr] *in ras.* futurum] futu**rum **F**: <sit> f. *Hedicke, sed cf. 5.1.17* 375 <quot> *add. Kinch* quibusque] quibus **GBoMbB** 377 infitiari] *Bentleius*: mirari **ω** expectari] expectare **V** *a. c.* 378 ortum] ho- **B** *a. c.* praeteriri] praeteriti **V** 379 tempori rerum] tempori eorum *Hedicke*: tenori rerum *Jeep*: tempori. Verum *Heinsius* e] *Bruno*: a **ω** 380 Itaque] i- *non bene disp.* **V** hastis] as- **F**: hes- **L** *a. c.* 382 pervicacius] perviacius **Σ** *(in* **B** *deinde corr.*: *non disp.* **F** *a. c.)* sententiam] sententia **P** tum] cum *Hedicke* Ptolomaeus] *Hedicke*: ptholomeus **PV**: ptolomeus **LV**: tolomeus **F** 383 suboles] **B**[corr]: soboles **ω** Roxanes] roxanis **GB**[corr] 384 Barsine<s> *Modius* Europam] europa **B**[corr] di<s>cere *Heinsius* pigebit] pigebat **L** *a. c.* 385 materna] *Cornelissen*: maiore **PBF** *(*ma- **F**[corr] *in ras.)* **V**: magore **L** En] *Bentleius*: est **ω** 386 Xerxes] **B**: exerses **PV**: xersis **GL**: xerses **B**[corr]**L**[corr]: *xerses **F** 388 in regia posita] ut regia aposita **P** adhibebantur] adhibeantur **P** 390 decreverit] decreverant **P** *a. c.* pareant] pariant **V** *a. c.* 391 Ptolomaeo] *Hedicke*: ptholomeo **PGBFL**: ptolomeo **V** adsentiebantur] adsenteebantur **P** *a. c.* 392 relinqueret] reliqueret **PL** *a. c.*

optimum deligi; iudicatum autem ab ipso optimum Perdiccam, cui anulum tradidisset. [17] Neque enim unum eum adsedisse morienti, sed circumferentem oculos ex turba amicorum delegisse, cui traderet. Placere 395 igitur summam imperii ad Perdiccam deferri. [18] Nec dubita<ve>re, quin vera censeret. Itaque universi procedere in medium Perdiccam et regis anulum tollere iubebant. Haerebat inter cupiditatem pudoremque et, quo modestius, quam expectabant, adpeteret, pervicacius oblaturos esse credebat. [19] Itaque cunctatus diuque, quid ageret, incertus, ad ultimum 400 XXI tamen recessit et post eos, qui sederant proximi, constitit. [20] At Meleager, unus e ducibus, confirmato animo, quem Perdiccae cunctatio erexerat: «Nec di sierint,» inquit «ut Alexandri fortuna tantique regni fastigium in istos humeros ruat: homines certe non ferent. Nihil dico de nobilioribus, quam hic est, sed de viris tantum, quibus invitis nihil perpeti 405 necesse est. [21] Nec vero interest, Roxanes filium, quandoque genitus erit, an Perdiccan regem habeatis, cum iste sub tutelae specie regnum occupaturus sit. Itaque nemo ei rex placet, nisi qui nondum natus est et in tanta omnium festinatione non iusta modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus expectat et iam divinat marem esse conceptum. 410 Quem vos dubitetis paratum esse vel subdere? [22] Si, medius fidius, Alexander hunc nobis regem pro se reliquisset, id solum ex iis, quae imperasset, non faciendum esse censerem. [23] Quin igitur ad diripiendos thesauros discurritis? Harum enim opum regiarum utique populus est

PG(*usque ad* 398 iubebant)**BFLV**

393 deligi] diligi **P**: delegi **G**: deligi ... optimum *om.* **L** *a. c.* ipso] ipsa **P** 394 anulum] annullum **L** *a. c.* eum] *del.* **L**^{corr} morienti] mer- **L** *a. c.* 395 circumferentem] *Iunta*: circumferenti **ω** delegisse] diligisse **P** 396 Perdiccam] perdicam **L** deferri] deferre **L** *a. c.* dubita<ve>re **GB**^{corr} 398 iubebant] iuve- **F** *a. c.* pudoremque] pod- **B** *a. c.* 399 modestius] modo est ius **P** quam expectabant] *Lucarini*: quod expectabat **ω**: quod expetebat **ς**: quod spectabat *Hedicke* adpeteret] atp- **P** oblaturos] -o- **L**^{corr} *in ras.* 401 eos] eas **L** *a. c.* sederant] sedi erant *Kinch* At] ad **P** 402 erexerat] exerat **B** *a. c.*: eratxerat **V** *a. c.* 404 istos] isto **L** *a. c.* ruat] -t **L**^{corr} *in ras.* 406 Roxanes] *Bruno*: hroxanis **PFLV**: roxanis **B** 407 Perdiccan] **B**: -ican *rell.* tutelae] -u- **L**^{corr} *in ras.* 408 nisi] nis **L** *a. c.* 410 solus] solos **P** 411 dubitetis] dubitatis **B**^{corr} 412 pro se] *om.* **P** reliquisset] reliquo sed **P** *a. c.* iis] *Vindelinus*: his **ω** 413 censerem] ces- **L** *a. c.*

415 heres.» [24] Haec elocutus, per medios armatos erupit, et, qui abeunti viam dederant, ipsum ad pronuntiatam praedam sequebantur.

VII Iamque armatorum circa Meleagrum frequens globus erat, in seditionem ac discordiam versa contio<ne>, cum quidam, plerisque 420 Macedonum ignotus, ex infima plebe: [2] «Quid opus est» inquit «armis civilique bello habentibus regem, quem quaeritis? Arrhidaeus, Philippo genitus, Alexandri paulo ante regis frater, sacrorum caerimoniarumque consors modo, nunc solus heres, praeteritur a vobis. Quo suo merito? Quidve fecit, cur etiam gentium communi iure fraudetur? Si Alexandro 425 similem quaeritis, numquam reperietis, si proximum, hic solus est.» [3] His auditis, contio primo silentium velut iussa habuit; conclamant deinde pariter Arrhidaeum vocandum esse mortemque meritos, qui contionem sine eo habuissent. [4] Tum Pithon, plenus lacrimarum, orditur dicere, nunc vel maxime miserabilem esse Alexandrum, qui tam bonorum civium 430 militumque fructu et praesentia fraudatus esset: nomen enim memoriamque regis sui tantum intuentes ad cetera caligare eos. [5] Haud ambigue iuvenem, cui regnum destinabatur, incessebat, sed probra, quae obiecerat, magis ipsi odium quam Arrhidaeo contemptum attulerunt: quippe, dum miserentur, etiam favere coeperunt. [6] Igitur non alium regem 435 se quam eum, qui ad hanc spem genitus esset, passuros pertinaci

XXII

PG(*a* 418 in seditionem *usque ad* 428 habuissent*; denuo a* 434 Igitur)**BFLV**

415 elocutus] loc- **B** *a. c.*: ecutus **L** *a. c.* medios] medius **P** *a. c.* 416 pronuntiatam] *Freinsheimius*: praenuntiantem **ω** 419 contio<ne> *Vindelinus* 420 infima] infama **B** *a. c.*: infirma **L** *a. c.* 421 Arrhidaeus] *Zumpt*: arrithdeus **PF**[corr]: arithdeus **Σ** 422 caerimoniarumque] caerem- **P** 423 suo merito] merito suo **Σ** 424 cur] qur **V** communi] communii **F** 425 reperietis] reppe- **P** 426 conclamant] condamnant **P** 427 Arrhidaeum] *Zumpt*: aritdeum **P**: arithdeum **BFL**: eritdeum **V** vocandum] **G**: vocatum **ω** 428 Pithon] *Bruno*: phiton **ω** 430 fructu] **B**: fructum *rell.* 432 iuvenem] <in> iuvenem **ς**: tum in eum *Hedicke* destinabatur] dis- **P** incessebat, sed] *Novák*: inpense **ω**: *ante h. v. lac. ind. Müller, post idem Dempsie*: inpugnans, sed *Damsté*: insectatus est, sed *Shackleton Bailey*: inpetiit, sed *Jeep*: ingessit *Hedicke* 433 magis] migis **L** *a. c.* Arrhidaeo] *Zumpt*: arithdeo **ω** 434 coeperunt] cep- **P** regem] *om.* **Σ** 435 passuros] parsuros **Σ** pertinaci] pertinatia et **PG**

adclamatione declarant vocarique Arrhidaeum iubent. 7 Quem Meleager, infestus invisusque Perdiccae, strenue perducit in regiam, et milites
XXIII Philippum consalutatum regem appellant. 8 Ceterum haec vulgi erat vox, principum alia sententia. E quibus Pithon consilium Perdiccae exequi coepit tutoresque destinat filio ex Roxane futuro Perdiccam et Leonnatum, 440
stirpe regia genitos. 9 Adiecit, ut in Europa Craterus et Antipater res administrarent. Tum iusiurandum a singulis exactum, futuros in potestate regis geniti Alexandro. <...> 10 Meleager (haud iniuria metu supplicii territus cum suis secesserat) rursus Philippum trahens secum inrupit regiam, clamitans suffragari spei de novo rege paulo ante conceptae robur 445
aetatis: experirentur modo stirpem Philippi et filium ac fratrem regum duorum: sibimet ipsis potissimum crederent. 11 Nullum profundum mare, nullum vastum fretum et procellosum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet, utique si nova et brevi duratura libertate luxuria<t>. 12 Pauci Perdiccae modo electo, plures Philippo, quem spre- 450
verant, imperium dabant. Nec velle nec nolle quicquam diu poterant, paenitebatque modo consilii, modo paenitentiae ipsius. Ad ultimum tamen in stirpem regiam inclinavere studiis. 13 Cesserat ex contione Ar-

PG(*usque ad* 447 crederent*; denuo a* 450 Pauci)**BFLV**

436 Arrhidaeum] *Zumpt*: aritdeum **PFL**: arithdeum **BV** iubent] iubeent **P** Meleager] -a- **F**^{corr} *in ras.* 437 Perdiccae] perdicae **F** strenue] **F**^{corr}**V** *a. c.*: strennue *rell.* 438 Philippum] philiphum **BL** *a. c.*: phylippum **F** consalutatum] consalvatum **F**: *alterum* -a- **L**^{corr} *in ras.*: consaluattum **V** regem] *om.* **V** *a. c.* erat] erat * **F** 439 principum] princip*um **B**: principium **F** Pithon] *Bruno*: phiton **ω** Perdiccae] perdicae **PF** 440 tutoresque] tator- **F** *a. c.* ex] *om.* **F** Perdiccam] perdicam **L** 441 stirpe] styrpe **F** genitos] genitus **P** 442 administrarent] administrant **L** *a. c.* potestate] potestatem **PGL** 443 <...> *lac. ind. Lucarini, dubit.* Meleager] melia- **L** *a. c.* haud] haut **F** *a. c.* iniuria] iniuriam **L** *a. c.* 444 suis] *Iunta*: his **ω** Philippum] phillippum **F** inrupit] inrupi **L** *a. c.* 445 suffragari] **M**: subfragari **PBFL**: suffragare **V** spei] *Hedicke*: rei publicae **ω**: spei publicae *Heinsius* conceptae] concepto **BF** *a. c.* robur] robor **P** 446 stirpem] styrpem **FV** Philippi] phyl- **F** et] *del. Hedicke* 447 duorum] suorum **P** *a. c.* 449 si] *Iunta*: ipsi **P**: etsi **Σ** duratura] duraturatura **F** luxuria<t> **Bo** 450 Perdiccae] perdicae **F** electo] electe **P**: electa **BV** Philippo] phyl- **V** quem spreverant] *Acidalius*: quam speraverant **ω** 452 paenitentiae] paenitentae **L** *a. c.* 453 stirpem] styrpem **F** inclinavere] inclan- **P** Arrhidaeus] *Zumpt*: arrhideus **P**: arithdeus **Σ**

rhidaeus, principum auctoritate conterritus, et, abeunte illo, conticuerat
455 magis quam elanguerat militaris favor. Itaque revocatus vestem fratris (eam ipsam, quae in sella posita fuerat) induitur. [14] Et Meleager, thorace sumpto, capit arma, novi regis satelles. Sequitur phalanx, hastis clipeos quatiens, expletura se sanguine illorum, qui adfectaverant nihil ad ipsos pertinens regnum. [15] In eadem domo familiaque imperii vires remansu-
460 ras esse gaudebant: hereditarium imperium stirpem regiam vindicaturam: adsuetos esse nomen ipsum colere venerarique nec quemquam id capere nisi genitum, ut regnaret. [16] Igitur Perdicca territus conclave, in quo Alexandri corpus iacebat, obser[v]ari iubet. DC cum ipso erant spectatae virtutis; Ptolomaeus quoque se adiunxerat ei puerorumque regia cohors. XXIV
465 [17] Ceterum haud difficulter a tot milibus armatorum claustra perfracta sunt. Et rex quoque inruperat, stipatus satellitum turba, quorum princeps Meleager. [18] Iratusque Perdicca hos, qui Alexandri corpus tueri vellent, sevocat, sed qui inruperant eminus tela in ipsum iaciebant. Multisque vulneratis tandem seniores, demptis galeis, quo facilius nosci possent,
470 precari eos, qui cum Perdicca erant, coepere, ut absisterent bello regique et pluribus cederent. [19] Primus Perdicca arma deposuit, ceterique idem

PG(*usque ad* 459 regnum*; denuo a* 462 Igitur Perdicca)**BFLV**

454 et] sed *Kinch* illo] ille **P** 455 elanguerat] languerat **Σ** 456 induitur] induitus **P** thorace] thrace **P** *a. c.*: thorice **L** *a. c.* 457 phalanx] phal*anx **L**: phalancx **V** clipeos] **B**corr: clyp- **ω** 458 expletura] expleturas **P** adfectaverant] adfact- **L** *a. c.* 459 eadem] eodem **L** *a. c.* imperii] -ii *in fenestra perierunt in* **P** 460 hereditarium] hereditari*um **L**: hereditario **V** stirpem] styrpem **F** vindicaturam] und- **L** *a. c.*: vend- **B**corr 461 venerarique] none- **L** *a. c.* 462 conclave] conclavem **B** 463 Alexandri] alexand*ri **V** obser[v]ari *Palmerius (in* **P** -i *periit in fenestra*: -vare **F** *a. c.)* 464 Ptolomaeus] *Hedicke*: pthholomeus **PBF**corr**L**: ptolomeus **FV** adiunxerat] adiuncxe- **V** cohors] choors **V** 465 haud] aut **P** a] ad **V** 466 stipatus] stipatos **P** quorum] corum **L** *a. c.* 467 Meleager] melia- **L** *a. c.* Iratusque] ibat; itaque *Hedicke*: <erat>; iratusque *coni. Lucarini (de v.* erat *inserendo iam cogit. Schefferus)* hos] hoc **P**: huc **G**: *om.* **V**: os **V**corr Alexandri] alexandro **V** vellent] vellen **L** *a. c.* 468 sed qui] **B**corr: sequi qui **PG**: sequi **Σ** iaciebant] iacebant **P**: ia*ebant **L**: iacibant **V** 469 demptis] dentis **P** 470 eos] *om.* **Σ** coepere] cep- **PV** absisterent] absiseren **L** *a. c.* bello] belo **F** *a. c* 471 Perdicca] perdica **P** ceterique] *alterum* -e- **L**corr *in ras.*

fecere. Meleagro deinde suadente, ne a corpore Alexandri discederent, insidiis locum quaeri rati, diversa regiae parte ad Euphraten fugam intendunt. [20] Equitatus, qui ex nobilissimis iuvenum constabat, Perdiccam et Leonnatum frequens sequebatur, placebatque excedere urbe 475 et tendere in campis. [21] Sed Perdicca ne pedites quidem secuturos ipsum desperabat; itaque, ne abducendo equites abrupisse a cetero exercitu videretur, in urbe subsistit.

xxv **VIII** At Meleager regem monere non destitit, ius imperii Perdiccae mor- 480 te sanciendum esse: ni occupetur inpotens animus, res novaturum. Meminisse eum, quid de rege meruisset; neminem autem ei satis fidum esse, quem metuat. [2] Rex patiebatur magis quam adsentiebatur. Itaque Meleager silentium pro imperio habuit misitque regis nomine, qui Perdiccam accerserent; isdem mandatum, ut occiderent, si venire du- 485 bitaret. [3] Perdicca, nuntiato satellitum adventu, sedecim omnino pueris regiae cohortis comitatus, in limine domus suae constitit castigatosque et Meleagri mancipia identidem appellans sic animi vultusque constantia terruit, ut vix mentis compotes fugerint. [4] Perdicca pueros equos iussit conscendere et cum paucis amicorum ad Leonnatum pervenit, iam 490 firmiore praesidio vim propulsaturus, si quis inferret. [5] Postera die indigna res Macedonibus videbatur, Perdiccam ad mortis periculum adduc-

PG(*usque ad* 472 fecere)**BFLV**

472 fecere] facere **P** *a. c.* Meleagro] meleagrum **V** ne] me **V** discederent] descenderent **P** 474 Equitatus] *alterum* -u- **L**^{corr} *in ras.* iuvenum] iuvenu **V** Perdiccam] perdicam **L** *a. c.* 476 tendere] en- **L** *a. c.* Perdicca] perdica **L** *a. c.* pedites] petitas **P** 477 ne] *om.* **L** abducendo] adducendo **P**: haucendo **L** *a. c.* abrupisse] abruisse **L** *a. c.*: abrupisse <se> *Freinsheimius* a] et **L** *a. c.* 480 At] ad **PV** monere] munere **PFL** *a. c.* imperii] imperium **Σ** 481 ni] *Modius*: ne **ω** novaturum] **ColSig**: novatorum **PBF**^{corr}**L**^{corr}**V**: renovatorum **F**: novaterum **L** 482 quid] qui **F** rege] re **L** *a. c.* 483 quem] quam **P** 484 misitque] misit **P**: missitque **L** *a. c.* qui] *om.* **P** 485 accerserent] acenserent **L** *a. c.*: accerserant **V** *a. c.* dubitaret] -r- *in fen. periit in* **P**: dubitarent **V** *a. c.* 487 castigatosque] stigmatiasque *Dempsie* 488 appellans] ape- **L** constantia] constatia **P** 489 fugerint] fugerent **B** pueros] **B**^{corr}: pueris **ω** 490 cum] con **P** pervenit, iam] perve- *et* iam *in fenestra perierunt in* **P** 491 firmiore] firmiora **PL** *a. c.*: firmiorae **F** *a. c.*

tum et Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverant. [6] Atque ille, seditione provisa <...> cum regem adisset, interrogare eum coepit, an
495 Perdiccam conprehendi ipse iussisset. Ille Meleagri instinctu se iussisse respondit; ceterum non debere tumultuari eos, Perdiccam enim vivere. [7] Igitur, contione dimissa, Meleager, peditum maxime defectione perterritus inopsque consilii (quippe in ipsum periculum recciderat, quod inimico paulo ante intenderat), triduum fere consumpsit incerta consilia
500 volvendo. [8] Et pristina quidem regiae species manebat: nam et legati gentium regem adibant et copiarum duces aderant et vestibulum satellites armatique conpleverant. [9] Sed ing<ru>ens sua sponte maestitia ultimae desperationis index erat suspectique invicem non adire propius, non conloqui audebant, secretas cogitationes intra se quoque volvente; et ex
505 comparatione regis novi desiderium excitabatur amissi. [10] Ubi ille esset, cuius imperium, cuius auspicium secuti erant, requirebant. Destitutos se inter infestas indomitasque gentes expetituras tot suarum cladium poenas, quandoque oblata esset occasio. [11] His cogitationibus animos exedebant, cum adnuntiatur equites, qui sub Perdicca essent, occupatis
510 circa Babylona campis, frumentum, quod in urbem vehebatur, retinuisse. [12] Itaque inopia primum, deinde fames esse coepit, et, qui in urbe erant, aut reconciliandam cum Perdicca gratiam aut armis certandum esse censebant. [13] Forte ita acciderat, ut, qui in agris erant, populationem

XXVI

PBFLV

493 decreverant] decreverat **P**: *post h. v. lac. ind. Hedicke* 494 <...> *lac. indic. Stangl* regem] regem <in contione> *vel* rex contionem *coni. Halm* adisset] accisset *Jeep* 495 conprehendi] con- *in fen. perierunt in* **P** instinctu ... respondit] -tu ... res- $\mathbf{F}^{corr}$ *in ras.* 497 peditum] *Lucarini*: equitum **ω**: *om.* **ς** 498 perterritus] perterritur **P** inopsque] -obsque **PF** recciderat] reci- **B**: recederat **L** *a. c.* 499 paulo] pauloo **L** 500 volvendo] volveldo **P** 501 adibant] adhi- **B** *a. c.* aderant] adhe- **F** *a. c.* 502 ing<ru>ens *Cornelissen* maestitia] aest- **V** 503 suspectique] suspecti **L** *a. c.* 504 secretas cogitationes] *Iunta*: secretae cogitationis **ω**: secreta cogitationis *Castiglioni* volvente] volventes **Σ** et] *om.* **V** *a. c.* 505 ille] *om.* **P** *a. c.* 506 auspicium] au*s- **L**: asp- **V** *a. c.* secuti] sic- **V** *a. c.* 507 expetituras] expectaturos **Σ** 509 Perdicca] perdic **L** *a. c.*: perdica **V** 510 Babylona] babillona **PL**: babyllona **B** *a. c.*: babyloniam $\mathbf{B}^{corr}$: babillonia **V** quod] quo **P** 512 aut r.] haut r. **P**

villarum vicorumque veriti, confugerent in urbem, oppidani, cum ipsos alimenta deficerent, <excederent> urbe et utrique generi tutior aliena 515
XXVII sedes quam sua videretur [14] Quorum consternationem Macedones veriti, in regiam coeunt, quaeque ipsorum sententia esset, exponunt. Placebat autem legatos ad equites mitti [et] de finienda discordia armisque ponendis. [15] Igitur a rege legatur Pas<i>as T<h>essalus et Amissus Megalopolitanus et Perilaus; qui cum mandata regis edidissent, non aliter 520 posituros arma equites, quam si rex discordiae auctores dedidisset, tulere responsum. [16] His renuntiatis, sua sponte arma milites capiunt. Quorum tumultu e regia Philippus excitus: «Nihil» inquit «seditione est opus; nam inter se certantium praemia, qui quieverint, occupabunt. [17] Simul mementote rem esse cum civibus; quibus spem gratiae cito abrumpere 525 ad bellum civile properantium est. [18] Altera legatione, an mitigari possint, experiamur. Et credo, nondum regis corpore sepulto, ad praestanda ei iusta omnis esse coituros. [19] Quod ad me attinet, reddere hoc imperium malo, quam exercere civium sanguine: et si nulla alia concordiae spes est, oro quaesoque, eligite potiorem.» [20] Obortis deinde lacrimis, diadema 530 detrahit capiti, dexteram, qua id tenebat, protendens, ut, si quis se digniorem profiteretur, acciperet. [21] Ingentem spem indolis ante eum diem fratris claritate suppressae tam moderata excitavit oratio. Itaque cuncti

P(*usque ad* 519 ponendis i-)**Q**(*a* 519 -gitur)**BFLV**

515 deficerent] defecerunt **L** *a. c.* <excederent> *add. Vindelinus* urbe] u- *in fenestra periit in* **P** 516 Quorum] *primum* -u- **L**^{corr} *in ras.* 517 in regiam coeunt] et in regie ceunt **L** *a. c.* 518 ad] **BoMb**: et **ω** [et] *del. Vindelinus* de] *om.* **L** 519 Pas<i>as *Hedicke* (passa **Q**) T<h>essalus **B**^{corr} Amissus] ammi- **Q**: *valde susp. cf. Lex. Greek Pers. Names a, 33*: Damis *Niese*: Damyllus *Hedicke* 520 Megalopolitanus] *Erasmus*: megalip- **ω** edidissent] edissent **B** *a. c.* 521 quam] nisi **Q** dedidisset] dedisset **Q** 522 His] *Laetus*: iis **BFL**^{corr}: is **LV** renuntiatis] renuntiantis **V** sponte] spon*te **L** 523 tumultu e] **ς**: tumultua e **BFL**^{corr}: tumulta e **L**: tumultu a **V** Philippus] phyl- **FL** est opus] opus est **Q** 524 quieverint] quievenerint **L** 525 esse] -se **F**^{corr} *in ras.* cum] *om.* **F** *a. c.* civibus] civilibus **B** *a. c.* 526 legatione] le*g- **L** possint] possunt **Q** *a. c.* 529 exercere] exce- **V** si nulla] sine ulla **B** *a. c.* concordiae] concordi **L** 530 Obortis] obho- **V** 531 detrahit] detrhit **L** *a. c.* qua] qu **L** *a. c.* 533 fratris] fratis **L** *a. c.* claritate] claritatis **V** *a. c.* suppressae tam moderata] *Hedicke*: suppressam eius moderata cunctos **Q**: suppressae (suppressam

instare coeperunt, ut, quae agitasset, exequi vellet. [22] Eosdem rursus legat
535 petituros, ut Meleagrum tertium ducem acciperent. Haud aegre id
inpetratum est; nam et abducere Meleagrum Perdicca a rege cupiebat et
unum duobus inparem futurum esse censebat. [23] Igitur Meleagro cum
phalange obviam egresso Perdicca equitum turmas antecedens occurrit.
Utrumque agmen, mutua salutatione facta, coit, in perpetuum, ut
540 arbitrabantur, concordia et pace firmata.

IX Sed iam fatis admovebantur Macedonum genti bella civilia; nam et — XXVIII
insociabile est regnum et a pluribus expetebatur. [2] Primum ergo conlisere
vires, deinde disperserunt; et cum pluribus corpus, quam capiebat,
545 <capitibus> onerassent, cetera membra deficere coeperunt, quodque
imperium sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur, ruit.
[3] Proinde iure meritoque populus Romanus salutem se principi suo debere
profitetur, qui noctis, quam paene supremam habuimus, novum sidus
inluxit. [4] Huius, hercule, non solis ortus lucem caliganti reddidit mundo,
550 cum sine suo capite discordia membra trepidarent. [5] Quot ille tum extinxit
faces! Quot condidit gladios! Quantam tempestatem subita serenitate
discussit! Non ergo revirescit solum, sed etiam floret imperium. [6] Absit

S(*a* 535 id inpetratum)**QBFLV**

B[corr]: super se pressae **L** *a. c.)* et amoderata **Σ**

534 agitasset] a. rex **Q** Eosdem rursus] rursus eosdem **Q** 535 petituros] **BoMb**: petiturus **ω** 536 inpetratum] inper- **Q** 538 phalange] phalang*e **V** egresso] regresso **S** *a. c.* equitum turmas] turmas equitum **Q** occurrit] -urit **F** *a. c.* 540 arbitrabantur] arbitrantur **F** *a. c.* 542 fatis] fatas **S** *a. c.* Macedonum genti] genti Macedonum **Q** bella] bela **L** civilia] civila **S** *a. c.* 543 insociabile] soc- **Q** expetebatur] expetabatur **S**: expectabatur **Q** conlisere] collegere **ς**: commisere *Jeep* 544 quam capiebat] capitibus *Niebuhr (ceterum* capiebant **QΣ***)* 545 <capitibus> *add. Vogel* onerassent] oneransent **F** membra] menbra **S** 546 dum] et dum **S** 548 qui] cui **QΣ** 549 solis] *om.* **Q** 550 membra] menbra **S** Quot] quod **QV** ille] -e **F**[corr] *in ras.* extinxit] extincxit **V** 551 faces] facies **S**[corr] *in ras.* Quot] quod **QV** gladios] gladius **Q** *a. c.* 552 sed] -ed **L**[corr] *in ras.*

modo invidia, excipiet huius saeculi tempora eiusdem domus utinam perpetua, certe diuturna posteritas.

7 Ceterum, ut ad ordinem, a quo me contemplatio publicae felicitatis (555) averterat, redeam, Perdicca unicam spem salutis suae in Meleagri morte [de]ponebat: vanum eundem et infidum celeriterque res novaturum et sibi maxime infestum occupandum esse. 8 Sed alta dissimulatione consilium premebat, ut opprimeret incautum. Ergo clam quosdam ex copiis, quibus praeerat, subornavit, ut, quasi ignoraret ipse, conque- (560) querentur palam Meleagrum aequatum esse Perdiccae. 9 Quorum sermone Meleager ad se relato, furens ira, Perdiccae, quae conperisset, exponit. Ille, velut nova re exterritus, admirari, queri dolentisque speciem ostentare ei coepit; ad ultimum convenit, ut conprehenderentur tam seditiosae vocis auctores. 10 Agit Meleager gratias amplexusque Perdiccam, (565) fidem eius in se ac benivolentiam conlaudat. 11 Tum communi consilio rationem opprimendi noxios ineunt. Placet exercitum patrio more lustrari, et probabilis causa videbatur praeterita discordia. 12 Macedonum reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissae canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab utraque abicerent parte, intra id (570) (XXIX) spatium armati omnes starent, hinc equites, illinc phalanx. 13 Itaque eo die, quem huic sacro destinaverant, rex cum equitibus elephantisque constiterat contra pedites, quis Meleager praeerat. 14 Iam equestre agmen movebatur et pedites subita formidine, ob recentem discordiam haud

SQBFLV

553 tempora] -ora *in alba lac. om.* **G** 554 certe] arte **Q** 555 ordinem, a quo me] -nem ... me *om.* **V** *a. c.* 556 averterat] averte **F** *a. c.* Perdicca] perdica **FL** 557 [de]-ponebat *Freinsheimius*: reponebat *Heinsius, Nett* 558 Sed alta] *Iunta*: sed alia **SQGBF**^{corr}**L** *(-ed* **L**^{corr} *in ras.)* **V**: *om.* **F** 560 conquererentur] **ς**: quaequ(a)ererentur **SQBF**: quaquererentur **L**: quiquererentur **V** 563 queri] que se **S** 565 vocis] voces **F** 566 in se] *om.* **Q** ac] ad **V** benivolentiam] benev- **L** *a. c.* 567 opprimendi] opprimendae **Σ** *(in* **B** *deinde corr.)* noxios] ox- **V** *a. c.* Placet] placeat **S** 568 Macedonum] macedon*um **L** 569 discissae] discessae **B** *a. c.* viscera] suis cera **B** *a. c.* ultimo] *om.* **S** 571 armati] ama- **L** *a. c.* phalanx] phax **L**: phalax **L**^{corr}: phalancx **V** 572 quem] **ς**: quae **ω** elephantisque] elefa- **L** 573 constiterat] constiterant **S** *a. c.* 574 formidine] formine **B** *a. c.* **L** *a. c.* **V**

575 sane pacati quicquam expectantes, parumper addubitavere, an in urbem subducerent copias: quippe pro equitibus planities erat. [15] Ceterum veriti, ne temere commilitonum fidem damnarent, substitere, praeparatis ad dimicandum animis, si quis vim inferret. Iam agmina coibant parvumque intervallum erat, quod aciem utramque divideret: [16] itaque rex cum una
580 ala obequitare peditibus coepit discordiae auctores, quos tueri ipse debebat, instinctu Perdiccae ad supplicia deposcens, minabaturque omnes turmas cum elephantis inducturum se in recusantes. [17] Stupebant inproviso malo pedites nec plus in ipso Meleagro erat aut consilii aut animi. Tutissimum ex praesentibus videbatur expectare potius quam
585 movere fortunam. [18] Tum Perdicca, ut torpentes et obnoxios vidit, xxx fere, qui Meleagrum erumpentem ex contione, quae prima habita est post mortem Alexandri, secuti erant, a ceteris discretos elephantis in conspectu totius exercitus obicit; omnesque beluarum pedibus obtriti sunt, nec prohibente Philippo nec auctore: [19] adparebatque id modo
590 pro suo vindicaturum, quod adprobasset eventus. Hoc bellorum civilium Macedonibus et omen et principium fuit. [20] Meleager, sero intellecta fraude Perdiccae, tum quidem, quia ipsius corpori vis non adferebatur, in agmine quietus stetit; [21] [et] mox, damnata spe salutis, cum eius nomine, quem ipse fecerat regem, in perniciem suam abutentis videret
595 inimicos, confugit in templum ac, ne loci quidem religione defensus, occiditur.

SQBFLV

575 pacati] peccati **B** quicquam] quanquam **Q**: quiquam **V** 577 temere] timere **F** *a. c.*: teme **L** *a. c.* damnarent] dampn- **V** ad] a **V** 578 coibant] quoibat **L**: -bant **L**corr 579 intervallum] -alum **V** *a. c.* cum una] commune **V** *a. c.* 580 obequitare] ab- **L** *a. c.* auctores] act- **L** *a. c.* ipse] ise **L** *a. c.* 581 deposcens] deso- **V** *a. c.* minabaturque] mana- **F** 582 se in recusantes] **B**corr**F**corr: sin recusantes **S**: in resistentes **Q**: se in recuntes **B**: se in recutes **FL**: sine recutes **V** Stupebant] stupebat **L** *a. c.* 583 erat] *om.* **Q** aut animi] amni **S** 585 Tum] *om.* **L** *a. c.* xxx] *Bentleius*: ccc **ω** *(*c*ccc **L***)* 586 erumpenten] erumpentetem **L** 588 totius] totiuus **L** *a. c.* 590 quod] quo **Σ** 593 [et] *om.* **ς**: sed *Hedicke* 594 nomine] anomine **S** *a. c.* suam] sui **Q** abutentis] abutentes **Q**: abeucentis **V** 595 religione] releg- **BL** *a. c.* **V** defensus] defensios **S** *a. c.* 596 occiditur] ocdutur **L**: occidutur **L**corr

xxx **X** Perdicca, perducto in urbem exercitu, consilium principum virorum
habuit, in quo imperium ita dividi placuit, ut rex quidem summam eius
obtineret, satrapes Ptolomaeus Aegypti <esset> et Africae gentium, quae 600
in dicione erant. [2] Laomedonti Syria cum Ph<o>enice data est, Philotae
Cilicia destinata, Lyciam cum Pamphylia et Maiore Phrygia obtinere
iussus Antigonus, in Cariam Cassander, Menander in Lydiam missi.
Phrygiam Minorem, Hellesponto adiunctam, Leonnati provinciam esse
iusserunt. [3] Cappadocia Eumeni cum Paphlagonia cessit; praeceptum 605
est, ut regionem eam usque ad Trapezunta defenderet, bellum cum
Ariarathe gereret: solus hic detrectabat imperium. [4] Pithon Mediam,
Lysimachus Thraciam adpositasque Thraciae Ponticas gentes obtinere
iussi. Qui Indiae quique Bactris et Sogdianis ceterisque aut Oceani aut
Rubri maris accolis praeerant, quibus quisque finibus habuisset imperium, 610
obtinerent decretum est; Perdicca ut cum rege esset copiisque praeesset,
quae regem sequebantur. [5] Credidere quidam testamento Alexandri
distributas esse provincias; sed famam eius rei, quamquam ab auctoribus
tradita est, vanam fuisse conperimus. [6] Et quidem quas quisque opes,
divisis imperii partibus, tuebantur, ipsi fundaverant: [7] quippe paulo ante 615

SQG(*a* 598 Perdicca *usque ad* 612 sequebantur)**BF**(*de quo vide praef.*)**LV**

598 principum] principium **F** 600 Ptolomaeus] *Hedicke*: ptolomeus **SFV**: ptholomeus **BL**^{corr}**V**^{corr}: ptholomus **L** <esset> *add. Vogel* 601 Laomedonti] **ς**: leo- **ω** Syria] siria **S** Ph<o>enice **ς** Philotae] phyl- **L** 602 destinata] destinata est **S** Lyciam] **ς**: lic- **ω** Pamphylia] *Erasmus*: pamphilia **SG**^{corr}**BLV**^{corr}: phamphilia **F**: philia **V** Phrygia] **Bo**: frigiae **S**: frigia **S**^{corr}**GΣ** 603 Antigonus] antogonus **B** *a. c.* **FL**^{corr}**V**: antogenus **L** Menander] manander **S**: minander **S**^{corr} Lydiam] lid- **QΣ** 604 Phrygiam] phri- **SBFL** 605 Cappadocia] capa- **S** Paphlagonia] phalagonia **Q**: papahagonia **G** *a. c.* praeceptum] praeceptumque **Q**^{corr}**G** 606 eam usque] eamque **B** *a. c.* Trapezunta] *Erasmus*: trapeiunta **SQBFL**^{corr}: trapeunta **G**: trapeiuncta **B**^{corr}**V**: trapeiunte **L** defenderet] defenderet <et> *Vogel* 607 Ariarathe gereret] *Zumpt*: araba tegeret **S**: harbate gereret **QFLV**^{corr}: arabata gereret **G**: arbate gereret **BV** detrectabat] **QB**^{corr}: detractabat **ω** *(non disp.* **F***)* Pithon] *Bruno*: phiton **ω** 608 Lysimachus] *Bruno*: leomachus **SG**: leonmachus **QΣ** Thraciam] tra- **S** *a. c.* **L**: trachiam **Q** Thraciae] tra- **LV**: trachiae **Q** 610 maris] magis **L** quisque] quique **Q** habuisset] habi- **L** *a. c.* imperium] **SGColSig**: imperium ut **Q**: imperii **Σ**: imperii et ius **B**^{corr} 612 Alexandri] alexandro **S** *a. c.* 614 quas] *Jeep*: suas **ω**: suas quas **Q** 615 tue-

regis ministri, specie imperii alieni procurandi, singuli ingentia invaserant
regna, sublatis certaminum causis, cum et omnes eiusdem gentis essent
et a ceteris sui quisque imperii regione discreti, si umquam adversus
inmodicas cupiditates terminus staret. [8] Sed difficile erat eo contentos
620 esse, quod obtulerat occasio: quippe sordent prima quaeque, cum maiora
sperantur: itaque omnibus expeditius videbatur augere regna, quam fuisset
accipere. [9] Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in solio, curis XXXI
omnium ad formandum publicum statum a tam sollemni munere aversis.
[10] Et non alias quam Mesopotamiae regione fervidior aestus existit, adeo
625 ut pleraque animalia, quae in nudo solo deprehendit, extinguat: tantus
est vapor solis et caeli, quo cuncta velut igne torrentur. [[11] Fontes aquarum
et rari sunt et incolentium fraude celantur: ipsis usus patet, ignotus est
advenis.] [12] Traditum magis quam creditum refero: ut tandem curare
corpus exanimum amicis vacavit, nulla tabe, ne minimo quidem livore
630 corruptum videre, qui intraverant. Vigor quoque, qui constat ex spiri-
tu, nondum destituerat vultum. [13] Itaque Aegyptii Chaldaeique, iussi
corpus suo more curare, primo non sunt ausi admovere velut spiranti
manus. Deinde precati, ut ius fasque esset mortalibus attrectare <d>eum,

SQG(*a* 622 Septimus)**BF**(*de quo vide praef.*)**LV**(*usque ad* 633 eum)

bantur, ipsi] tuebantur <quas> ipsi **B**^{corr}: ut rebantur ipsi *Meiser*: ut videbantur sibi *Hedicke*: tuebantur, <ut> ipsi *Post*

616 regis] reigis **L** *a. c.* specie] speciem **S** ingentia] *om.* **Q** 617 sublatis] sublatos **L** *a. c.* 618 si umquam ... staret] *huc transp. Lucarini, post* fundaverant *(l. 615)* **ω** *(ceterum pro* si **Q** *habet* o si*)* 619 cupiditates] cupiditatesque **F** eo ... obtulerat] *om.* **B** *a. c.* contentos] contentiosos **Q** 620 prima] optima *Cornelissen* 621 fuisset] fuissent **L** *a. c* 622 iacebat] gac- **L** *a. c.* 623 sollemni] sole- **L** *a. c.*: sollempni **V** 624 alias] aliis **QΣ** *(*ali*is **L***)*: alius *Jeep* regione] regioni **Σ**: regionis *Jeep* 625 deprehendit] deprendit **S** extinguat] extingat **L** *a. c.* 626 solis] soli *Dempsie* [Fontes ... advenis] *del. Lucarini*: ipsis ... advenis *iam del. Castiglioni* 627 celantur] colantur **S** *a. c.* ipsis usus] ipsi suus **F** 628 refero] *Vogel*: refert **ω** *(ceterum* Traditum... refert *del.* **B**^{corr}*)* 629 vacavit] vacuavit **V** livore] librore **V** 630 ex] *om.* **L** *a. c.* 631 nondum] non **QΣ** destituerat] dis- **L** Aegyptii] aegiptii **L** 632 curare] curavere **Q** velut] veluti **Q** 633 esset] esse **Σ** <d>eum *Raderus*

purgavere corpus repletumque est odoribus aureum solium et capiti adiecta fortunae eius insignia. 635

[14] Veneno necatum esse credidere plerique: filium Antipatri inter ministros, Iollam nomine, patris iussu dedisse. Saepe certe audita erat vox Alexandri Antipatrum regium adfectare fastigium maioremque esse praefecti opibus ac titulo Spartanae victoriae inflatum omnia a se data adserentem sibi; [15] credebant etiam Craterum cum veterum militum 640 manu ad interficiendum eum missum. [16] Vim autem veneni, quod in Macedonia gignitur, talem esse constat, ut ferrum quoque exurat; ungula<m> iumenti dumtaxat patientem esse [constat] suci: [17] Stygem appellant fontem, ex quo pestiferum virus emanat. Hoc per Cassandrum adlatum traditumque fratri Iollae et ab eo supremae regis potioni inditum. 645 [18] Haec, utcumque sunt credita, eorum, quos rumor asperserat, mox potentia extinxit: regnum enim Macedoniae Antipater et Graeciam quoque invasit; [19] suboles deinde excepit, interfectis omnibus, quicumque Alexandrum etiam longinqua cognatione contigerant. [20] Ceterum corpus eius a Ptolomaeo, cui Aegyptus cesserat, Memphim et inde, paucis post 650 annis, Alexandriam translatum est, omnisque memoriae ac nomini honos habetur.

SQGBF(*de quo vide praef.*)**L**(*usque ad* 642 esse)

634 purgavere] purgare **Q** est] *om.* **QG** 635 eius] *post* capiti **Q** 636 Veneno] **SG** *(sed hic in paraphrasi)*: venenum **QΣ** esse] esse dixerunt **B**^{corr}**L**: *periit* **F** *(*necatum esse *om.* **Q***)* credidere] crediderunt **Q** Antipatri] amatri **S** 637 ministros] ministros primum **Q** 638 esse] *om.* **QG** 639 titulo] titulos **Q** Spartanae victoriae] spartana victoria **SQG**: spartinae victoriae **B**^{corr} inflatum] inpla- **L** *a. c.* 640 credebant] credebat **S** *a. c.* Craterum] crat*e- **L** 641 veneni] veneneni **S** *a. c.* 642 talem esse constat] *non bene disp.* **L** ungula<m> **G** 643 [constat] *del. Zumpt (*esse constat *iam del. Acidalius)* suci: Stygem] sucystigem **Σ** 644 Cassandrum] casa- **S** 645 supremae] suppremae **S** 648 suboles] sob- **Q** deinde] deinde eius **Q** 649 contigerant] continge- **B** 650 Ptolomaeo] *Hedicke*: ptolomeo **S**: tolomeo **G**: ptholomeo **QB** paucis post] post paucis **Q** 651 Alexandriam] alexandream **B** est] *om.* **Q** 652 habetur] habitus *Heinsius*

Q. Curti Rufi hystoriarum Magni Macedonis Alexandri liber x explicit **S**: Q. Curti Rufi historiarum Macedonis Alexandri liber x explicit feliciter. Amen **Q**: Q. Curti Rufi

historiarum Alexandri Magni Macedonis liber x explicitus feliciter **B**: Q. Curti Rufi historiarum Alexandri Magni Macedonis liber decimus feliciter explicit amen **F**

INDEX NOMINVM[1]

[1] Asterisco vel cancellis insigniuntur formae nominum a me non acceptae, sed in apparatu laudatae.